CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXII

SANCTI AMBROSI OPERA

PARS X

EPISTULAE ET ACTA
TOM. III
EPISTULARUM LIBER DECIMUS
EPISTULAE EXTRA COLLECTIONEM
GESTA CONCILI AQUILEIENSIS

RECENSVIT
MICHAELA ZELZER

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXII

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXII

SANCTI AMBROSI OPERA

PARS X

EPISTULAE ET ACTA

TOM. III

EPISTULARUM LIBER DECIMUS
EPISTULAE EXTRA COLLECTIONEM
GESTA CONCILI AQUILEIENSIS

RECENSVIT
MICHAELA ZELZER

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXII

SANCTI AMBROSI OPERA

PARS DECIMA

EPISTULARUM LIBER DECIMUS
EPISTULAE EXTRA COLLECTIONEM
GESTA CONCILI AQUILEIENSIS

RECENSVIT
MICHAELA ZELZER

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXII

OMNIA IVRA RESERVATA
© HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY KG., WIEN 1982

ISBN 3-209-00465-X

VINDOBONAE
Ex officina typographica Ernesti Becvar

INDEX

Praefatio XI

Epistularum ordo genuinus cum Maurinorum ordine comparatus XIV

Maurinorum ordo cum epistularum ordine genuino comparatus XVI

PROLEGOMENA

I. De libro decimo

1.1 Quibus epistulis liber decimus compositus sit XIX

1.2 Quae causae Ambrosium ipsum hunc librum composuisse demonstrent . . XX

1.3 Quando Ambrosius hunc librum composuerit et quare has epistulas elegerit XXIII

2 De singulis epistulis XXVI

2.1 De epistula 70 XXVI

2.2 De epistula 71 XXX

2.3 De epistulis 72, 72a (= Rel. Symmachi), 73 XXXII

2.4 De epistula 74 XXXIII

2.5 De epistulis 75, 75a, 76, 77 XXXIV

3 Quomodo liber decimus traditus sit . XXXIX

3.1 De codicibus XXXIX

3.1.1 De codicibus decem epistularum libros complexis XXXIX
3.1.2 De codicibus singulas decimi libri epistulas continentibus XLIII
3.2 Quomodo codices inter se cohaereant XLIV
3.2.1 De codicibus AKV XLV
3.2.2 De ceteris codicibus XLVIII
3.2.2.1 De codicibus EMQWYZ XLVIII
3.2.2.2 De codicibus $BFLGPCO_1R_1$ LIII
3.2.2.3 De codicibus OL_1 LIX
3.2.2.4 De codice N LXIII
3.2.2.5 De Martini Corbo textu et de codicibus HS LXIII
3.2.4 De codicibus singulas epistulas complexis LXVI
3.2.4.1 De codicibus relationem Symmachianam (= ep. 72a) complexis LXVI
3.2.4.2 De codicibus epistulas 75, 75a, 76 complexis LXVIII
3.2.4.3 De codicibus epistulam 77 tradentibus LXX
3.2.5 Conclusio et codicum stemma LXXI
3.3 De editionibus LXXIII
3.4 De textu constituendo LXXXI

II. De epistulis extra decem librorum collectionem servatis

1 De priori epistularum extra collectionem corpore LXXXIV
1.1 Quas epistulas prius corpus contineat LXXXIV
1.2 Quis hoc corpus composuerit et ediderit LXXXV
1.3 De singulis epistulis LXXXVI
1.3.1 De epistulis 1, 1a LXXXVI

1.3.2	De epistulis 2, 3, 10	LXXXVII
1.3.3	De epistulis 4—6	LXXXIX
1.3.4	De epistula 7	XCI
1.3.5	De epistula 8, 9	XCVI
1.4	Quomodo prius epistularum extra collectionem corpus traditum sit	XCVII
1.4.1	De codicibus	XCVII
1.4.2	Quomodo codices inter se cohaereant	CI
1.4.3	De editionibus	CV
1.4.4	De textu constituendo	CVIII
2	De posteriori epistularum extra collectionem corpore	CIX
2.1	Quas epistulas posterius corpus contineat	CIX
2.2	De singulis epistulis	CX
2.2.1	De epistula 11	CX
2.2.2	De epistula 12	CXVI
2.2.3	De epistula 13	CXVII
2.2.4	De epistula 14	CXXVI
2.2.5	De epistula Sirici et de epistula 15	CXXVII
2.3	Quomodo posterius epistularum extra collectionem corpus traditum sit	CXXIX
2.3.1	De codicibus	CXXIX
2.3.2	Quomodo singuli codices inter se coniuncti sint	CXXXI
2.3.3	De codicibus singulas huius corporis epistulas complexis	CXXXII
2.3.3.1	Epistulam 11	CXXXII
2.3.3.2	Epistulam 12	CXXXIII
2.3.3.3	Epistulam 13	CXXXIII
2.3.3.4	Epistulam 14	CXXXIV
2.3.3.5	Epistulam Sirici et epistulam 15	CXXXVIII
2.3.4	De editionibus	CXLIV
2.3.5	De textu constituendo	CXLVIII

III. De Gestis concili Aquileiensis

1	De concilio Aquileiensi	CLII
1.1	Quare et quando concilium Aquileiense habitum sit	CLII
1.2	Qui episcopi interfuerint	CLIII
1.3	Quid Gesta concili Aquileiensis contineant	CLV
2	Quomodo Gesta concili Aquileiensis tradita sint	CLVI
2.1	De codicibus	CLVI
2.2	Quibus e causis omnes codices recentiores e codice P pendeant	CLVII
2.3	De codice P	CLIX
2.4	De codicis P textu corrigendo	CLXII
2.5	De codicibus recentioribus	CLXX
2.6	De editionibus	CLXXII

APPENDIX

Descriptio codicum

I.	Decimi libri codices	CLXXVII
II.	Epistularum extra collectionem servatarum codices	CLXXXVI
III.	Gestorum concili Aquileiensis codices	CXCIII

Index librorum adhibitorum et compendiorum CXCVI

TEXTUS EPISTULARUM

I. LIBER DECIMUS

Ep. 70 (Maur. 56) 3
Ep. 71 (Maur. 56a) 7
Ep. 72 (Maur. 17) 11
Ep. 72a (Maur. 17a) 21
Ep. 73 (Maur. 18) 34
Ep. 74 (Maur. 40) 54
Ep. 75 (Maur. 21) 74
Ep. 75a (Maur. 21a) 82
Ep. 76 (Maur. 20) 108
Ep. 77 (Maur. 22) 126

II. EPISTULAE EXTRA COLLECTIONEM

1. PRIUS CORPUS

Ep. 1 (Maur. 41) 145
Ep. 1a (Maur. 40) 162
Ep. 2 (Maur. 61) 178
Ep. 3 (Maur. 62) 180
Ep. 4 (Maur. 10) = Gesta ep. 2
Ep. 5 (Maur. 11) 182
Ep. 6 (Maur. 12) 186
Ep. 7 191
Ep. 8 (Maur. 14) 198
Ep. 9 (Maur. 13) 201
Ep. 10 (Maur. 57) 205

2. POSTERIUS CORPUS

Ep. 11 (Maur. 51) 212
Ep. 12 (Maur. 1) 219
Ep. 13 (Maur. 23) 222
Ep. 14 (Maur. 63) 235
Ep. Sir. (Maur. 41 a) 296
Ep. 15 (Maur. 42) 302

III. GESTA CONCILI AQUILEIENSIS

Ep. 1 (Maur. 9) 315
Ep. 2 (Maur. 10) 316
Acta concili Aquileiensis 325

Praefatio

Sedecim saeculis ante, anno 381 Sept. 3, Ambrosius Aquileiae cum plus triginta episcopis occidentalibus Palladium et Secundianum, episcopos Illyricos, Arrianae haeresis accusavit et damnavit. Ad cuius concili gesta edenda codex Parisinus Latinus 8907 hac editione primum adhibitus est, qui ne centum quidem annis post concilium scriptus omnium recentiorum codicum archetypus apparuit, sed textum valde corruptum praebet. Postquam acta concili ipsa litteris paene cursivis et notis iuris ambiguis scripta fuisse intellexi[1], codicis Parisini corruptelis sublatis textum ab editionibus prioribus multum differentem constitui. Textum constitutum cum apparatu critico iam saepius rogata a. 1978 viro clarissimo Rogerio Gryson misi, interim autem nonnullis locis correxi, quod nemo miretur. Quem textum paucis locis mutatum R. Gryson libro qui inscribitur „Scolies ariennes sur le concile d'Aquilée" publicis iuris fecit neque vero acceptum eum esse adnotavit nisi quod in quadam praefationis adnotatione se cum textu a me accepto non semper concordare affirmavit[2].

---

[1] Cf. M. Zelzer, Probleme der Texterstellung 431 sqq.

[2] P. 58 n. 1 postquam considerandum esse scripsit, quid manus posteriores, codices mediaevales, editiones ad codicis Parisini textum corrigendum attulissent, affirmavit: „Le texte que nous proposons ne concorde pas toujours avec celui de Mme Zelzer, en cas de divergence, le lecteur jugera, au vu de l'apparat critique figurant dans le Corpus de Vienne, laquelle des deux leçons lui paraît préférable. On se souviendra qu'au point de départ de la tradition textuelle des actes se trouvent des sténogrammes en notes tironiennes où les confusions possibles, notamment pour les désinences, sont innombrables si l'on n'est pas très attentif." Textum vero constituere multo difficilius esse quam constitutum corrigere quis est qui ignoret, praesertim cum codex unicus singulari

Ad epistulas hoc volumine edendas non uno eodemque sed variis modis et codicibus traditas centum fere codices collegi et plus quinquaginta in apparatu critico constituendo adhibui. Cum Mediolanenses ss. XI et XII e duobus vel tribus rivulis ibi traditis epistularum codices varie contaminatos et correctos composuisse intellexissem, ad decimum librum constituendum nonnulli codices ab Ottone Faller praetermissi mihi adhibendi, nonnulli vero adhibiti abiciendi erant. Editiones vero praeter Amerbachii et Maurinorum duas adhibui: Dulcinii editionem a. 1491 in lucem prolatam, quae textum codici Martini Corbo episcopi (s. XII) perdito simillimum praebet, et editionem Romanam a. 1585 prolatam, e qua Maurini multas coniecturas in editionem a. 1690 confectam assumpserunt. Epistularum ordo a Maurinis secundum temporum rationem constitutus usque recentissimum tempus valebat editione Maurinorum in Patrologiam Latinam recepta, at Otto Faller ordinem genuinum omnibus fere codicibus traditum restituit et Ambrosium ipsum Plinii minoris exemplum secutum decem epistularum libros edidisse, nonnullas vero epistulas non publicavisse monstravit. Libris I—VI editis et libris VII—VIII aliquo modo constitutis cum Faller mortuus esset et a. 1974 exeunte hanc editionem finiendam suscepissem, rerum ignara eam brevi tempore me confecturam promisi. Nam ut epistulas libro decimo et extra collectionem servatas ab Ottone Faller nondum constitutas ederem, non solum multi codices colligendi sed etiam nonnullae quaestiones antea solvendae erant, e. g. num omnes epistulae hoc volumine editae ab Ambrosio scriptae essent[3], quomodo ecclesia Romana Ambrosii tempore dies

modo corruptus sit? Revera R. Gryson paucis locis a textu ei misso aberravit, sed lectiones eius in apparatu critico adnotare non potui, cum hoc volumen iam sub prelo esset, quando eius liber mihi in manus venit. P. 57 n. 1 se textum meum accepisse grato animo adnotavit.

[3] Cf. ep. 71, ep. extra coll. 13.

paschales definiisset[4], quomodo antiquissimae decretalium collectiones inter se coniunctae essent[5].

Ideo hanc editionem, quam nondum perfectam esse non ignoro, aliquid ad studia Ambrosiana promovenda collaturam spero. Quodcumque igitur ad textum corrigendum proponetur grato animo accipiam et in altero epistularum adnotabo volumine, quod libros VII—VIIII, prolegomena ad totam editionem pertinentia, indices continens brevi tempore me in lucem prolaturam spero.

Restat ut omnibus, quorum auxilio in his epistulis gestisque edendis adiuta sum, gratias agam, imprimis viro reverendissimo Angelo PAREDI, bibliothecae Ambrosianae praefecto optime merenti, qui et libros et exemplaria lucis ope expressa mihi dono dedit, deinde magistris meis Rudolpho HANSLIK, cuius cura Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum dirigitur, et Bernardo BISCHOFF, qui mihi quo tempore et loco codices antiquiores scripti essent liberaliter indicavit, tum omnibus bibliothecariis, qui mihi exemplaria lucis ope expressa in usum tradiderunt, necnon marito meo, qui me in prolegomenis scribendis et plagulis corrigendis adiuvit.

Vindobonae, die festo S. Ambrosii (Dec. 7)
anno domini MCMLXXXI

Michaela ZELZER

---

[4] Cf. ep. extra coll. 13.

[5] Cf. ep. extra coll. 15 et ep. Sirici.

Epistularum ordo genuinus cum Maurinorum ordine comparatus

Liber primus	ep. 1 = Maur. 7	*Iusto*
	ep. 2 = Maur. 65	*Simpliciano*
	ep. 3 = Maur. 67	*Simpliciano*
	ep. 4 = Maur. 27	*Irenaeo*
	ep. 5 = Maur. 4	*Felici*
	ep. 6 = Maur. 28	*Irenaeo*
Liber secundus	ep. 7 = Maur. 37	*Simpliciano*
	ep. 8 = Maur. 39	*Faustino*
	ep. 9 = Maur. 79	*Bellicio*
	ep. 10 = Maur. 38	*Simpliciano*
Liber quartus[1]	ep. 11 = Maur. 29	*Irenaeo*
	ep. 12 = Maur. 30	*Irenaeo*
	ep. 13 = Maur. 31	*Irenaeo*
	ep. 14 = Maur. 33	*Irenaeo*
	ep. 15 = Maur. 69	*Irenaeo*
	ep. 16 = Maur. 76	*Irenaeo*
	ep. 17 = Maur. 81	*Clericis*
Liber quintus	ep. 18 = Maur. 70	*Orontiano*
	ep. 19 = Maur. 71	*Orontiano*
	ep. 20 = Maur. 77	*Orontiano*
	ep. 21 = Maur. 34	*Orontiano*
	ep. 22 = Maur. 35	*Orontiano*
	ep. 23 = Maur. 36	*Orontiano*
	ep. 24 = Maur. 82	*Marcello*
	ep. 25 = Maur. 53	*Theodosio imperatori*
	ep. 26 = Maur. 54	*Eusebio*
Liber sextus	ep. 27 = Maur. 58	*Sabino*
	ep. 28 = Maur. 50	*Chromatio*
	ep. 29 = Maur. 43	*Orontiano*
	ep. 30 = Maur. 24	*Valentiniano imperatori*
	ep. 31 = Maur. 44	*Orontiano*
	ep. 32 = Maur. 48	*Sabino*
	ep. 33 = Maur. 49	*Sabino*

[1] Epistulae libri tertii cum aliquibus librorum II et IIII epistulis perierunt.

	ep. 34 = Maur. 45	*Sabino*
	ep. 35 = Maur. 83	*Sisinnio*
Liber septimus	ep. 36 = Maur. 2	*Constantio*
	ep. 37 = Maur. 47	*Sabino*
	ep. 38 = Maur. 55	*Eusebio*
	ep. 39 = Maur. 46	*Sabino*
	ep. 40 = Maur. 32	*Sabino*
	ep. 41 = Maur. 86	*Siricio*
	ep. 42 = Maur. 88	*Attico*
	ep. 43 = Maur. 3	*Felici*
	ep. 44 = Maur. 68	*Romulo*
	ep. 45 = Maur. 52	*Tatiano*
	ep. 46 = Maur. 85	*Siricio*
	ep. 47 = Maur. 87	*Foegadio et Delfino*
	ep. 48 = Maur. 66	*Romulo*
	ep. 49 = Maur. 59	*Severo*
	ep. 50 = Maur. 25	*Studio*
	ep. 51 = Maur. 15	*Anatolio Mucherio Severo* al.
	ep. 52 = Maur. 16	*Anysio*
	ep. 53 = Maur. 91	*Candidiano*
Liber octavus	ep. 54 = Maur. 64	*Irenaeo*
	ep. 55 = Maur. 8	*Iusto*
	ep. 56 = Maur. 5	*Syagrio*
	ep. 57 = Maur. 6	*Syagrio*
	ep. 58 = Maur. 60	*Paterno*
	ep. 59 = Maur. 84	*Cynegio*
	ep. 60 = Maur. 90	*Antonio*
	ep. 61 = Maur. 89	*Alypio*
Liber nonus	ep. 62 = Maur. 19	*Vigilio*
	ep. 63 = Maur. 73	*Irenaeo*
	ep. 64 = Maur. 74	*Irenaeo*
	ep. 65 = Maur. 75	*Irenaeo*
	ep. 66 = Maur. 78	*Orontiano*
	ep. 67 = Maur. 80	*Bellicio*
	ep. 68 = Maur. 26	*Studio*
	ep. 69 = Maur. 72	*Constantio*
Liber decimus	ep. 70 = Maur. 56	*Theophilo*
	ep. 71 = Maur. 56a	*De Bonoso episcopo*
	ep. 72 = Maur. 17	*Valentiniano imperatori*
	ep. 72a = Maur. 17a	*Relatio Symmachi*
	ep. 73 = Maur. 18	*Valentiniano imperatori*
	ep. 74 = Maur. 40	*Theodosio imperatori*

	ep. 75 = Maur. 21	*Valentiniano imperatori*
	ep. 75a = Maur. 21a	*Contra Auxentium*
	ep. 76 = Maur. 20	*Marcellinae sorori*
	ep. 77 = Maur. 22	*Marcellinae sorori*

Epistulae extra collectionem

Corpus I	ep. 1 = Maur. 41	*Marcellinae sorori*
	ep. 1a = Maur. 40	*Theodosio imperatori*
	ep. 2 = Maur. 61	*Theodosio imperatori*
	ep. 3 = Maur. 62	*Theodosio imperatori*
	ep. 4 = Maur. 10	*Gratiano Valentiniano Theodosio*
	ep. 5 = Maur. 11	*Gratiano Valentiniano Theodosio*
	ep. 6 = Maur. 12	*Gratiano Valentiniano Theodosio*
	ep. 7	*Gratiano Valentiniano impp.*
	ep. 8 = Maur. 14	*Theodosio imperatori*
	ep. 9 = Maur. 13	*Theodosio imperatori*
	ep. 10 = Maur. 57	*Eugenio imperatori*
Corpus II	ep. 11 = Maur. 51	*Theodosio imperatori*
	ep. 12 = Maur. 1	*Gratiano imperatori*
	ep. 13 = Maur. 23	*Episcopis per Aemiliam constitutis*
	ep. 14 = Maur. 63	*Vercellensi ecclesiae*
	ep. Sir. = Maur. 41a	*Diversis episcopis*
	ep. 15 = Maur. 42	*Siricio papae*

Gesta concili Aquileiensis

ep. 1 = Maur. 9	*Episcopis Viennensium et Narbonensium*
ep. 2 = Maur. 10	*Gratiano Valentiniano Theodosio*

Acta = Maur. ante ep. 9

Maurinorum ordo cum epistularum ordine genuino comparatus

Classis I

Maur. ep. 1 = Extra coll. 12	Maur. ep. 4 = ep. 5
Maur. ep. 2 = ep. 36	Maur. ep. 5 = ep. 56
Maur. ep. 3 = ep. 43	Maur. ep. 6 = ep. 57

Maur. ep. 7 = ep. 1
Maur. ep. 8 = ep. 55
Maur. ep. 9 = Gesta conc. Aquil. ep. 1
Maur. ep. 10 = Extra coll. 4, Gesta ep. 2
Maur. ep. 11 = Extra coll. 5
Maur. ep. 12 = Extra coll. 6
Maur. ep. 13 = Extra coll. 9
Maur. ep. 14 = Extra coll. 8
Maur. ep. 15 = ep. 51
Maur. ep. 16 = ep. 52
Maur. ep. 17 = ep. 72
Maur. ep. 17 a = ep. 72 a
Maur. ep. 18 = ep. 73
Maur. ep. 19 = ep. 62
Maur. ep. 20 = ep. 76
Maur. ep. 21 = ep. 75
Maur. ep. 21 a = ep. 75 a
Maur. ep. 22 = ep. 77
Maur. ep. 23 = Extra coll. 13
Maur. ep. 24 = ep. 30
Maur. ep. 25 = ep. 50
Maur. ep. 26 = ep. 68
Maur. ep. 27 = ep. 4
Maur. ep. 28 = ep. 6
Maur. ep. 29 = ep. 11
Maur. ep. 30 = ep. 12
Maur. ep. 31 = ep. 13
Maur. ep. 32 = ep. 40
Maur. ep. 33 = ep. 14
Maur. ep. 34 = ep. 21
Maur. ep. 35 = ep. 22
Maur. ep. 36 = ep. 23
Maur. ep. 37 = ep. 7
Maur. ep. 38 = ep. 10
Maur. ep. 39 = ep. 8
Maur. ep. 40 = ep. 74, Extra coll. 1 a
Maur. ep. 41 = Extra coll. 1
Maur. ep. 41 a = ep. Sirici
Maur. ep. 42 = Extra coll. 15
Maur. ep. 43 = ep. 29
Maur. ep. 44 = ep. 31
Maur. ep. 45 = ep. 34
Maur. ep. 46 = ep. 39
Maur. ep. 47 = ep. 37
Maur. ep. 48 = ep. 32
Maur. ep. 49 = ep. 33
Maur. ep. 50 = ep. 28
Maur. ep. 51 = Extra coll. 11
Maur. ep. 52 = ep. 45
Maur. ep. 53 = ep. 25
Maur. ep. 54 = ep. 26
Maur. ep. 55 = ep. 38
Maur. ep. 56 = ep. 70
Maur. ep. 56 a = ep. 71
Maur. ep. 57 = Extra coll. 10
Maur. ep. 58 = ep. 27
Maur. ep. 59 = ep. 49
Maur. ep. 60 = ep. 58
Maur. ep. 61 = Extra coll. 2
Maur. ep. 62 = Extra coll. 3
Maur. ep. 63 = Extra coll. 14

Classis II

Maur. ep. 64 = ep. 54
Maur. ep. 65 = ep. 2
Maur. ep. 66 = ep. 48
Maur. ep. 67 = ep. 3
Maur. ep. 68 = ep. 44
Maur. ep. 69 = ep. 15
Maur. ep. 70 = ep. 18
Maur. ep. 71 = ep. 19
Maur. ep. 72 = ep. 69
Maur. ep. 73 = ep. 63
Maur. ep. 74 = ep. 64
Maur. ep. 75 = ep. 65
Maur. ep. 76 = ep. 16
Maur. ep. 77 = ep. 20
Maur. ep. 78 = ep. 66
Maur. ep. 79 = ep. 9
Maur. ep. 80 = ep. 67

Maur. ep. 81 = ep. 17
Maur. ep. 82 = ep. 24
Maur. ep. 83 = ep. 35
Maur. ep. 84 = ep. 59
Maur. ep. 85 = ep. 46
Maur. ep. 86 = ep. 41
Maur. ep. 87 = ep. 47
Maur. ep. 88 = ep. 42
Maur. ep. 89 = ep. 61
Maur. ep. 90 = ep. 60
Maur. ep. 91 = ep. 53

PROLEGOMENA

I. DE LIBRO DECIMO

1.1 Quibus epistulis liber decimus compositus sit

Libro decimo has epistulas traditas esse monstravi[1]:

ep. 70 (Maur. 56)	ad Theophilum episcopum Alexandrinum a. 392 ineunte de scismate Antiocheno missam,
ep. 71 (Maur. 56a)	synodi Mediolanensis nomine a. 393 habitae ad episcopos Macedoniae de causa Bonosi scriptam,
ep. 72 (Maur. 17)	ad Valentinianum imperatorem contra relationem Symmachianam nondum ad litteram notam a. 384 scriptam,
ep. 72a (Maur. 17a)	relationem Symmachi praefecti urbis ad Valentinianum imperatorem de ara Victoriae et sumptibus caerimoniarum restituendis directam,
ep. 73 (Maur. 18)	ad Valentinianum imperatorem de relatione Symmachiana accuratissime refutanda missam,

[1] Cf. Die Briefbücher 7 sqq.; Aufbau und Absicht des zehnten Briefbuches 351 sqq.

ep. 74 (Maur. 40)	ad Theodosium imperatorem, ut sententiam de synagoga reparanda et monachis puniendis revocaret, a. 388 missam,
ep. 75—77	ad pugnas cum Arrianis de basilicis tradendis a. 386 gestas pertinentes:
ep. 75 (Maur. 21)	ad Valentinianum imperatorem mense Martio missam,
ep. 75a (Maur. 21a)	sermonem contra Auxentium de basilicis tradendis die palmarum habitum, epistulae ad Valentinianum directae additum,
ep. 76 (Maur. 20)	ad Marcellinam sororem mense Aprili missam,
ep. 77 (Maur. 22)	ad Marcellinam de inventione corporum Protasii et Gervasii martyrum mense Iunio directam.

Praeterea omnes paene codices inter epistulas 76 et 77 orationem funebrem De obitu Theodosii tradunt[2], quam solus codex Parisinus 1920, s. XIV, non cum decem epistularum libris sed cum epistulis quibusdam extra collectionem servatis coniunctam praebet (cf. II 1.4.1).

1.2 Quae causae Ambrosium ipsum hunc librum composuisse demonstrent

Cum libris I—VIIII nonnullas epistulas de privatis rebus scriptas, complures vero non genuinas sed *epistulares fabulas ... ad interpretationem ... oraculi caelestis* ideoneas, ut

[2] Hanc orationem codices Parisinus 1754 (= P, s. XII), Bononiensis 36 (s. XII), Cantabrigiensis Univ. F f IV. 7 (s. XV) alio loco posuerunt, codices Oxoniens. Bodl. Canon. 210 + 229 (= O, s. XII) et Gratianopolitanus 254 (s. XII) soli omiserunt.

Ambrosius dixit[3], editas esse appareat, libro decimo epistulae et genuinae et de rebus publicis scriptae ut in Pliniano epistularum corpore inveniuntur. At paucae electae neque iuxta temporum rationem positae sunt. Ex epistulis ad Theodosium missis praeter unam in libro quinto positam[4] una sola reperitur (ep. 74), ceterae extra collectionem traditae sunt. Quae epistula non solum in libro decimo sed etiam ad primam epistulam extra collectionem servatam addita traditur, qua Ambrosius Marcellinae sorori exposuit, qua ratione ad Theodosium epistulam simul missam scripsisset et quomodo ab eo impetravisset quod postulasset. Cuius epistulae simul missae textus (= ep. extra coll. 1 a) nonnullis locis a textu epistulae in decimo libro positae (= ep. 74) differt, e. g.

	ep. 74	ep. 1 a
l. 2	*Clementissimo principi ac beatissimo imperatori Theodosio Augusto Ambrosius episcopus*	*Ambrosius Theodosio imperatori*
l. 76	*Causam dei tacebo? Quid igitur sit quod metuam consideremus.*	*Advertis ergo, imperator, quod causam dei dissimulasse non queam?*
l. 147	*Constantinopoli dudum domus episcopi incensa est*	*Constantinopolitani dudum domus episcopii incensa est*
l. 169 sq.	*quos tu vindicandos putas*	*quos tu vindicas*

[3] Ep. 1 (7), 3 sqq.

[4] Haec est epistula 25 (53), quam a. 392 de publica Valentiniani imperatoris sepultura scripsit.

l. 190sqq.	*cum meminerint tempore Iuliani illum qui aram deiecit ... fecisse martyrium*	*cum meminerint tempore Iuliani Capitolinum qui aram deiecit ... fecisse martyrium*
l. 210sq.	*qui mittimur ad vindictam*	*qui militamus vindictae*
l. 304sq.	*pietas tua ... vindicat*	*ipse ... vindicas*
l. 333sq.	*consulere et temperare dignaberis*	*consule et tempera*
l. 336sq.	*illum non fecisse quod iussus est*	*illum non fecisse quod tu iusseris*
l. 352	*obfuscabitur. Tu igitur qui ... Ego certe quod honorificentius fieri potuit feci, ut me magis audires in regia, ne si necesse esset audires in ecclesia.*	*obfuscabitur.*

Quibus exemplis Ambrosium hanc epistulam edendam nonnullis locis mutavisse et correxisse elucet. Accedit quod in ep. 32 Ambrosius Sabino episcopo Placentino amico suo scripsit: *Remisisti mihi libellos, quos tuo iudicio probatiores habebo ... Malo enim tuo corrigatur iudicio si quid movet, priusquam foras prodeat, unde iam revocandi nulla facultas sit, quam laudari a te quod ab aliis reprehendatur ... Adsume igitur benivolenti animo aurem versutiae et pertracta omnia, sermones vellica, si in his non forenses blanditiae et suasoria verba, sed fidei sinceritas est et confessionis sobrietas. Notam adpone ad verbum dubii ponderis et fallacis staterae, ne quod pro se esse adversarius interpretetur*[5]. Illam epistulam ad Theodosium missam Ambrosius non solum hoc modo corrigendam curavit, sed etiam paucis sententiis

[5] Ep. 32 (48), 1sqq.; 25sqq.

in fine additis auxit. Ex epistula ad sororem de eadem causa missa (= ep. extra collectionem 1) accepimus Ambrosium ante Theodosium, cum sententia partim revocata in ecclesiam Mediolanensem venisset, evangelii lectione de muliere peccatrici exposita tamdiu stetisse neque ad altare revertisse, dum ab eo impetraret *ut omnem cognitionem tolleret* (l. 355 sq.). Theodosius vero hac re valde offensus paulo post praecepit ne *quae in consistorio ... statuta forent*[6] ad Ambrosii aures pervenirent. Quare Ambrosium epistulam ad sororem missam non publicasse et epistulam ad imperatorem directam ante editionem non solum accuratissime examinasse et correxisse sed etiam haec verba addidisse, quibus se Theodosium in ecclesia allocutum esse indicavit, mirandum non est: *Ego certe quod honorificentius fieri potuit feci, ut me magis audires in regia, ne si necesse esset audires in ecclesia.*

1.3 Quando Ambrosius hunc librum composuerit et quare has epistulas elegerit

1.3.1 Omnes paene codices inter epistulas 76 et 77 orationem funebrem De obitu Theodosii tradere iam diximus, solus codex Parisinus bibl. nat. lat. 1920, s. XIV Mediolani ut videtur[7] scriptus, hunc sermonem non cum decem epistularum libris sed cum epistulis quibusdam extra collectionem servatis coniunctum praebet. Qui codex cum saepe solus textum genuinum tradiderit, ex alio rivulo quam codices decem epistularum libros complexi pendet[8].

Theodosio a. d. XV Kal. Febr. a. 395 Mediolani mortuo Ambrosius quadragesimum post diem laudationem fune-

[6] Ep. extra coll. 11 (51), 11 sq.
[7] Cf. Billanovich, La tradizione 31 sq.
[8] Cf. CSEL 73, 117* sq.

brem habuit, qua oratione coram filiis habita non solum imperatoris fidem virtutesque sed etiam rationes et rei publicae gerendae et ecclesiae adiuvandae summa laude extulit, „ut hereditas publica Theodosii ratioque eius agendi cum ecclesia continuaretur in filiis", sicut Otto Faller dixit[9]. Qua familiaritate cum defuncto coniunctus fuerit monstrat cum exclamat: *Dilexi virum qui magis arguentem quam adulantem probaret*, et addit quali humilitate et studio post caedem Thessalonicensium anno 390 iussam a se argutus publicam paenitentiam egerit: *Stravit omne quo utebatur insigne regium, deflevit in ecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat, gemitu et lacrimis oravit veniam. Quod privati erubescunt, non erubuit imperator, publicam agere paenitentiam* ... (34). Praeter illam poenitentiam publicam triumphos memorat, quos Theodosii *fides* in bello contra Eugenium a. 394 gesto *acquisierit* (7). Epistulae ad has res pertinentes non in libro decimo sed extra collectionem traditae inveniuntur, quae sunt epistulae 2 et 3 (Maur. 61 et 62) ad Theodosium Eugenio devicto scriptae, ep. 10 (Maur. 57) ad Eugenium directa, ep. 11 (Maur. 51) ad Theodosium post caedem Thessalonicensium scripta. Ne ullo quidem verbo in oratione funebri memorat, quomodo imperatorem post illam caedem ab eo iussam et per litteras (= ep. 74) et postea in ecclesia (cf. ep. extra coll. 1) obiurgaverit. Itaque Ambrosium librum decimum post Theodosium a. 395 in. mortuum composuisse et laudationem funebrem inter epistulas 76 et 77 posuisse elucet.

1.3.2 Quod ad epistulas electas attinet, Richardus Klein Ottonem Faller secutus Ambrosium epistulas se cum imperatore non consensisse monstrantes non publicavisse

---

[9] CSEL 73, 116*.

affirmavit[10]; sed hac ratione adhibita episcopus et epistulam 74 non publicavisset.

Epistulis electis duas rationes monstrare eum voluisse opinor:

1. quomodo ipse in rebus ecclesiasticis egisset, id est quomodo paci inter orientales et occidentales conservandae (ep. 70), rectae fidei defendendae (ep. 71) et paganis (ep. 72, 73), Iudaeis (ep. 74) et Arrianis depugnandis (ep. 75—77) studuisset,

2. quomodo imperatores in rebus ecclesiasticis agere deberent, cum e. g. Valentiniano annuntiaret: *Nihil maius est religione, nihil sublimius fide*, vel: *Quis est qui abnuat in causa fidei ... episcopos solere de imperatoribus Christianis, non imperatores de episcopis iudicare*, vel in sermone contra Auxentium diceret: *Imperator enim intra ecclesiam non supra ecclesiam est*[11].

---

[10] Cf. Die Kaiserbriefe 362sqq.

[11] Ep. 72, 115sq.; ep. 75, 33sqq.; ep. 75a, 444sq.; cf. Zelzer, Aufbau und Absicht des zehnten Briefbuches 358sqq.

2 De singulis epistulis

2.1 De epistula 70 (Maur. 56)

Hanc epistulam Ambrosius a. 392 ineunte synodo Capuensi[1] finita ad Theophilum episcopum Alexandrinum scripsit, cui sacerdotes Capuae congregati mandaverant, ut una cum sacerdotibus Aegyptiis schisma Antiochenum vel Meletianum quod dicitur solveret.

Hoc schisma a. 330 ortum est, cum Eustathius episcopus Nicaena fide vehementissime defensa ab Arrianis depositus et in exilium missus esset[2]. Deinde plerique Antiocheni Arrianam fidem secuti sunt, nonnulli vero Paulino presbytero duce Nicaenam fidem professi Eustathio adhaerebant. Anno autem 360 Meletius et ab Arrianis et a Nicaenis episcopus Antiochenus creatus et, cum sermonem Nicaenam fidem secutum habuisset, ab imperatore Constantio II depositus est, cuius in loco Ezoeus Arrianus episcopus creatus est (360—376)[3]. Deinde a. 362 Lucifer Calaritanus Antiochiae moratus Paulinum, qui parvum Eustathianorum gregem gubernabat, episcopum consecravit (362—388)[4]. Cum paulo post Meletius Iuliano imperatore ex exilio revertisset, Antiochiae tres episcopi et tres greges erant; Meletiani et Eustathiani, quamquam eandem fidem id est Nicaenam profitebantur, ideo non consentiebant, quod illi cum Basilio

---

[1] Cf. Rauschen 340 sq.; Palanque 541.

[2] Cf. Cavallera, Le schisme d'Antioche 33—70; LThK 7, 256 sq. (s. v. Meletii).

[3] Cf. Cavallera 71—97.

[4] Cf. Cavallera 114 sqq.; LThK 8, 207.

episcopo Caesariensi μίαν οὐσίαν et τρεῖς ὑποστάσεις, hi vero μίαν οὐσίαν vel ὑπόστασιν et τρία πρόσωπα in deo esse dixerunt[5]. Meletius quidem, qui longe maiorem gregem gubernabat, bis ab imperatore Valente depositus (365—367 et 371—377) summam apud orientales auctoritatem praeter ad Aegyptios adeptus est, Paulinus autem non solum a patriarchis Alexandrinis Athanasio († 373) et Petro (373—381), verum etiam a Damaso papa a. 375 approbatus est, quamquam Basilius ad schisma solvendum et Meletium approbandum Damaso litteras miserat[6].

In tertia epistula e synodo Aquileiensi a. 381 ad imperatores missa Ambrosius sacerdotes a. 378 Romae ut putatur congregatos[7] ad discordiam componendam poposcisse refert *ut altero decedente penes superstitem ecclesiae permanerent nec aliqua superordinatio vi attemptaretur*, sed paulo ante questus est: *studia nostra tunc temporis habere effectum per tumultus publicos* (id est Gothorum irruptionem) *nequiverunt*[8].

Meletio a. 381 mense Maio intra concilium Constantinopolitanum, cui praeerat, mortuo Flavianus successor

---

[5] Cf. Cavallera 105 sqq.; LThK 7, 256.

[6] Cf. Dam. ep. 3 (a. 375); Bas. ep. 216 (ad Meletium); ep. 214; ep. 266. — Hieronymus in ep. 15 ad Damasum a. 376 ut videtur ex Antiochia missa scripsit: *Quia illa sola est infecta natura et in tribus personis deitas una subsistit, quae est vere, una natura est: quisque tria esse, hoc est tres ὑποστάσεις, dicit, sub nomine pietatis tres naturas conatur adserere. Et si ita est, cur ab Arrio parietibus separamur perfidia copulati? ... Absit hoc a Romana fide: sacrilegium tantum religiosa populorum corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam, tres personas subsistentes perfectas, aequales, coaeternas; taceantur tres hypostases, si placet, et una teneatur* (4, 3 sq.). Meletiani vero, quos Hieronymus Campenses appellavit, Paulinum eiusque socios Sabellianae haeresi adhaerere dixerunt. — Hieronymus anno fere 379 a Paulino presbyter consecratus est.

[7] Cf. Campenhausen 131.

[8] Ep. extra coll. 6 (12), 59 sqq.; 56 sq.

ordinatus est (381—404)[9]. Quare Ambrosius in epistula ad Theodosium imperatorem post synodum Aquileiensem a. 381 mense Septembri habitam missa questus est: *Scripseramus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet episcopos, Paulinum atque Meletium, quos fidei concinere putaremus, aut inter ipsos pax et concordia salvo ordine ecclesiastico conveniret, aut certe, si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur; at nunc Meletio defuncto Paulino superstite ... contra fas atque ecclesiasticum ordinem in locum Meletii non tam subrogatus* (sc. Flavianus) *quam superpositus asseritur*[10]. Episcopi occidentales et Aegyptiaci cum Flavianum episcopum Antiochenum non approbarent, ad Paulinum omnes epistulas direxerunt. Qui anno 388 priusquam moreretur Euagrium sibi nullo assistente successorem consecravit itaque schisma prolongavit[11]. Quare episcopi occidentales ad schisma componendum a Theodosio impetraverunt, ut hieme a. 391/2 synodum Capuensem convocaret, quae postea plenaria appellata est[12], cum multi episcopi praecipue occidentales eo convenissent. Cum Flavianus decreto imperiali neglecto Capuam non venisset, episcopi Capuae congregati huius rei *examen* Theophilo episcopo Alexandrino et episcopis Aegyptiacis commiserunt. Paulo post Theophilus in epistula ad Ambrosium missa questus est Flavianum iterum *ad precum auxilia et imperialium rescriptorum suffragia remeavisse*[13]. Quare Ambrosius eum hoc responso hortatus est ut Flavianum conveniret et impertitae pacis gratiam inter orientales et occidentales conservare studeret. Cum vero Flavianum demum victorem discessurum praevideret, hanc causam

[9] Cf. LThK 4, 161; Cavallera 245sqq.
[10] Ep. extra coll. 9 (13), 14sqq.
[11] Cf. LThK 3, 1140; Cavallera 267sqq.
[12] Cf. Cod. can. Afric. c. 48; de hac synodo cf. Cavallera 283sqq.
[13] Ep. 70, 23sq.

episcopo Romano (sc. Siricio) commisit. Revera Flavianus anno 393 ab episcopis orientalibus Caesareae congregatis solus episcopus Antiochenus approbatus est. Siricius vero papa Iohanne Chrysostomo intercedente anno 398 demum Flavianum approbavit[14].

---

[14] Cf. Campenhausen 158sqq.; Cavallera 287sqq. — Denique orientales et occidentales in deo τρεῖς ὑποστάσεις ἤγουν τρία πρόσωπα = *tres substantias sive personas* esse consenserunt.

2.2 De epistula 71 (Maur. 56a)

Qua in epistula aliquibus sciscitantibus, quid in causa Bonosi statuendum sit, respondetur: *Huiusmodi fuisse concilii Capuensis iudicium, ut finitimi Bonoso atque eius accusatoribus iudices tribuerentur et praecipue Macedones cum episcopo Thessalonicensi de eius factis vel cognoscerent* (l. 5sqq.). Bonosus vel Naissitanus (Niš)[1] vel Sardicensis (Sofia)[2] episcopus Mariam matrem Christi semper virginem mansisse negavit, contra quem Ambrosius a. 392 librum De institutione virginis composuit[3]. Quam epistulam Holstenius in Collatione Romana Siricio papae adscripsit, Maurini vero „ab alio quopiam" scriptam „veri multo similius" sed se „in tam densis tenebris nihil definire" affirmaverunt[4]. Holstenii iudicium non solum Rauschen et Campenhausen[5], sed etiam Bonifatius Fischer et Klein[6] approbaverunt, quamquam iam a. 1920 Ferdinandus Cavallera epistu-

---

[1] Cf. Innocentii I ep. 16 (PL 20, 519sq.); quem secuti sunt H. Rahner, LThK 2, 602; Paredi 486; Pol. 123.

[2] Cf. Marii Mercatoris diss. de XII anathem. Nest., ed. G. Garnerius, Parisiis 1673, 2, 128, quem secuti sunt Rauschen 341 n. 9; Campenhausen 120.

[3] Cf. inst. virg. 5, 35 *fuerunt qui eam negarent virginem perseverasse, hoc tantum sacrilegium silere iam dudum maluimus; sed quia causa vocavit in medium ita ut eius prolapsionis etiam episcopus argueretur, indemnatum non putamus relinquendum.*

[4] Cf. PL 16, 1222 n. 51.

[5] L. Holstenius, Collectio Romana bipartita veterum aliquot hist. eccl. monumentorum, Romae 1662, 189; Rauschen 341sq.; Campenhausen 120 n. 6 (Sir. ep. 9); 121 n. 4 (Sir. ep. 9).

[6] Fischer, Verzeichnis der Sigel 61: PS-AM Bo; sed 67 inter pseudo-ambrosiana opera affirmavit: „eher von AM als von SIR"; item Frede, Kirchenschriftsteller 64 et 70; Klein, Kaiserbriefe 344 n. 21.

lam ab Ambrosio compositam esse monstraverat[7]. Et revera Ambrosius nisi a se ipso compositas epistulas in libro decimo nullas posuit.

Cum in hac epistula Ambrosii ipsius mentio fieret (l. 16 sq. *cum Bonosus ... misisset ad fratrem nostrum Ambrosium*), eam synodi alicuius nomine scripsit; Rauschen, Campenhausen aliique[8] e synodo Capuensi missam putaverunt, sed ut videtur e synodo a. 393 Mediolani habita directa est, e qua Ambrosius rescriptum ad Siricium papam (= ep. extra coll. 15) episcoporum congregatorum nomine compositum misit[9]. Quam epistulam inscriptione carentem editiones Amerbachiana et Romana ad Theophilum et Anysium, alii ad Anysium Thessalonicensem directam esse putaverunt[10], sed episcopis Macedonicis eorumque principi Anysio[11] missam arbitror, quibus causa Bonosi demandata erat.

---

[7] Cf. Bull. litt. ecclés. 1920, 141—147, quem Palanque aliique secuti sunt; cf. Palanque 262 n. 70: „c'est Ambroise qui tient la plume et cela nous explique le style et le ton entièrement ambrosiens de cet écrit".

[8] Cf. n. 5.

[9] Cf. Palanque 261; 545 sq. Paredi 493.

[10] Cf. Paredi 493.

[11] Ad quem episcopum (a. 383—406) Ambrosius post eius electionem epistulam 52 (Maur. 16) direxit; cf. LThK 1, 679 sq.

2.3 De epistulis 72, 72 a, 73 (Maur. 17, 17 a, 18)

Q. Aurelius Symmachus praefectus urbi aestate anni 382 legationi ad Gratianum imperatorem de repetenda ara Victoriae et sumptibus caerimoniarum missae praefuit, quae Damaso et Ambrosio auctoribus audita non est[1]. Aram Victoriae Constantius e curia removit, Iulianus restituit, Gratianus privilegiis detractis iterum removit[2]. Gratiano mortuo Symmachus aestate anni 384 iterum legationi ad Valentinianum tredecim annos natum adhuc catechumenum *propter recuperanda templorum iura, sacerdotiorum profana privilegia, cultus sacrorum suorum*[3] missae praefuit. Quod ubi Ambrosius comperit, epistula ad Valentinianum missa (= ep. 72) imperatorem religionem tueri neque quicquam contra Christianam fidem facere debere monstravit. Qua epistula impetravit, ut nihil imperator gentilibus concederet, quamquam relatio Symmachiana, ut ipse dixit, omnium fere animos moverat[4]. Praeterea in hac epistula postulavit, ut sibi exemplar relationis mitteretur (= ep. 72 a), quam paulo post ita accurate refutavit (= ep. 73), *ut contra nihil umquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere*[5].

---

[1] Cf. ep. 72 a, 7 sqq. et ep. 72, 90 sqq.

[2] Cf. ep. 73, 322 sqq. *Constantius ... nondum sacris initiatus mysteriis contaminari se putavit, si aram illam videret. Iussit auferri, non iussit reponi.* Cf. RE VIII A 2521 sqq.

[3] Ob. Val. 19.

[4] Cf. ep. extra coll. 10, 30 sqq.; ob. Val. 19: *Et cum universi in consistorio qui aderant, Christiani pariter atque gentiles, dicerent esse reddenda, solus* (sc. Valentinianus) *velut Danihel excitato in se dei spiritu arguebat perfidiae Christianos, gentilibus obviabat dicens ...*

[5] Paul. vit. 26. — De his epistulis cf. Wytzes, Der Streit um den Altar der Viktoria; Klein, Victoriaaltar; G. Lo Menzo Rapisarda, La personalità di Ambrogio nelle epistole XVII e XVIII. — Hi libri mihi praesto non fuerunt: L. Małunowicz, De ara Victoriae in Curia Romana quomodo certatum sit, Wilno 1937; F. Canfora, Simmaco e Ambrogio o di una antica controversia sulla tolleranza e sull'intolleranza, Bari 1970.

2.4 De epistula 74 (Maur. 40)

Quare hanc epistulam ad Theodosium imperatorem direxisset, in epistula quadam ad Marcellinam sororem missa (= ep. extra collectionem 1) declaravit, cui, ut monstravi[1], hanc epistulam postea nonnullis locis mutatam paucisque sententiis in fine auctam adiunxit: Cum Callinici in oppido ad Euphratem sito[2] Christiani ab episcopo instigati aestate a. 388 synagogam et conventiculum Valentinianorum[3], qui se in processione quadam Kalendis Augustis[4] habita itinere prohibuissent, incendissent, Theodosius ira commotus synagogam ab episcopo restitui et in monachos vindicari iussit. *Tunc ego*, sorori scripsit, *cum saepius agendo parum proficerem, et epistulam dedi imperatori quam simul misi et ubi processit ad ecclesiam, hunc sermonem habui*[5]. Deinde exposuit, quomodo sermone de baculo nuceo habito et evangelii lectione de muliere peccatrici exposita impetravisset, ut imperator, qui iam mandatum synagogae reaedificandae revocavisset[6], omnem cognitionem tolleret.

Paulinus hanc epistulam Aquileiae scriptam esse indicat[7], ubi Ambrosium Valeriano episcopo mortuo (Nov. 26) successori eligendo[8] interfuisse verisimile est[9]; epistula ad imperatorem missa una cum epistula ad sororem directa tradita est (= ep. extra collectionem 1 a).

[1] Cf. 1. 2; II 1.3.1.

[2] Hodie ar-Raqqah in Syria sito, cf. Paredi Pol. 99.

[3] Cf. app. font. ad ep. 74, 180.

[4] Cf. ep. 74, 187 *celebritatem Machabaeorum martyrum*.

[5] Ep. extra coll. 1, 11 sqq.

[6] Cf. ep. extra coll. 1, 345 sqq.

[7] Cf. vit. 22 sq.

[8] Electus est Chromatius, qui presbyter concilio Aquileiensi a. 381 habito interfuit (cf. III 1.21).

[9] Cf. Palanque 207 et 523 sq. — Rauschen vero (533) et Seeck (Gesch. 5, 223) Ambrosium Aquileiae fuisse, cum Theodosius mandata supradicta daret (cf. ep. extra coll. 1, 8 sq.), sed epistulam Mediolani composuisse e verbis *cur hic* (sc. Mediolani) *non incenderim* (ep. 74, 106) concluserunt.

2.5 De epistulis 75—77 (Maur. 21, 21a, 20, 22)

2.5.1 Hae epistulae ad pugnas cum Arrianis de basilicis tradendis gestas pertinent. Maurini epistulam 76 (Maur. 20) anno 385, epistulas 75, 75a, 77 (Maur. 21, 21a, 22) anno 386 adscripserunt. Nam in sermone contra Auxentium die palmarum a. 386 habito Ambrosius se superiore anno ad consistorium petitum esse et imperatorem basilicam sibi eripere voluisse dixit; populum cum se *palatium petisse* cognovisset, ita ad palatium irruisse ut ipse rogaretur ut *populum multo sermone* mulceret, sponderet *fidem quod basilicam ecclesiae nullus invaderet*[1]. Quamquam Ambrosius in epistula 76 se ad consistorium petitum esse non memoravit, Maurinorum ordinem non solum Ihm et Rauschen, sed etiam Campenhausen et Rahner secuti sunt[2]; sed iam anno 1913 Seeck omnes has epistulas a. 386 scriptas esse monstravit[3]: epistulam 75 mense Martio ad Valentinianum imperatorem directam eique sermonem die palmarum contra Auxentium habitum de basilicis tradendis additum; epistulam 76 mense Aprili et epistulam 77 mense Iunio ad Marcellinam sororem scriptas esse. Quem ordinem ab Ottone Seeck propositum et a multis viris doctis approbatum[4] liber decimus ab Ambrosio ipso compositus confirmat.

2.5.2 De ecclesiis Mediolanensibus

Ambrosii tempore tres ecclesiae Mediolani erant: basilica nova intramurana vel basilica maior id est basilica

---

[1] Ep. 75a, 360sqq.

[2] Ihm 44sq., 34sqq.; Rauschen 212sqq.; Campenhausen 189sqq.; Rahner 99sqq.

[3] Seeck, Geschichte des Unterganges 5, 204sqq.

[4] Palanque 139sqq.; Enßlin, Valentianianus, 221 8sqq.; Paredi, Politica 81 n. 28.

S. Teclae sub loco sita qui Piazza del Duomo appellatur; basilica vetus id est secundum Franciscum Savio[5] basilica SS. Naboris et Felicis, A. Calderini vero quae fuerit ignorat[6]; et basilica Portiana extramurana id est vel basilica S. Victoris (S. Vittore al Corpo) secundum F. Savio vel basilica S. Laurentii (S. Lorenzo) secundum A. Calderini[7].

Ambrosius duas basilicas aedificandas curavit quas a. 386 dedicavit: basilicam apostolorum in Romana id est in regione Mediolanensi prope portam Romanam sitam, ad quam a. 395 S. Nazarii martyris corpus in horto extra civitatem positum transtulit (S. Nazaro)[8], et basilicam Ambrosianam (S. Ambrogio), ad quam Protasii et Gervasii martyrum corpora mense Iunio revelata transtulit (cf. ep. 77).

2.5.3 Quae annis 385 et 386 Mediolani gesta sint

Anno 385 ineunte Valentinianus ab Iustina matre instigatus ab Ambrosio petivit, ut Arrianis basilica Portiana traderetur; Iustinam vero Mercurinus episcopus Durostorensis[9] adiuvit, qui postquam e Scythiae partibus Mediolanum venit, Ambrosii praecessorem Arrianum imitatus se Auxentium nominavit. Deinde Ambrosius se mandato non impleto ad palatium petitum *constantiam sacerdotis* tenuisse neque *imminuto iure* discessisse in sermone contra Auxentium indicat, immo vero, cum comes militaris populum ad palatium irruentem fugare non posset, rogatum esse, ut populum mulceret et nullum basilicam ecclesiae

[5] F. Savio, Gli antichi vescovi d'Italia, La Lombardia 1: Milano, 876 sqq.

[6] A. Calderini, Storia di Milano I 592 sqq.

[7] Savio 857; Calderini 592 sqq.; Paredi 355 sq.

[8] Cf. Paulin. vit. 32; Paredi 513; Calderini 608 sqq.

[9] De Mercurino cf. RE XV, 1, 974 sq. Durostorum, civitas Moesiae inferioris ad Danuvium sita, hodie Silistra appellatur.

invasurum sponderet[10]. Valentinianus paulo post Mediolanum reliquit; reversus mense Ianuario a. 386 ab Auxentio instigatus hanc legem sanxit[11]:

Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quae temporibus divae memoriae Constanti sacerdotibus convocatis ex omni orbe Romano expositaque fide ab his ipsis, qui dissentire noscuntur, Ariminensi concilio, Constantinopolitano etiam confirmata in aeternum mansura decreta sunt. Conveniendi etiam quibus iussimus patescat arbitrium, scituris his, qui sibi tantum existimant colligendi copiam contributam, quod si turbulentum quippiam contra nostrae tranquillitatis praeceptum faciendum esse temptaverint, ut seditionis auctores pacisque turbatae ecclesiae, etiam maiestatis capite ac sanguine sint supplicia luituri, manente nihilo minus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptive aut clanculo supplicare temptaverint.

Deinde Benivolus, cui *tunc memoriae scriniis praesidenti*[12] ut imperialia decreta dictaret mandatum est, haec impia verba proferre posse se negavit et officio se abdicavit. Paulo post Dalmatius tribunus et notarius mandato imperatoris ab Ambrosio postulavit, ut iudices eligeret sicut elegisset Auxentius, addiditque *quod in consistorio esset futura certatio*[13]. Quare mense Martio Ambrosius epistula ad Valentinianum missa (= ep. 75) excusavit, quod vocatus ad consistorium non venisset, et affirmavit *in causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis* (l. 13 sq.) neminem nisi episcopos iudicare debere. Deinde cum basilicam Portianam ab Arrianis petitam non tradidisset, viri illustres comites consistoriani[14] die 27 mensis Martii eum convenerunt et basilicam novam intramuranam petebant. Cum vero nihil

[10] Ep. 75a, 355sqq.
[11] Cod. Theod. XVI 1, 4.
[12] Ruf. hist. 11, 16; cf. Soz. 7, 13.
[13] Ep. 75, 8.
[14] Cf. ep. 76, 6sqq.

impetravissent, proximo die praefectus ad Ambrosium venit et suadebat, *vel ut Portiana basilica* cederet, sed *populus reclamavit*. Die dominica palmarum, postquam nuntiatum est, *quod ad Portianam basilicam de palatio decanos misissent et vela suspenderent*[15], episcopus sermonem contra Auxentium de basilicis tradendis habuit, quem ad epistulam ad Valentinianum missam addidit (= ep. 75a). Quomodo in hebdomada maiori cum populo contra imperiale mandatum pugnaverit et vicerit, in epistula 76 ad Marcellinam mense Aprili missa narrat. In his diebus primum populum hymnos docuit, ut ipse in sermone contra Auxentium indicat[16] et Augustinus hoc modo narrat[17]:

Non longe coeperat Mediolanensis ecclesia genus hoc consolationis et exhortationis celebrare magno studio fratrum concinentium vocibus et cordibus. Nimirum annus erat aut non multo amplius, cum Iustina, Valentiniani regis pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur haeresis suae causa, qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in ecclesia mori parata cum episcopo suo, servo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, sollicitudinis et vigiliarum primas tenens orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi a calore spiritus tui excitabamur tamen civitate adtonita atque turbata. Tunc hymni et psalmi ut canerentur secundum morem orientalium patrum, ne populus maeroris taedio contabesceret, institutum est: et ex illo in hodiernum retentum multis iam ac paene omnibus gregibus tuis et per cetera orbis imitantibus.

Cum mense Iunio Ambrosius basilicam Ambrosianam dedicasset, populus flagitabat, ut in ea reliquias conderet sicut fecisset in basilicae apostolorum consecratione[18].

---

[15] Ep. 76, 14sq., 20sq.
[16] Cf. ep. 75a, 422sqq.
[17] Conf. 9, 7, 15.
[18] Cf. ep. 77, 5sqq.

Tum die 17 mensis Iunii[19] Protasii et Gervasii martyrum corpora invenit, quae quomodo invenerit et condiderit in altera epistula ad sororem missa (= ep. 77) narrat. Et Paulinus et Augustinus has reliquias episcopo per visum revelatas esse indicant; Augustinus ad locum allatum addidit[20]:

Tunc memorato antistiti tuo per visum aperuisti quo loco laterent martyrum corpora Protasi et Gervasi, quae per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui reconderas, unde oportune promeres ad cohercendam rabiem femineam sed regiam. Cum enim propalata et effossa digno cum honore transferrentur ad Ambrosianam basilicam, non solum quos immundi vexabant spiritus confessis eisdem daemonibus sanabantur, verum etiam quidam plures annos caecus civis civitatique notissimus, cum populi tumultuante laetitia causam quaesisset atque audisset, exilivit eoque se ut duceret suum ducem rogavit. Quo perductus inpetravit admitti, ut sudario tangeret feretrum pretiosae in conspectu tuo mortis sanctorum tuorum. Quod ubi fecit atque admovit oculis, confestim aperti sunt. Inde fama discurrens, inde laudes tuae ferventes, lucentes, inde illius inimicae animus etsi ad credendi sanitatem non applicatus, a persequendi tamen furore conpressus est.

Et Paulinus, postquam quomodo sancti martyres se Ambrosio revelavissent indicavit, addidit: *His beneficiis martyrum in quantum crescebat fides ecclesiae catholicae, in tantum Arrianorum perfidia minuebatur*[21].

---

[19] Reliquiarum translatio in Martyrologio Romano ad diem XIII Kal. Iul. (= Iun. 19) memoratur; quo die vero in ecclesia Carthaginensi reliquiarum inventio celebrata est, cf. Aug. serm. 286, 5, 4 (PL 38, 1299).

[20] Conf. 9, 7, 16; cf. civ. dei 22, 8, 2.

[21] Paul. vit. 14.

3 Quomodo liber decimus traditus sit

3.1 De codicibus

3.1.1 De codicibus decem epistularum libros complexis

Duo soli codices saeculo nono scripti decem epistularum libros tradunt:

E Codex Vaticanus Latinus 286, s. IX[2] secundum B. Bischoff probabiliter Mediolani, secundum Mirellam Ferrari fortasse Vercellis scriptus[1]; cui s. XI/XII in monasterio S. Ambrosii Mediolanensi ante primam epistulam epistula extra coll. 14 et dimidia paene epistulae extra coll. 13 pars additae sunt, sine dubio e codice Ambrosiano A sumptae (cf. II 2.3). Quamquam in epistularum ordine f. 18[r] post obitum Theodosii *LXXXI Tractatus de sancto geruasio et protasio* (= ep. 77), *LXXXII De nabuthae* indicati sunt, in codicis fine non inveniuntur.

B Codex Berolinensis bibl. Nat. Lat. fol. 908, olim capituli Belvacensis (Beauvais), s. IX med. in Gallia septemtrionali ad orientem spectanti scriptus[2], post epistulam 77 tractatum De Nabuthae continet.

Plus sexaginta codices ss. X ex. — XV hanc epistularum collectionem tradunt, e quibus ab Ottone Faller ad textum constituendum hi decem electi sunt:

F Codex Parisinus bibl. armamentarii (de l'Arsenal) 1244, s. X/XI variis manibus scriptus, olim monasterii Cluniacen-

---

[1] B. Bischoff per litteras; Ferrari 41 sq. (cf. f. 36[v] *Stadebertus gratia dei episcopus Attoni Vercellensis*, s. IX/X ?; f. 17[r] *haec tibi sancte tuus condonat munera seruus Eusebi Bonizo presbiter inmeritus*, s. IX/X).

[2] Bischoff per litteras.

sis (num. 119)[3], post epistulam 73 libros De excessu fratris et ultimo loco epistulam 77 numero LXXXII inscriptam continet.

K Codex Coloniensis bibl. cath. Dom. 32, s. XI[1] vel med. in Lombardia, probabiliter in civitate Mediolanensi ipsa scriptus et paulo post Coloniam transportatus[4], post epistulam 77 numero LXXXI inscriptam tractatum De Nabuthae et conspectum imperatorum Romanorum usque ad Iustinum praebet.

L Codex Londinensis Musei Brit. bibl. reg. vet. 5 F. XIII, s. XI, loco ultimo epistulam 77 sub numero LXXXI et tractatum De Nabuthae continet.

Z Codex Vaticanus Latinus 264, s. XI/XII, multa opera Ambrosiana complexus ultimo libri decimi loco epistula 77 omissa obitum Theodosii profert. Post nonnulla opera Ambrosiana epistulam extra coll. 14 continet.

G Codex Londinensis Musei Brit. bibl. reg. vet. 6 A. XVI, s. XII, loco ultimo epistulam 77 et tractatum De Nabuthae continet.

P Codex Parisinus bibl. Nat. Lat. 1754, s. XII, olim S. Martini Tornacensis (Tournai). Quo in codice epistularum ordo mutatus est, cum epistulae ad easdem personas directae coniunctae sunt: epistula 74 numero XXXVII inscripta post epistulam 25 et obitum Theodosii posita est, post epistulam 62 epistulae 70 et 71 sub numeris LXXI et LXXII sequuntur, deinde ep. extra coll. 14, epp. 77, 30, 72, 72a, 73, 75, 75a, 76 (num. LXXX inscripta) et obitus Valentiniani; quibus sub numeris LXXXII—LXXXIIII tres libri additi sunt qui incipiunt *David uno lapidis ictu*[5].

[3] Cf. L. Delisle, Le Cabinet des mss. de la Bibl. Nat. 2, Paris 1874, 463 col. a. [4] Cf. Ferrari 101 sq.

[5] Sub titulo *Incipit liber primus beati ambrosii episcopi ad gratianum imperatorem de sancta trinitate contra arrianos* cap. 16—37 in tres libros divisa e opere Faustini De trinitate ad Augustam Flaccillam (ed. M. Simonetti, CC Lat. 69, 289 sqq.) hausta continet. Item codex Augiensis R_1 (cf. 3.1.22).

V Codex Vaticanus Latinus 6023, s. XII, nonnullis foliis amissis valde mutilatus post epistulam 76 alterum epistularum extra collectionem corpus continet (cf. II 2.3).

O Codex Oxoniensis Bodl. Canon. patr. Lat. 210 + 229, s. XII in Italia septemtrionali[6] scriptus. Quo in codice epistulae ad easdem personas directae coniunctae sunt: post epistulas 70 et 71 numero LXVIII inscriptas epistula 77 posita est, deinde ep. extra collectionem 14, epistulae 30, 72, 72a, 73, 75, 75a, 76 sub numeris LXXI—LXXVII sequuntur; quibus prius epistularum extra collectionem corpus additum est (cf. II 1.4).

C Codex Cantabrigiensis bibl. univ. Ff IV. 7, s. XV, post epistulam 71 sicut codex P epistulam extra collectionem 14, post epistulam 77 tractatus De obitu Theodosii et De obitu Valentiniani continet.

Y Codex Havniensis (Kopenhagen) bibl. reg. fol. 22, s. XV, post obitum Theodosii nonnulla opera pseudo-ambrosiana et alterum epistularum extra collectionem corpus, epistulam pseudo-ambrosianam Ad Demetriadem, epistulam 77 et obitum Valentiniani continet (cf. II 2.3).

Praeterea hi codices a me adhibiti sunt:

N Codex Monacensis bibl. Nat. Lat. 10041, s. X^2, incertae originis, olim S. Arnulfi Mettensis[7], ex bibliotheca Mannheimensi in bibliothecam Monacensem venit. Omissae sunt epistulae 72a et 73, post epistulam 77 tractatus De Nabuthae additus est.

A Codex Mediolanensis Ambrosianus J 71 sup., s. IX med. Mediolani probabiliter in scriptorio capituli metropolitani

[6] Codex 229 fragmentum libri ecclesiae olim ad monasterium S. Iustinae de Padua pertinentis continet, et f. 55^v legitur: *Istud quolibet* (sic) *est monasterii sanctae Iustinae de Padua.* O. Faller hunc codicem false s. XIII/XIV attribuit CSEL 72/1 p. 2.

[7] Cf. f. 2^v et f. 166^r.

S. Teclae scriptus, post ep. 76 duobus paene paginis vacuis posterius epistularum extra coll. corpus continet et post unum folium vacuum obitus Gratiani, Valentiniani, Theodosii a manu paulo posteriori additos (cf. II 2.3.1)[8].

M Codex Mediolanensis Ambrosianus B 54 inf., item s. XI Mediolani in scriptorio capituli metropolitani S. Teclae scriptus. Quamquam in epistularum ordine f. 168 ut in codice E tractatus *De sancto Geruasio et Protasio* (= ep. 77) et *De Nabuthae* indicati sunt, in codicis fine non inveniuntur[9].

W Codex Vaticanus Latinus 285, s. XI, sicut codices EM post obitum Theodosii epistula 77 omissa desinit, quamquam ordo epistularum f. 1 sic finit: *De obitu theodosii LXXVIIII*, *Tractatus de sancto geruasio et protasio LXXX*, *Expliciunt capitula.*

Q Codex Parisinus bibl. Nat. Lat. 1753, s. XI/XII, post epistulam 77 obitum Valentiniani et ep. extra coll. 14 praebet.

H Codex S. Crucis (Heiligenkreuz) 254, s. XII, ante decem epistularum libros epp. extra coll. 14 et 13, post epistulam 76 vero ep. extra coll. 12, obitus Theodosii et Valentiniani, ep. extra coll. 15, obitum Gratiani continet.

S Codex Mediolanensis Ambrosianus F 114 sup., s. XV e codice Martini Corbo (s. XII) transcriptus[10], ante decem epistularum libros epp. extra coll. 14 et 13, post epistulam 76 vero obitus Theodosii et Valentiniani, epp. extra coll. 15 et 12 et nonnullas litteras Martino missas continet.

---

[8] In epistularum indice inter epistulam 76 et alterum epistularum extra coll. corpus *obitus Theodosii Gratiani Valentiniani* (sic) allati sunt (f. 1^{v}). Cf. Ferrari 43 sqq., sed 45 sq. erravit.

[9] Cf. Ferrari 46 sq.

[10] Cf. Ferrari 47 sq.

3.1.2 De codicibus singulas decimi libri epistulas continentibus

3.1.21 Epistulas 72, 72a, 74

R_1 Codex Augiensis Caroliruhensis perg. 251, s. VIII/IX in Italia septemtrionali scriptus, mutilatus cum ep. 72a usque ad l. 150, ep. 74 usque ad l. 119 continet; e quo mutilato codex Sangallensis 94 s. IX med. in Gallia meridionali descriptus est[11].

3.1.22 Epistulas 72—76

L_1 Codex Florentinus Med. Laur. 14 dex. 9, s. XII, olim Sanctae Crucis, epistulas 25, 30, 72—76, 29, 31, extra coll. 14 tradit.
Codex Atrebatensis 620, s. XI, nonnullis foliis amissis valde mutilatus est.

3.1.23 Epistulam 72a

T_1 Relationes Symmachianas duo codices tradunt: Codex Monacensis bibl. Nat. Lat. 18787, s. X ex. vel XI in., olim
M_1 Tegernseensis, et codex Mettensis 500, s. XI, in bello annis 1939—1945 gesto deperditus[12].

3.1.24 Epistulas 74—76

O_1 Codex Vaticanus Ottob. Lat. 107, s. XI in Italia scriptus, post ep. 76 opus De excessu fratris continet[13].

[11] Cf. Klein, Victoriaaltar 79; 90sq. Uterque codex sub titulo *Liber sancti ambrosii episcopi contra haereticos* ut codex P cap. 16—37 e Faustini libro De trinitate sumpta continet, cf. n. 5.

[12] Cf. Chr. E. Eder, Die Schule des Klosters Tegernsee im frühen Mittelalter im Spiegel der Tegernseer Handschriften, Beiträge z. Mediävistik und Ren.-Forschung, Beiheft, München 1972, 138. Bischoff per litteras se unde T_1 ortus esset ignorare et fortasse s. XI^1 scriptum esse mihi indicavit. De codice M_1 cf. Klein, Victoriaaltar 84 sq.

[13] Bischoff per litteras.

3.1.25 Epistulam 74

B_1 Codex Bambergensis Patr. 7, s. X ex., olim Montis S. Michaelis Bambergensis, ante posterius epistularum extra coll. corpus hanc epistulam tradit (cf. II 2.3.1).

β Codices prius epistularum extra coll. corpus tradentes, qui priorem ep. 74 formam servaverunt (cf. II 1.1; I 1.2).

3.1.26 Epistulas 76, 75a, 75

C_1 Codex Mediolanensis Ambrosianus C 133 inf., s. XI med. in scriptorio capituli metropolitani Mediolanensis S. Teclae scriptus[14], hodie mutilatus ep. 76 inde a l. 225 continet.

W_1 Codex Vercellensis CIII, s. IX ex. in Italia septemtrionali scriptus, epp. 76, 75a, 75 (des. l. 63) sub titulo *De rebus gestis in ecclesia mediolanensi* continet[15].
In utroque codice sermo contra Auxentium (= ep. 75a) media in linea sine ullo titulo ad epistulam 76 additus est, item in codicibus iis simillimis Vat. Lat. 288, 289, 488 aliisque s. XII scriptis.

3.1.27 Epistulam 77

V_1 Codex Vaticanus Latinus 296, s. IX med. in Gallia scriptus[16], nonnulla opera Ambrosiana continet.

V_2 Codex Vaticanus Latinus 1269, s. XI, ep. 77 inter sanctorum vitas continet ut codex Vaticanus 1195, s. XI, ei simillimus.

3.2 Quomodo codices inter se cohaereant

Codices ab Ottone Faller ad textum constituendum electos etiam Richardus Klein ad epistulas 72, 72a, 73

[14] Cf. Ferrari 43.

[15] Cf. A. Reifferscheid, Bibliotheca patrum Latinorum Italica II, Wien 1871, 193 sq.

[16] Bischoff per litteras.

edendas adhibuit, quos e duabus stirpibus esse derivatos e Fallerii adnotationibus conclusit. Quarum unam e codicibus EKVZY in Italia scriptis, alteram e ceteris codicibus BFLGPC constare, codicem autem O neutri classi adnumerandum non parvi momenti esse affirmavit[17]. At Faller libro decimo nondum recenso quae ratio inter singulos codices intercederet cum non satis cognovisset, in codicibus eligendis et aestimandis erravit. Nam cum ad duos codices s. IX decem epistularum libros continentes (BE) quattuor e duodecim codicibus ss. X ex. — XII in. adhibuit (FKLZ), quibus quattuor s. XII (GOPV) et duos s. XV (CY) addidit, sex codices ss. X ex. — XII in. (AHMQW) et unum s. XV (S) qui adhibendi erant praetermisit, quinque autem, e quibus duo posteriores, ad textum constituendum nihil valentes (CGVYZ) in vanum adhibuit. Itaque quod Klein de codicum cognatione scripsit codicumque stemmate illustravit nullius momenti est[18].

3.2.1 De codicibus AKV

3.2.11 Summi momenti est codex Ambrosianus **A**, s. XI Mediolani scriptus, quem Faller ideo non adhibuit, quod eum e codice Coloniensi **K** paene aequali descriptum esse putavit; qua in re Klein Ottonem Faller secutus est, quamquam ex epistulis 72 et 72a codicem A non e codice K ipso descriptum esse elucet:

ep. 72, 13	*coniventiam*] *consensionem* A, *consensionem. coniuuentiam* K
ep. 72a, 12	*officio* — 14 *quia* om. Kac., add. post 28 *proximorum*
ep. 72a, 15	*aulicorum*] add. *ministri regum* K, *auli*

[17] Victoriaaltar 73 sqq.
[18] Victoriaaltar 83.

(*aulici* pc.) *ministri regum corum* (*quorum* pc.) A[19]

ep. 72a, 93 *grande* om. K

Codices A et K e libro quodam derivatos esse apparet, in quo verborum interpretationes vel verba quae suppleri debent addita erant; quae additamenta interdum in textum manarunt, e. g.

ep. 73, 144 *non*] add. *minime* AK[20]

ep. 73, 200 *seges*] add. *fallax* AK

ep. 73, 348 *plenum cruoris*] add. *satiari iussus* AK

ep. 75a, 385 *temptatis*] add. *hypocrite* K

ep. 75a, 390 *vidit*] add. *iesus* K

Qui codices quamquam non paucis locis lectionibus propriis depravati sunt, nonnullis tamen locis soli lectiones genuinas servaverunt, e. g.

ep. 72, 166 *debet ergo dicere me probasse*] *me probasse* AK, om. cett[20].

ep. 73, 68sq. *canities est laudanda* AK, *canities est laudata* cett.

ep. 73, 226 *ut* AK, om. cett.

ep. 73, 329 *coit vobis* AK, om. cett.

---

[19] R. Klein codicem A non inspexit, nam affirmavit (Victoriaaltar p. 91): „Der Ambrosianus J 71 aus dem elften Jahrhundert ist ohne Zwischenglied vom Coloniensis bibl. cathedr. 32 abhängig und weist keine selbständigen Änderungen und nachträgliche Eingriffe durch eine fremde Hand auf. Übernommene Fehler, Ergänzungen, aber auch richtige Lesarten, die nur bei K erscheinen, z. B. 17a, 2: aulicorum ministri regum (ministri regum fehlt sonst) ..." (!)

[20] Sed nonnullae codicis A lectiones in alios codices manaverunt, e. g.

73, 200 *seges*] add. *fallax* AKMsl.O, *fallax seges* S

73, 348 *plenum cruoris*] add. *satiari iussus* AHKMsl.S

72, 166 *me probasse* AHKOS, om. cett.

73, 69 *laudanda* AKMpc.O, *laudata* cett.

73, 329 *coit vobis* AKMpc.O, om. cett.

Cf. 3.2.212; 3.2.231; 3.2.3.

ep. 73, 363 *te tamen* AK, *et a me, etiam et, te tum enim* cett.

ep. 77, 6sq. *sicut in Romana* K (A deest); *sic in romana, sic et romanam, siccine romanam* cett.

Praeterea cum relationum Symmachianarum codicibus T_1 et M_1 ep. 72a, 160 vocem *olim* et cum codicibus priorem epistulae 74 formam complexis (= β) hos locos servaverunt:

ep. 74, 272 *et quod victus offendit* AKβ, *(a)equo victus offendit, et quo victus offendit, te quoque victus offendit* cett.

ep. 74, 303 *recipiunt quia filium non receperunt* Apc. K β, *quia — receperunt* om. cett.

ep. 74, 318 *deferendum existimat recte ego et deferendum* AKβ, *existimat — deferendum* om. cett.

3.2.12 Quos locos etiam codex Bambergensis (B_1) s. X ex. scriptus tradit, qui hanc epistulam ante alterum epistularum extra collectionem corpus continet; quod corpus in codice A post decem epistularum libros additum est. Cum codices A sine dubio, K probabiliter Mediolani scripti sint[21], e libro in civitate Mediolanensi ipsa servato pendent, e quo codex Bambergensis hanc epistulam sumpsit.

3.2.13 Codex K vix perfectus Coloniam transportatus esse videtur. In codice A manus paene aequalis multas lectiones varias et correctiones addidit (cf. 3.2.212). Quo e codice correcto codex V s. XII descriptus est: non solum omnibus fere locis cum codice A correcto consentit, sed etiam in ep. extra collectionem 14 verba *ut postea* (782) usque ad *spiritu* (931) media in linea omisit bifolio medio inter codicis A folios 183 et 184 avulso. Quare codex V e apparatu critico abiciendus est.

[21] Cf. Ferrari 43 sqq., 101 sq.

3.2.2 De ceteris codicibus

Quae cum ita sint, codices AKV ex alio subarchetypo fluxerunt ac ceteri codices ab Ottone Faller adhibiti (EZYOBFLGPC). Quorum antiquissimi E et B s. IX scripti multum inter se differunt. Codex E s. IX^2 in Italia septemtrionali scriptus multis lectionibus propriis et omissionibus depravatus est, codex B s. IX med. in Gallia septemtrionali ad orientem spectanti scriptus multos errores et litterarum et vocalium confusione ortos praebet. Cum codice E artissime coniuncti sunt et codices ZY ab Ottone Faller adhibiti et codices MQW a me assumpti; codices FLGPC cum codice B coniunctos esse lacuna parva non ex homoioteleutis orta et paucae lectiones propriae demonstrant.

3.2.21 De codicibus EMQWYZ

3.2.211 Codex E, s. IX^2 in Italia septemtrionali (secundum Bernardum Bischoff Mediolani, secundum Mirellam Ferrari fortasse Vercellis) scriptus, ante s. XII in monasterium S. Ambrosii Mediolanensis venerat[22], ubi ante epistularum libros ep. extra coll. 14 et dimidia paene ep. extra coll. 13 pars additae sunt, sine dubio e codice A sumptae (cf. II 2.3). Epistula 77 cum codicibus EMWZ omissa, codicum EMW indicibus autem allata sit, et in codicibus QY textum valde differentem e codice hagiographico sumptum praebeat (cf. 3.2.43), in subarchetypo codicum EMQWYZ olim extitisse elucet.

Codices MQWYZ multis lectionibus propriis et omissionibus cum codice E coniuncti sunt, e. g.

---

[22] Cf. 3.1.1 et not. 1. Praeterea nonnullis locis secundum Martini Corbo textum correctus est (cf. 3.2.3), e. g. 73, 112 *crevimus*] *credimus* Epc.HS; 75a, 167 *quaerentium occurrat oculis*] *quaerentium manibus occurrat et oculis* Epc.HS.

ep. 70, 6 *iusto*] *isto* EMQWYZ
ep. 71, 34 *astruit*] *attribuit* EMQWYZ
ep. 72a, 8sq. *quia — defutura* om. EMQWYZ
ep. 73, 260 *vel — absolvens* om. EMQWYZ
ep. 73, 125 *pudoris*] *doloris* EMQWYZ
ep. 75a, 14 *subirem*] *ubi rem* Eac.Mac.Qac.Wac., *abirem* Epc., *uero facerem* Wpc.YZ
ep. 75a, 137 *ad tempus*] *ad* EMar.Qac.Wac., om. Mpr.Qpc.Wpc.Yac.Z
ep. 76, 244 *vir iustus*] *uirtus* EMQWYZ,

neque tamen ullus codex e codice E ipso descriptus est.

3.2.212 Codicem **M** s. XI in scriptorio capituli metropolitani S. Teclae Mediolanensis scriptum textum peiorem quam cod. E depravatumque ostendentem e libro lectu difficili descriptum esse[23] pauca exempla ex initio epistulae 73 sumpta monstrant:

17 *dotata*] *ditata*
19 *perstringit*] *-gunt* ar.
26 *cultus*] *cultos* ac.
27 *sint*] *sunt*
48 *eos interpellat*] *eo interpella*
53 *Tarpeiae*] *star paeiae*
54 *Atilio*] *alio* ac.

Praeterea codex M multis locis vel correctus vel lectionibus variis supra lineam seu in margine additis sine dubio e codice A sumptis affectus est; codex A eodem fere tempore et eodem loco quo codex M scriptus est, itaque utrumque codicem ex altero correctum lectionibusque variis auctum esse mirandum non est, e. g.

ep. 72, 93 *et quidem innumeri*] post *quidem* add. *multi* M et Asl.

[23] Qui codex multis locis et variis manibus correctus est; correctiones a scriba ipso factas nisi paucis locis in apparatu critico non notavi.

ep. 72, 122	*licebit tibi ad ecclesiam convenire*] post *tibi* add. *ire* M et Asl.
ep. 72, 138	*non probatur*] *comprobatur* M et Apc.
ep. 72a, 59	*num*] *numquid* A, add. *quid* Msl.
ep. 72a, 148	*convolavit*] *conuiolauit* M et Apc.
ep. 73, 68sq.	*canities est laudanda* A et Mpc., *canities est laudata* Mac.
ep. 73, 329	*coit vobis* A et Mpc., om. Mac.
ep. 75, 6	*legerem* A, *legem* M et Apr.
ep. 75, 33sq.	*vel vetera* M et Apc., *velut cetera* Aac.
ep. 75a, 122	*et vide* M et Apc., om. Aac.
ep. 75a, 273	*pius*] *ipsius* M et Apc.
ep. 75a, 357	*vim* M et Apc., *cum* Aac.
ep. 75a, 426	*patrem* — 427 *magistri* A et Mpc., om. Mac.
ep. 76, 22	*in munere*] *immobilis* M et Apc.

Praeterea nonnullis epistulae 76 locis in utroque codice eadem verba vel supra lineam vel in margine addita inveniuntur, e. g.

ep. 76, 9	*convenerunt me primo viri ⟨illustres⟩*[24] *comites consistoriani*] add. in mg. *principes uirtutum* A, add. in mg. *al. principes uirtutum* M
ep. 76, 45	*ut basilicae fieret matura traditio*] add. *per me* s. *ut* AM
ep. 76, 47	*omnia*] add. sl. *tradi debere* AM
ep. 76, 57	*dum basilicam vindicant*] add. in mg. *populus* A, add. *populus* s. *dum* M

Extant libri in quibus haec verba addita in textu huius epistulae inveniantur; qui libri sub titulo *De rebus gestis in ecclesia Mediolanensi* epistulas 76, 75a, 75 solas continent sermonemque contra Auxentium (= ep. 75a) media in linea

[24] De hac coniectura cf. 3.4 et Zelzer, Probleme 419 sq.

sine ullo titulo ad epistulam 76 additum. Quorum antiquissimi sunt codex Vercellensis W_1, s. IX ex., et codex Ambrosianus C_1, s. XI med. in scriptorio capituli metropolitani S. Teclae scriptus in initio mutilus. Quibus accedunt codices Vaticani 288, 289, 448 aliique s. XII scripti. Hi codices epistulae 76 locos supra laudatos ita tradunt:

9 *conuenerunt me principes uirtutum comites consistoriani*, id est *principes uirtutum* pro *primo uiri* tradunt
45 *ut per me basilicae fieret matura traditio*
47 *omnia tradi deberent*
57 *dum populus basilicam uindicat*

Praeterea *immobilis mansi* (22) pro *in munere mansi* scribunt sicut codices Apc.M. Cum Mirella Ferrari eundem virum ignotum s. XI/XII in scriptorio S. Teclae Mediolanensi non solum codices AM sed etiam codicem C_1 correxisse notisque affecisse demonstraverit[25], illum e codice C_1 has lectiones in codd. AM addidisse elucet.

3.2.213 E codice A hoc modo correcto codex **V** s. XII descriptus est, qui epistulae 76 locos supra allatos ita tradit: *conuenerunt me primo principes uirtutum uiri comites consistoriani* (9), *mansi immobilis* (22), *omnia tradi debere* (47), *ut per me basilicae fieret matura traditio* (45), *dum populus basilicam uindicant* (57).

3.2.214 Item codex Vaticanus **W**, s. XI, nonnullis locis correctus partimque iisdem lectionibus quibus codices AM vel supra lineam vel in margine additis affectus est; quo e codice correcto sine dubio codicem Vaticanum **Z** descriptum haec exempla demonstrant:

ep. 73, 42 *Romanis*] add. *profuit* Wsl.Z
ep. 75a, 291 *autem*] add. *meus* WZ

[25] Cf. p. 43 not. 22.

ep. 76, 22 *in munere*] add. in mg. *uel immobilis* W, *uel immobilis in munere* Zac. (*uel immobilis* del.)
ep. 76, 30 *eripui*] *eripio* Wpc.Z
ep. 76, 35 *pondo*] *pondera* Wpc.Z
ep. 76, 45 *ut basilicae fieret matura traditio*] add. *per me* Wsl., *ut per me basilicae* ... Z
ep. 76, 46 *uti*] add. *et* Wsl.Z
ep. 76, 57 *dum basilicam vindicant*] add. *populus* Wsl., *dum populus basilicam uindicant* Z

Codex Z ante epistularum libros epistulam extra collectionem 14 continet e libro haustam qui posterius epistularum extra collectionem corpus tradidit (cf. II 2.3.341).

3.2.215 Codex Parisinus **Q**, s. XI/XII scriptus, post obitum Theodosii, id est loco recto, epistulam 77 continet sed e libro hagiographico codici V_2 simillimo haustam (cf. 3.2.43), praeterea epistulam extra coll. 14 non sicut in codicibus EZ e libro posterius epistularum extra collectionem corpus complexo sed ex altero huius epistulae rivulo sumptam (cf. II 2.3.342).

Qui codex artius cum codice W coniunctus et nonnullis locis correctus est, e. g.

ep. 72a, 82 *paenitet*] add. *ut* QWYZ
ep. 72a, 117 *dictent*] *dictentes* Epc., *dictantes* QWYZ
ep. 73, 57 *odi*] *odii* QW, add. *ri* Qsl., add. *al. odiri ritus* Wmg.
ep. 73, 173 *nuncine*] *nunc ne* Qac.WY, *nunc* Qpc.Z
ep. 73, 179 *malum*] *malorum* Qpc., add. *al. lorum* W
ep. 73, 190 *piaret* OQWYZL_1, *piare* cett.
ep. 74, 84 *aliqui*] *alioquin* QWYZ
ep. 75a, 76 *obviare*] *obseruare* EMQWYZ, add. *uel obuiare* Qsl.

3.2.216 Codex **Y**, s. XV, multis locis depravatus epistulae 76 locos allatos eodem modo quo codex V tradit, multas lectiones in codice A additas in textu praebet, artius cum codicibus Wpc. et Z coniunctus, ut exempla supra allata monstrant, epistulam 77 sicut codex Q e codice hagiographico haustam (cf. 3.2.43), posterius epistularum extra collectionem corpus a codice A sumptum continet.

Quae cum ita sint, codices VYZ ab Ottone Faller et Richardo Klein adhibitos ut plane inutiles abieci et codices MQW in apparatum criticum adhibui.

3.2.22 De codicibus BFLGPCO$_1$R$_1$

3.2.221 Codex **B**, olim Belvacensis, s. IX med. in Gallia septemtrionali ad orientem spectanti scriptus multos errores et litterarum et vocalium confusione ortos praebet; cuius scribam librum litteris minusculis praecarolingicis scriptum lectu difficilem ante oculos habuisse hi errores monstrant:

ep. 72a, 96	*sacri*] *sacr* (postea del.)
ep. 73, 48	*Roma mandavit*] *remandauit*
ep. 74, 350	*filias*] *filius* ac., *filios* pc. (*nutriendos* ex *-as* pc.)
ep. 75, 136	*pateret*] *putaret* ac.
ep. 75a, 256	*esset*] *est et*
ep. 75a, 282	*putat esse*] *putasse* ac., *putat* pc.

Saepe vocales *e*/*i* et *o*/*u* confusae sunt, e. g.

ep. 72a, 119	*humani*] *-ae*
ep. 72a, 160	*communi*] *-e*
ep. 77, 71	*ignorati*] *-e*
ep. 75a, 215	*imperator*] *-ur* ac.
ep. 76, 153	*Herodias*] *erudias*

Qui codex saepe correctus interdum lectiones nullo codice traditas praebet, e. g.

ep. 70, 10	*inter hos*] *interros* ac., *inter eos* pc.
ep. 72a, 177	*lacrimas*] *alacrimas* ac., *a lacrimis* pc.
ep. 73, 300	*sibi*] *sui* ac., *suorum* pc.
ep. 74, 205	*insidiantibus*] *insipiantibus* ac., *insipientibus* pc.

Maurini (= **m**) in textu constituendo interdum codicem B (correctum) secuti sunt, e. g.

ep. 72, 99	*senatoribus* om. B **m**
ep. 72a, 38	*abstineri*] *-re* B **m**
ep. 73, 102sq.	*exemplo sui*] add. *suo* Bmg., *exemplo suo* **m**
ep. 73, 130	*revocari studia*] *r. a studia* Bac., *r. a studio* Bpc. **m**
ep. 73, 373	*debent*] *debes* Bsl. **m**
ep. 77, 131	*possum*] add. *et* Bsl. **m**

3.2.222 Cum codice B aliquo modo coniunctus est codex Augiensis $\mathbf{R}_1$, s. VIII/IX in Italia septemtrionali scriptus, qui epistulas 30, 72, 72a (ll. 1—150) et 74 (ll. 1—119) continet. Ut in codice B saepe vocales *e*/*i* et *o*/*u* confusae sunt, saepius eosdem errores quos codex B praebet, e. g.

ep. 72, 9	*qui* eras. BR_1
ep. 72a, 42	*didicistis*] *de-* R_1
ep. 72a, 61	*meminimus*] *minimus* BR_1
ep. 72a, 106	*aerarii ... ista*] *aerariis ... ita* Bac.R_1
ep. 74, 97	*populos*] *-us* Bac.R_1

3.2.223 Codex Atrebatensis 620, s. XI scriptus, epistulas 74, 30, 72, 72a, 73, 75, 75a, 76 tradit, sed cum et liber e quo descriptus est multa folia amiserit et codex ipse, dimidia paene harum epistularum pars deest. Quamquam

parvam partem et codex R_1 et codex Atrebatensis tradunt (ep. 72, 1—120; ep. 74, 1—119), eos aliquo modo coniunctos esse ex erroribus communibus apparet, e. g.

ep. 74, 13	*putaris — indignum* om. R_1Atr.
ep. 74, 33	*silentium*] *-o* R_1Atr.
ep. 74, 35	*indebitis*] *-es* R_1Atr.
ep. 74, 79	*factum*] *-o* R_1Atr.
ep. 74, 107	*iudicio*] *-um* R_1Atr.

Qui codex quod non solum dimidiam epistularum partem non praebet sed textum incredibili modo corruptum tradit, in apparatum criticum adhibitus non est[26].

3.2.224 Codices BR_1Atr. lacuna quadam non ex homoioteleutis orta et nonnullis lectionibus propriis cum codicibus FLGPC coniuncti sunt, e. g.

ep. 72, 8sq.	*a quo cuncta reguntur veraciter colat* om. BFLGPCR_1Atr. et O
ep. 73, 48	*non haec*] *non hanc* BFLGPC
ep. 73, 228	*frugibus*] *fructibus* BFLGPC
ep. 73, 363	*te tamen*] *te tum* (*tecum* FLG) *enim* BFLGPC
ep. 74, 15	*sentiat*] *-ias* BLGPac.CR_1Atr.

3.2.225 Codex Parisinus **F**, s. X/XI, olim monasterii Cluniacensis, decimum epistularum librum singulari modo tradit, cum non solum inter epistulas 73 et 74 libros De excessu fratris continet sed etiam epistularum 74—76 textum simili forma ac codices EMQW, ceterarum vero epistularum textum huic familiae, imprimis codicibus LG, similem praebet, e. g.

[26] E. g. 74, 92 *subire*] *sibi re*; 74, 96 *dicturum*] *dictorum*; 74, 117 *Christianorum censu*] *crastinorum censum*; 74, 135 *ne*] *non*; *nunc*] *non*; 74, 240 sq. *sede imperiali*] *sedem imperialia*; 76, 67 *si me incentorem putaret iam*] *incento reputar etiam*; 76, 71 *paratum* — 244 *addidi* om. media in linea.

ep. 72, 80 *testere*] *testare* FLG, *testaris* PC
ep. 72a, 37 *vitatio*] *uisitatio* FLGPC
ep. 72a, 61 *meminimus improbatum*] *animus inprobat* F, *animus improbatum* LGP, add. *uel amamus* Psl., *amamus improbatum* C
ep. 72a, 89 *diis indigetibus*] *indigentibus* FLGac.PC
ep. 74, 158 *exustionem*] *excusationem* EFac.M
ep. 74, 212 *perdere*] *perdentibus* EFMQW
ep. 75a, 426 *patrem* — 428 *magistri* om. EFMQW
ep. 76, 244 *vir iustus*] *uirtus* EFMQW

3.2.226 Codex F artius quam cum codicibus EMQW in epistulis 74—76 coniunctus est cum codice Vaticano $\mathbf{O}_1$, qui s. XI in. in Italia scriptus epistulas 74—76 et libros De excessu fratris continet ut codex F usque cap. 2, 53; ex erroribus communibus paucos afferam:

ep. 74, 137 *movet*] *mouetur* FO_1
ep. 74, 285 *pectore*] *peccatore* FO_1
ep. 74, 334 *iure*] *iuge* FO_1
ep. 75, 145 *palatii*] *palatini* FO_1
ep. 75a, 130 *servati*] *saluati* FO_1
ep. 76, 266 *petitu*] *petro* FO_1

Cum uterque ex eodem exemplari descriptus sit, codex F vel in Italia septemtrionali scriptus est vel epistulas 74—76 e codice Italico recepit. Ad hoc bene quadrat quod FO_1 paucis epistulae 75a locis lectiones genuinas praebent soli cum illis codicibus, qui sub titulo *De rebus gestis in ecclesia Mediolanensi* epistulas 76, 75a, 75 tradunt, i. e. l. 28 *solet* (*soleat* cett.); l. 107 *munimina* (*omnia* B, *nomina* cett.); l. 187 *in prophetis* (*in* om. cett.)[27].

3.2.227 Artissime inter se coniuncti sunt codices Londinenses **L**, s. XI, et **G**, s. XII, qui textum non paucis locis vel depravatum vel correctum praebent, e. g.

[27] Cf. 3.2.42.

ep. 73, 57 *veterum*] *uerum* Bac.F, *uana* LG
ep. 73, 182 *praedia*] *praesidia* LG
ep. 74, 81 *astruo*] *asseruo* LG
ep. 74, 341 *timeo*] *meo* codd. per archetypi errorem, *moneo* LG
ep. 75a, 73 *exhibetis*] *exiuitis* (*exhibuistis* pc.) B, *excubiis* LG
ep. 77, 49 *nuncupabantur*] *nuntiabantur* LG

3.2.228 Textum codicibus L et G similem sed depravatum correctumque tradunt codices Parisinus **P**, s. XII, et Cantabrigiensis **C**, s. XV, e. g.:

ep. 74, 4sq. *exercitus semper iugibus fere curis sum imperator beatissime*] *exercitiis semper iugibus seu* (*ac iugibus fere* PC) *curis sum imperator beatissime deditus* LGPC
ep. 74, 92sq. *inclinet causae exitus si fortem episcopum*] *inclinet causae* (*causa* PC) *exsortem episcopum* LGPC
ep. 74, 272 *nocuit et quod*] *nocui te quoque* LG, *nocuit te quoque* PC
ep. 74, 186 *veteri*] *uenturi* LGPC
ep. 72a, 184 *probandum*] *probatum* PC
ep. 74, 144 *gravavit*] *curauit* PC
ep. 75a, 412 *perhorresco*] *erubesco* PC
ep. 76, 83 *intellexi*] *cognoui* PC
ep. 77, 6sq. *sicut in Romana*] *sic in romana* BFLGN, *siccine romanam* PC
ep. 77, 45sq. *lubricum saeculi huius*] *lubricam* (*-a* F) *s. h.* BFLGN, *lubricam h. s. uitam* PC

Qui codices post epistulam 71 epistulam extra collectionem 14 continent e codice Audomaropolitano (S. Omer) 72 (s. IX[1]) vel e libro ab eo derivato haustam (cf. II 2.3.342) sed multis locis correctam itaque ab exemplari e

quo pendet aberrantem. Ceterarum epistularum textum in utroque codice correctum esse ex hoc elucet, quod non solum in ambobus lectiones propriae inveniuntur sed etiam in codice P saepius lectiones variae vel verborum explicationes supra lineam additae sunt, quas codex C vel in textum sumpsit vel pro lectionibus in textu habitis posuit, e. g.

ep. 72, 61 sq.	*decernendum*] add. *alius liber dicere nondum putant* P i. mg. et C in textu
ep. 72a, 134	*Romani*] *humani* LGP, add. *uel. ro* Psl.
ep. 73, 61 sq.	*alter captivus ... sub altero*] s. *alter captivus* add. *id est ualerianus* Psl., s. *sub altero* add. *id est gallieno* Psl., *alter captiuus id est ualerianus ... sub altero id est gallieno* C
ep, 73, 182	*denegavit*] add. *uel ro* Psl., *derogauit* C
ep. 73, 313	*conditio*] add. *uel edictio* Psl., *edictio* C
ep. 75, 115	*iudicare*] *disputare* P, add. *uel iudicare* Psl., *iudicare uel disputare* C

Quae cum ita sint codicem C in apparatum criticum non adhibui. Codex P epistularum ordinem mutavit, cum epistulas ad easdem personas directas coniunxit[28].

Cum codicibus P et C artissime coniunctus est codex Bononiensis (Boulogne-sur-mer) 36, s. XII; cum codicibus L et G multi codices francogallici et britannici artissime coniuncti sunt, e. g. Bruxellensis 956 (s. XIII), Andegabensis 307 (s. XII), Cantabrigienses Pembr. 42 (s. XII) et Trin. B. 3.10 (s. XII), Parisini 1748 et 17363 (s. XII).

3.2.229 Horum codicum textum iam **Hincmarus** episcopus Remensis testatur, qui in libro De divortio Lotharii

[28] Cf. Append. Descript. codd. I.1.

et Tetbergae a. fere 860 scripto lineas 1—76 et 359—361 ex epistula 74 affert[29], cf.

ep. 74, 4sq. *exercitus semper iugibus fere curis sum, imperator beatissime*] *exercitiis semper* (add. *ac* PC, et Hinc.) *iugibus fere* (*iugibus seu* LG) ... *beatissime deditus* LGPC Hinc.

ep. 74, 15 *sentiat*] *sentias* BLGPac.CR_1 Hinc.

Quibus verbis Hincmarus dimidiam paene epistulae extra collectionem 11 partem addidit, quam epistulam item ad Theodosium directam et ab Ambrosio occultatam in civitate Mediolanensi servatam esse monstrabo (cf. II 2.3.2).

3.2.23 De codicibus OL_1

3.2.231 Codex Oxoniensis **O**, s. XII in Italia septemtrionali scriptus, ab Ottone Faller adhibitus, epistularum ordinem mutavit, cum epistulas ad easdem personas directas coniunxit, alio quidem modo quam codex P: epistula 71 primis verbis omissis ad epistulam 70 media in linea addita est, quam epistulae 77, extra collectionem 14, 30, 72, 72a, 73, 75, 75a, 76 sequuntur; his prius epistularum extra collectionem corpus additum est (cf. II 1.4.12). Epistula 74 omissa est, cum hoc corpus priorem huius epistulae formam inter epistulas extra coll. servatas (= ep. 1a) contineret.

Richardus Klein hunc codicem non parvi momenti esse putavit, cum eum nonnullis locis cum codice K lectiones genuinas praebere, nonnullis lectionibus vel cum codicibus ZY vel cum codicibus BFLGPC coniunctum esse et praeter multas lectiones singulares paucis locis solum lectiones genuinas tradere vindicavit, e. g.

---

[29] Cf. PL 125, 763—764; R. Schieffer, Von Mailand nach Canossa 357 sq.

ep. 70, 6	*iusto*] *isto* EMQW, *isti* O
ep. 72, 8sq.	*a quo — colat* om. BFLGPCO
ep. 72, 9	*qui* del. BR_1, om. LGO
ep. 72, 23	*arcae* R_1O, *are(a)e* cett.
ep. 72, 166	*me probasse* AKO, om. cett.
ep. 73, 69	*laudanda* AKO, *laudata* cett.
ep. 73, 329	*coit vobis* AKO, om. cett.
ep. 72a, 103	*rei*] *eis* OWpc.YZ
ep. 73, 190	*piaret* $OQWYZL_1$, *piare* cett.
ep. 73, 260	*vel — absolvens* om. EMac.OQWYZ
ep. 73, 133sq.	*quae tamquam* O, *quaecumque tamquam* AK, *quaecumque* cett.
ep. 73, 213	*subito* O, *-a* cett.
ep. 75a, 76	*obviare*] *obseruare* EMOQWYZ
ep. 76, 244	*vir iustus*] *uirtus* EMOQWYZ

Quae cum ita essent, Klein exemplar e quo codex O penderet ab aliis codicibus alienum fuisse eiusque lectiones in alios codices manavisse conclusit[30]. Qua in re valde erravit. Nam codex O artissime coniunctus est cum codice Gratianopolitano 254, s. XII[31], qui eodem modo quo codex O epistulas ad easdem personas directas coniunxit et post epistulam 71 primis vocibus omissis sine ullo spatio intermisso epistulae 70 additam epp. extra coll. 14 et 77 inseruit, sed epistulis 72—75 omissis epistulas 75a et 76 in collectionis fine posuit. Loci supra allati codicem O textum epistularum codice Grat. traditarum similem praebere ac codices EMQWYZ, simillimum ac codices QWpc.YZ, textum epistularum ab illo codice omissarum autem aliquo modo cum textu codicum AK cohaerere demonstrant. Itaque scribam exemplaris e quo codices O et Grat. pendent epistulas 72—75a omisisse cum epistulas ad easdem perso-

[30] Victoriaaltar 76 sqq.

[31] Cf. Catalogue Général des Mss. des Bibl. publ. de France, Dép., t. VII, Paris 1889, 94 sq.

nas directas componeret, scribam codicis O epistulas omissas ex alio exemplari sumpsisse concludimus. Quod in civitate Mediolanensi ipsa factum esse verisimile est, cum epistulae omissae ex exemplari secundum stirpem Mediolanensem correcto depromptae sint.

Codices O et Grat. epistularum extra coll. 14 et 77 textum codicis W textui simillimum inter epistulas 71 et 72 insertum praebent: ep. 77 in codicibus Mediolanensibus ut monstravi amissa e codice hagiographico codici V_2 simillimo sumpta est (cf. 3.2.43), ep. extra coll. 14 ex altero huius epistulae rivulo hausta paucis locis secundum familiam Mediolanensem correcta est (cf. II 2.3.342).

3.2.232 Ex eodem fonte quo subarchetypus codicum O et Grat. etiam codex Florentinus L_1, s. XII, epistulam extra coll. 14 hausit. Qui praeterea obitus Theodosii et Valentiniani, et epistulas 25, 30, 72—76, 29, 31 continet; harum textum e familia Mediolanensi codicum EMQW ortum aliquo modo correctum esse haec exempla monstrant:

ep. 72, 80 *testere*] *testem rei* M, *teste rege* Q, add. *uel testeris* Wsl., *testem geris* L_1

ep. 73, 48 *non haec* om. EMQWL_1

ep. 73, 57 *veterum*] *horum* Esr.MQWOL_1

ep. 73, 125 *pudoris*] *doloris* EMQWL_1

ep. 73, 175 *anhelitus* L_1, add. *spiritus* ceteri codd.

ep. 73, 295 *caelestem Afri*] *caeleste* (*-em* Qpc.) *mari* EMQW, *caelestem maris* L_1

ep. 74, 212 *perdere*] *perdentibus* EMQW, *equare perdentibus* L_1

ep. 75a, 107 *universa munimina*] lectionem genuinam *munimina* codices C_1W_1 soli servaverunt, ceteri *nomina* (vel *omnia* B) praebent; in codice L_1 *uniuersam lumina* legitur, quod monstrat in libro a

scriba codicis L_1 arrepto supra *nomina* additum fuisse *uel munim(ina)*

ep. 76, 185 sq. *sed nostra imprudentia aliud opinabatur, tua gratia aliud operabatur*] verba *tua gratia aliud operabatur* (*opin-* W_1ac.L_1) codices W_1L_1 soli tradunt

ep. 76, 201 *classicum movetur* W_1, *classica mouetur* L_1, *clausi commoue(n)tur* cett., *lis commouetur* (!) HS

ep. 76, 244 *addidi quod vir iustus*] *addidi quod uirtus* EMOQW, *addidi quod uel uir iustus* L_1

Quibus exemplis elucet librum a scriba codicis L_1 adhibitum aliquo modo correctum et interdum lectionibus e familia C_1W_1 haustis et supra lineam additis affectum esse; cum Otto Faller librum De obitu Theodosii in codice L_1 secundum codices quosdam Mediolanenses correctum indicaverit[32] et ego lectiones e codice C_1 sumptas in codices $AFMWO_1$ manasse monstraverim, codex L_1 sine dubio e codice quodam Mediolanensi pendet.

3.2.233 Codicem O pluribus locis correctum esse quam codicem L_1 ex his exemplis elucet:

ep. 70, 6 *iusto*] *isto* EMQW, *isti* O (L_1 deest)

ep. 71, 8 *qui ... de eius factis vel cognoscerent*] *qui ... de eius factis uellent cognoscere* O

ep. 72, 160 sq. *esse in illa Romana curia. Numquam tantum nefas ...*] *illam in romana curia esse numquam tantum nefas admittendum ...* O

ep. 72a, 37 *vitatio*] *vocatio* O

ep. 72a, 89 *diis indigetibus*] *diis* (om. FLP) *indigentibus* Aac.Bac.Eac.FLMPR$_1$, *diis indigenis* O

[32] Cf. CSEL 73, 112*.

ep. 73, 167 *ut* OL_1, om. cett.
ep. 75a, 300 *dicitur*] *est* O

3.2.24 De codice N

Codex Monacensis **N**, s. X/XI, paucis lectionibus propriis depravatus epistularum textum multo meliorem tradit quam ceteri huius rivuli codices neque cum codicibus EMQWYZ neque cum codicibus BFLGPCO artius coniunctus est, desunt epistulae 72a et 73.

3.2.3 De Martini Corbo textu et de codicibus HS

3.2.31 Martinus **Corbo** episcopus Mediolanensis omnia opera Ambrosiana quattuor voluminibus inter annos 1135 et 1152 edenda curavit[33]. Quae volumina saeculo quinto decimo divisa esse et voluminis tertii partem epistulas Ambrosianas continentem periisse Iosephus Billanovich et Mirella Ferrari monstraverunt, in codice vero Vaticano 268, qui alteram partem opera apocrypha complexam traderet, hanc notitiam servatam esse: *Epistole eiusdem beati Ambrosii circa 82 numero, inter quas est obitu Theodosii gratia pulcerrima* (sic!), *modo ab illa epistola contra Auxentium de basilicis tradendis. Item libelus eiusdem sancti Ambrosii de basilicis tradendis, verum insertum in epistolis signatus in 78. Item alique pulcre et bone littere de sancto Ambrosio transmisse presbitero Martino tunc regulariter canonicatus sancti Ambrosii*[34]. Quo e codice perdito et codicem Ambrosianum S et editionem Dulcinii (= **d**) pendere affirmaverunt.

3.2.32 Codex **S**, s. XV, ante decem epistularum libros epistulam extra collectionem 14 hodie in initio mutilatam,

[33] Cf. Ferrari 47 sq.
[34] Cf. Billanovich 18 sq.

epistulam extra collectionem 13, post epistulam 76 obitus Theodosii et Valentiniani, epistulas extra collectionem 15 et 12 et nonnullas epistulas ad Martinum directas continet.

3.2.33 Eundem epistularum Ambrosianarum ordinem non solum Stephani Dulcinii editio Kalendis Februariis a. 1491 in lucem prolata praebet, sed etiam codex S. Crucis **H**, s. XII[35]. Cuius textum artissime cum codicis S et editionis **d** textu coniunctum esse haec exempla monstrant:

ep. 73, 12	*crevimus*] *credimus* HS **d**
ep. 73, 179	*malum ratio*] *melioratio* HS **d**
ep. 74, 110	*ne fiat quod*] *ne fiat opus quo* HS **d**
ep. 75a, 167 sq.	*quaerentium occurrat oculis*] *quaerentium manibus occurrat et oculis* HS **d**
ep. 76, 201	*classicum movetur* W_1, *clausi commoue(n)tur* cett., *lis* (!) *commouetur* HS **d**

3.2.34 Itaque codicem **H** quoque e Martini Corbo editione deperdita pendere constat. Cum codex S et editio **d** epistulam extra collectionem 14 integram praebeant, codex H sicut codices V et Y voces *ut postea* (l. 782) usque ad *spiritu* (l. 931) media in linea omisit, unde hanc epistulam e codice A bifolio medio iam avulso descriptam esse elucet. Sed cum codex S et editio **d** in hac epistula lectiones in codice A supra lineam additas praebeant (l. 705 *cum raperentur de ecclesia*] add. *maiore*; l. 781 *Iohannes quoque in deserto adolevit*] add. *et dominum baptizauit*) et in lineis 782—931 textum codici Z simillimum monstrent, Martini Corbo editionem hanc lacunam praebuisse eamque postea secundum codicem Z expletam esse versimile est. Igitur Martinus Corbo epistulas extra coll. 12—15 e codice A correcto sumpsisse constat.

[35] Praeter epistulam 12 post epistulam 76 positam.

Codex A praeter epistulas extra coll. 12—15 epistulam extra coll. 11 ad Theodosium directam continet; quam epistulam cum codex S nisi in epistularum indice allatam, libri H **d** omnino non contineant, Martinum Corbo inter ep. 76 et obitum Theodosii ponere in animo habuisse sed omisisse concludimus.

3.2.35 In epistulis 70—76 Martinum Corbo textum e familiis codicum AK et EMQW contaminatum et nonnullis locis correctum praebuisse haec exempla monstrant:

ep. 73, 125	*pudoris*] *doloris* EMQWHS **d**
ep. 73, 295	*caelestem Afri*] *caeleste mari* EMQW, *celestem mauri* HS **d**
ep. 72a, 15	*aulicorum*] add. *ministri regum* K, *auli ministri regum corum* Aac., *aulici ministri regum quorum* Apc. H **d**, *aulicorum ministris regum quorum* S
ep. 73, 348	*cruoris*] add. *satiari iussus* AKHS **d**
ep. 74, 318	*existimat — deferendum* AKHS **d**, om. cett.
ep. 76, 9	*primo viri ⟨illustres⟩*] *principes uirtutum* W_1, *primo uiri* cett., add. *al. principes uirtutum* Amg. Mmg., *primo principes uirtutum uiri* HS **d**
ep. 76, 196	*basilicam dei tradere videretur*] *basilica dei traderetur* EMQWHS **d**

Cum Mirella Ferrari servatos Martini Corbo codices a multis correctoribus et posteris et coaevis correctos esse monstraverit[36], mirandum non est quod codices HS et editio **d** interdum differunt[37].

[36] Cf. p. 51 not. 39.

[37] E. g. 72, 13 *coniventiam*] *conib-* S, *conuentiam* H, *consensionem* A **d**; 73, 206 *agri nemorum*] *sacri nemoris* AKSsl., *agri nemoris* **d**; ep. 73, 275 *primaeva*] *prima aeua* Apc. **d**, *primitiua* H, *primui* S; 75a, 60 *lucta*] *luctamen* Apc. **d**; ep. 75a, 213 *Mirocletis* ASpc.C_1 **d**, *merocli* Sac., *merodi* H.

3.2.4 De codicibus singulas epistulas complexis

Codices Augiensem R_1 et Atrebatensem 620 cum codice B, codicem Vaticanum O_1 cum codice F coniunctos esse iam monstravi. Ceteri codices a libris totam epistularum collectionem tradentibus alieni epistulas 72a, 75, 75a, 76, 77 tradunt; quibus accedunt codices qui priorem epistulae 74 formam servant.

3.2.41 De codicibus relationem Symmachianam complexis

3.2.411 Q. Aurelius Symmachus ipse praefectura urbis deposita relationes ad imperatores missas composuisse et edidisse videtur; quas solus codex Monacensis $\mathbf{T}_1$, s. X ex., olim monasterii Tegernseensis hodie servat. Codicis $\mathbf{M}_1$, Mettensis s. XI, bello annis 1939—1945 gesto perditi lectiones ex Ottonis Seeck editione sumendae sunt[38].

Otto Seeck editionibus Ambrosiana (α) et Symmachiana (σ) inter se comparatis editiones non tam diversae auctoritatis esse ut Meyer praesumpsisset conclusit (XXIX): „Nam Ambrosiana locis 23 verum exhibet, Symmachiana locis 26 ... nec altera utra ab interpolationibus libera mansit ..., sed in universum dicendum est Ambrosianam magis coniecturis librariorum, Symmachianam autem vitiis vulgaribus laborare, praecipue parvis lacunis singularum nonnumquam litterarum ... Hanc igitur in eis locis secutus sum, qui dubii erant, maximeque gaudendum est, ex hac collatione eos codices, quibus in ceteris relationibus utendum est, tam probos fideque dignos evasisse." Sed in hoc iudicio a Richardo Klein recepto erravit[39]. Nam ad Ambrosianum textum constituendum duos codices adhi-

[38] O. Seeck, Q. Aureli Symmachi quae supersunt, MGH Auct. Ant. VI, 1 Berlin 1883.

[39] Victoriaaltar 83 sqq.

buit, codicem E, quem multis lectionibus propriis affectum esse monstravi, et codicem Sangallensem 94 mutilum (des. l. 150) s. IX med. e codice R_1 descriptum[40]. Igitur cum Symmachianam et Ambrosianam editiones compararet, falso adnotavit: *adpublicare* A (= α) pro *adplicare* (l. 128), *negavit* A pro *necavit* (l. 142), *olim* om. A (l. 160). Praeterea nonnullos codicum M_1 et T_1 errores non attulit, e. g. *auertentur* pro *auersentur* (l. 33) vel *liberque* T_1 et *libertati* M_1 pro *liberti* (l. 123), postremo relationis apographum, quod Ambrosius ex officinis imperialibus acceperat, nonnullis locis a textu a Symmacho ipso edito alienum fuisse nullo modo consideravit; quare explicari potest quod e. g. l. 48 σ *numinis* et α *religionis* praebent vel l. 175 σ *numinis* et α *culminis*.

3.2.412 Codices igitur Ambrosianos textum relationis meliorem servavisse quam codices Symmachianos affirmandum est, sed nonnullis locis codices T_1 et M_1 lectiones genuinas praebent, e. g. *atqui* σ, *et quia* α (l. 109); *ad Romana iura* σ, *sub Romana iura* α (l. 120); *austris* σ, *astris* α (l. 142); *causa* σ, *aura* α (l. 146).

His locis editiones ab Ottone Seeck (= s) et a Richardo Klein (= k) factas sine dubio corrigendae sunt:

ep. 72a, 30	*talium*] *aliarum* sk
ep. 72a, 59	*num*] *nunc* k
ep. 72a, 64	*replevit*] *decrevit* k
ep. 72a, 67	*deum nomina*] *deorum nomina* k
ep. 72a, 125	*praediis*] *praesidiis* M_1ac.T_1 s
ep. 72a, 146	*constrinxit*] *contraxit* sk

Quae cum ita sint relationis textus a me constitutus non paucis locis ab editionibus praeteritis differt, praesertim cum non Symmachianum textum sed quem Ambrosius acceperat refutaveratque ediderim.

[40] Cf. 3.2.222.

3.2.413 Prudentius in opere contra Symmachum a. 402 composito nonnullos locos e relatione Symmachiana sumptos inseruit:

post 2, 6:	l. 28 *quis* — 36 *optandam*
post 2, 276:	l. 70 *suus* — *est*; l. 76 *iam* — 78 *suos*
post 2, 374:	l. 70 *varios* — 72 *dividuntur*
post 2, 487:	l. 72 *accedit* — 75 *numinum*
post 2, 648:	l. 79 *Romam* — 85 *reppulerunt*
post 2, 780:	l. 89 *aequum* — 93 *secretum*
post 2, 909:	l. 96 *quanto* — 101 *muneribus*; l. 133 *nemo* — 144 *negabatur*; l. 148 *quid* — 150 *pasceret*

R. Klein editione Mauricii Cunningham[41] inspecta conclusit: „Diese Auszüge wurden von uns ebenfalls für die Texterstellung herangezogen, da eine Überprüfung dieser Stellen zeigt, daß sie nicht einfach ‚ex editione Ambrosiana' genommen sind, wie Seeck vermutete[42]." Sed loci laudati nihil aliud nisi textum a Prudentio adhibitum utriusque archetypi α et σ mendis non deturpatum esse monstrant[43].

3.2.42 De codicibus epistulas 75, 75a, 76 complexis

Sub titulo *De rebus gestis in ecclesia Mediolanensi* nonnulli codices sermonem contra Auxentium (= ep. 75a) sine ullo titulo media in linea ad epistulam 76 additum et

[41] CC Lat. CXXVI, Turnholti 1966.

[42] Victoriaaltar 86.

[43] His locis Prudentii textus a Cunningham constitutus a meo textu differt: l. 30 *talium*] *aliarum* Cunningham cum Seeck, sed codices *talium* (*alium*) praebent; l. 31 *tamen* om. cum P et σ; l. 70 *enim* om.; *cuique* (2)] *suus cuique* cum LSpc.; l. 71 *cultus* om.; l. 78 *feliciter secuti sunt* tr.; l. 134 *Romani*] *humani* cum LP; l. 139 *factum* om.; l. 141 *imputamus*] *-emus* cum LPσ; l. 149 *provinciae*] *proavi* secundum unum codicem (!), haec lectio ad sententiae rationem non quadrat.

post hunc epistulam 75 tradunt e decem librorum collectione sumptos; nam in fine legitur: *Ego Ambrosius episcopus hunc libellum obtuli clementissimo imperatori ... Valentiniano*, quas voces Ambrosius ante sermonem contra Auxentium addidit cum librum decimum componeret.

Antiquissimi codices sunt Vercellensis W_1, s. IX ex. in Italia septemtrionali scriptus, et Ambrosianus C_1, s. XI med. in scriptorio capituli metropolitani S. Teclae Mediolanensi scriptus hodie in initio mutilus. Quo e codice virum ignotum s. XI/XII in scriptorio metropolitano lectiones varias sumpsisse et codicum A et M marginibus addidisse monstravi[44].

Hi codices, quibus sex s. XII scripti accedunt (codices Vaticani 288, 289, 448; Florentini S. Marco 636; Nat. II, II, 457; Trecensis 284), multis lectionibus propriis et corruptelis affecti sunt, e. g.

ep. 75a, 66	*propagatur*] *inuenitur* C_1W_1
ep. 75a, 178	*dura*] *raedam* C_1W_1
ep. 75a, 344	*divina*] *uiua* C_1W_1
ep. 75a, 399	*me docuit*] *edocuit* C_1W_1
ep. 76, 9	*primo viri* ⟨*illustres*⟩] *principes uirtutum* W_1 (C_1 deest)
ep. 76, 14	*suadere*] add. *ille* W_1
ep. 76, 57	*dum basilicam vindicant*] *dum populus basilicam uindicat* W_1

Nonnullis tamen locis lectiones genuinas servaverunt, e. g.

ep. 75a, 107	*munimina* C_1W_1, *nomina* (*omnia*) cett.
ep. 75a, 241	*lapides* C_1W_1, *laudes* cett.
ep. 75a, 323	*in eo quod*] *in quod* cett.
ep. 75a, 341	*iam enim non populus dei qui fuerat Iudaeorum quia*] *Iudaeorum quia* om. cett.

[44] Cf. 3.2.212.

ep. 76, 201 *classicum movetur* W_1 (C_1 deest), *clausi commoue(n)tur* cett.,

e quibus nonnullas in codices FO_1 et L_1 manasse monstravi[45].

3.2.43 De codicibus epistulam 77 tradentibus

Haec epistula quae de inventione corporum sanctorum Protasii et Gervasii agit, a s. IX extra epistularum collectionem tradita invenitur. Antiquissimus codex Vaticanus V_1, s. IX med. in Gallia scriptus, hanc epistulam nonnullis locis iam mutatam inter alia opera Ambrosiana continet. Quocum artissime codices Vaticani 1195 et 1269 (V_2) s. XI coniuncti huius epistulae textum multo magis mutatam continent. Quem textum codices OQY recepisse e paucis locis allatis elucet:

ep. 77, 6sq. *sicut in Romana*] *sic et romanam* V_1V_2QOY
ep. 77, 11 *eo loci*] *eo loco* V_1V_2QOY
ep. 77, 75 *vera fide*] *uero* V_1V_2QOY
ep. 77, 144 *sequenti die* om. V_1V_2QOY
ep. 77, 149 *videam*] *uiderem* V_1V_2QOY
ep. 77, 63 *lectus est dicens*] *dicit* V_2QOY
ep. 77, 81 *martyrum*] add. *inuentionem* V_2QOY
ep. 77, 161 *opera*] *merita* V_2QOY
ep. 77, 177 *nomine*] *nomen est uiro* V_2QOY

Paucis vero locis lectiones genuinas servaverunt, e. g.

ep. 77, 155 *eructastis*] *eruct(u)atis* BFKLNP
ep. 77, 158 *ferre*] *referre* BFKLNP
ep. 77, 171 *sanatorum*] *sanctorum* BFKLN, *sanorum* P, add. *uel sanatorum* Bsl.

Cum codice V_2 artissime coniunctus est codex hagiographicus Vaticanus 6451, s. XI/XII, artius codex Mediola-

[45] Cf. 3.2.226; 3.2.232.

nensis Ambrosianus D 22 inf., s. XII[46]. Codex Vaticanus hagiographicus Reg. 539, s. XII ex., olim S. Victoris Massiliensis, textum similem sed magis mutatum et depravatum praebet.

Alio modo neque minus mutatam vel depravatam codex hagiographicus Bernensis 48 s. X/XI in Gallia scriptus hanc epistulam tradit, e. g.

ep. 77, 18	*ingens concursus populi*] *ingens concursus ibi populi erat* B 48
ep. 77, 48	*caeli erant*] *caeli enarratores* B 48
ep. 77, 79	*noctes lucidae*] *noctes lumine* B 48
ep. 77, 219 sq.	*spiritus sancti deitatem*] *spiritum sanctum dei uirtutem* B 48


Alios codices hagiographicos non inspexi.

3.2.5 Conclusio et codicum stemma

Codices decem epistularum libros continentes e duabus stirpibus derivatos esse monstravi, quarum una e codicibus AKV e civitate Mediolanensi ortis, altera e codicibus BCEFGLMNOPQWYZ et e civitate Mediolanensi et aliis locis ortis constat; textus Mediolanensis ex ambobus rivulis contaminatus in codicibus HS et in quibusdam codicis O epistulis invenitur. Nam vir ignotus s. XI/XII cum codices AM eodem fere tempore in scriptorio capituli metropolitani Mediolanensis scriptos textus inter se differentes tradere cognovisset, partim codicem A secundum codicem M, partim codicem M secundum codicem A correxit et in utriusque marginibus nonnullas lectiones varias e codice Mediolanensi C_1 depromptas addidit. E codice A ita correcto et

[46] Qui codex inter codices V_1 et V_2QOY ponendus est; cum codice V_1 neque l. 58 *quos — dies* neque l. 63 *lectus* omisit, l. 68 pro *a terra* praebet *a terra hunc* (*hunc* V_2QOY) et l. 194 ad *creditis* addidit *sed quid interrogatis quod videtis*.

codex V transcriptus est et Martini Corbo textus e codicibus HS restituendus multas lectiones hausit. Codices EOQWYZL$_1$O$_1$ epistularum textum ss. XI ex. et XII Mediolani variis modis contaminatum et correctum esse monstrant. Codex N cum nullo artius coniunctus est, codices FLGPC artius inter se cohaerent et aliquo modo cum codice B coniuncti sunt, in epistulis 74—76 vero codex F textum e familia codicum EMQW sumptum sed paucis locis secundum familiam codicum C$_1$W$_1$ correctum praebet. Itaque codicum cognatio hoc stemmate illustrari postest:



Archetypum iam nonnullis erroribus vel omissionibus depravatum esse non solum codices relationes Symmachianas continentes (= σ, cf. 3.2.41) et codices epistulas 75, 75a, 76 complexi (cf. 3.2.42) monstrant, sed etiam codices priorem epistulae 74 formam servantes (= β, cf. II 1.4.12; 1.4.23), e. g.

ep. 74, 229	*addet* β, *adde* α
ep. 74, 296	*quantum* β, *quam quantum* α
ep. 74, 341	*timeo* β, *meo* α

3.3 De editionibus

3.3.1 Epistulas Ambrosianas typis impressas primus Georgius CRIBELLUS „Mediolani per magistrum Leonardum Pachel MCCCCLXXXX die XVIII decembris" edidit. Qui epistulas ut ipse adnotavit secundum ordinem digessit qui suo iudicio concinne positus videretur[1]; itaque in quinto libro post epistulam 24 Gratiani epistulam *Cupio valde* et Ambrosii responsionem (= ep. extra coll. 12), epistulas 30 et extra coll. 11, tum epistulas 74, 72, 72a, 73, 75, 75a, 76 e libro decimo sumptas, obitum Valentiniani, epistulam 25, obitum Theodosii et epistulam 26 posuit. Librum decimum ex epistulis 70 et 71, Sirici epistula et Ambrosi responso (= ep. extra 15), extra coll. 14 et 13 et pseudoambrosiana *Ad Demetriadem* composuit.

Cribelli editione Iohannes AMERBACHIUS paucis mendis typographicis correctis usus est, cum anno 1492 apud Frobenium Basileensem primus omnia opera Ambrosiana edidit[2]; quam Amerbachii editionem longe lateque divulgatam Otto Faller ad epistularum libros I—VI edendos adhibuit (= **a**).

---

[1] „Diggessimus sancti Ambrosii epistolas secundum ordinem qui nostro iudicio videbatur magis concinne positus. Non nulli enim codices habent in exordio epistolam ad Vercellensem ecclesiam, quam nos invenimus in emendatioribus libris positam post epistolam Syricio papae destinatam. Hunc sane errorem inde manasse crediderim, quoniam, cum aliqui scripsissent sancti Ambrosii epistolas, non simul scripsere epistolam ad Vercellensem ecclesiam, quae in plerisque codicibus aut deest aut adiecta est. Quam post modum reperientes et reliquo epistolarum corpori colligare volentes, veluti caput quoddam caeteris epistolis praetulerunt. Sed cum Ambrosius ad Syricium de Ioviniano scribat et in Vercellensi epistola copiosius et latius de eo mentio habeatur, censuimus eam eo loci constituendam, ubi nos eam digessimus" (secundum Ferrari p. 54).

[2] Cf. Ferrari 57 not. 49.

3.3.2 Eodem tempore et loco Stephanus DULCINIUS canonicus Mediolanensis epistulas Ambrosianas per Antonium Zarotum Parmensem edendas curavit, quae Kal. Februarii a. 1491 prodierunt[3]; qui sicut Martini Corbo codex (cf. 3.2.3) ante decem epistularum libros epistulas extra coll. 14 et 13, post epistulam 76 obitum Theodosii, obitum Valentiniani, epistulas extra coll. 15 et 12 et pseudoambrosianam *Ad Demetriadem* posuit (= **d**).

Cribelli et Dulcinii editiones multum inter se differentes tamen e Martini Corbo codice pendere ex his exemplis elucet:

ep. 72a, 15	*aulicorum*] *auli ministri regum corum* Aac., *aulici ministri regum quorum* Apc. H **d**, *aulicorum ministris regum quorum* S, *aliquorum ministri regum coguntur* **a**
ep. 73, 179	*malum ratio*] *melioratio* HSac. **ad**
ep. 73, 308	*hauriant*] add. *omnes* Asl.HMS **ad**
ep. 74, 110	*ne fiat quod*] *ne fiat opus quo* HS **ad**
ep. 75a, 167	*quaerentium occurrat oculis*] *quaerentium manibus occurrat et oculis* HS **ad**
ep. 76, 201	*classicum movetur* W_1, *clausi commoue(n)tur* cett., *lis commouetur* (!) HS **ad**

Cum illo tempore Mediolani duae editiones multum inter se differentes altero editore alterum ignorante prodiissent, ibi nonnullos libros e Martini Corbo codice descriptos varieque correctos extitisse constat. Nam servatos Martini Corbo codices alia Ambrosii opera continentes a multis correctoribus et posteris et coaevis correctos esse Mirella Ferrari monstravit[4]. Praeterea Cribellum non solum epistularum ordinem sed nonnullis locis textum ipsum

[3] Cf. Ferrari 52.

[4] Cf. Ferrari 51 not. 39.

mutavisse ex epistula extra coll. 11 elucet, quam a Martino Corbo praetermissam e codice A hausit (cf. II 2.3.41).

Ut pauca loca praeter ep. 72a, 15 (v. s.) afferam:

ep. 70, 31	*opis*] *opus* **a**
ep. 70, 60 sq.	*non queant*] *nequeant* **a**
ep. 72, 42	*statuit*] *statuitur* **a**
ep. 73, 106	*dudum coepimus et iam sequuntur*] *dum coepimus etiam sequamur* **a**
ep. 73, 230	*secunda*] *faecunda* **a**
ep. 73, 275	*primaeva*] *prima aeua* Apc. **d**, *primaeua uiam* **a**

Interdum vero lectiones genuinas restituit, e. g.

ep. 72a, 74	*operto* Bpc.P **a**, *aperto* O, *operato* cett. codd. **d**
ep. 73, 175	*anhelitus* L_1 **a**, add. *spiritus* cett. codd. **d**
ep. 73, 269	*sensus habemus infantiae* **a**, *sensus habemus infantiam* codd. **d**

3.3.3 Editionem Amerbachianam multi viri docti corrigere studuerunt. Primus Desiderius Erasmus, qui a. 1527 Basileae ex Frobenii officina omnia opera Ambrosiana edidit, quamquam se magnum laborem adhibuisse dicit „dum collatione veterum codicum emendantur depravata, restituuntur amputata, resecantur assuta, reponuntur graeca, quae vel aberant prorsus vel figuris nihil significantibus fuerant addita", plus ingenio suo quam codicibus novis adhibitis textum correxit et mutavit[5].

Hanc editionem saepe et variis locis sub prelo datam et Ioannes Costerius (a. 1555 Basileae) et multo melius Ioannes Gillotius codicibus collatis (a. 1569 Parisiis) correxerunt. Has tres editiones nisi paucis locis non adhibui.

[5] Cf. Ep. dedicator. (AA 2[r]).

3.3.4 Quibus in editionibus epistula 77, epistulae extra coll. 1—10 et Gesta concili Aquileiensis desunt. Has epistulas (epistulis 7—9 exceptis) et Gesta primus Felix Cardinalis DE MONTE ALTO edidit in editione omnium Ambrosii operum, quae annis 1579—1587 apud Dominicum Basam publicata Romana dicitur (= **r**); tomum quintum epistulas in octo libros dispositas complexum a. 1587, cum iam pontifex maximus (Sixtus V) esset, edendum curavit. Qui quamquam dixit decessores Pium IV et Pium V sibi opera Ambrosiana „ab interiectis erroribus repurganda atque ad pristinam auctoris ipsius puritatem veterum collatione exemplarium et alio quocumque aptiori studio reformanda" mandasse et gloriatus est ea „vetustissimorum manuscriptorum codicum auxilio et sedula emendatiorum collatione exemplarium excusorum nativae restituta" esse „integritati"[6], plus quam editores priores et textum traditum coniecturis et interpolationibus depravavit et ordinem epistularum traditum mutavit.

Acta epistulaeque 2 et 1 ad ea pertinentes in initio inveniuntur, tum epp. extra coll. 6 et 5, ep. 71, ep. Sirici et Ambrosi responsio (= ep. extra coll. 15), epp. 39, 70, 1, 72, 72a, 73, 75, 76, extra coll. 10, extra coll. 3, ep. 74, extra coll. 1 (= epp. 1—18); ep. 77 sub numero 54 invenitur, cuius pars altera avulsa inter sermones posita est (!), ep. extra coll. 2 sub numero 58 invenitur, ep. extra coll. 14 sub numero 25; ep. 75a inter sermones posita est, epp. extra coll. 12 et 13 in tom. IV inveniuntur.

Quomodo textum traditum mutaverit et depravaverit, pauca exempla monstrant:

ep. 72a, 7	*cui* — 11 *Augusti* om. **r**
ep. 72a, 57	*de reprehensione antecedentis exempli*] *de prehensionis antecedentis exemplo* **r**
ep. 73, 15	*expectandam*] *expendendam* **r**

[6] Cf. editionis **r** praefationem (tom. I) et titulum (tom. IV).

ep. 73, 16.20 *litteratorum* et *manu* om. **r**

ep. 76, 274 ad *spadonis* addidit: „Minas tuas non timeo, carnem enim occidere potes, animam autem non potes. Vitam istam corporis potes eripere, meritum non potes extinguere. Anima namque quae deo subdita est, humanae potestati non est subiecta. An nocere te putas? Immo magnum mihi commodum praestas. Vitam adimis temporalem, ut succedat perpetua". Et verba *Atque utinam dominus avertat eos ab ecclesia, in me omnia sua tela convertant* sic mutavit: „Denique dixi: Deus avertat hostes ab ecclesia et in me eorum tela convertat".

Magis vero epistulas a se primo editas deformavit, e. g.

ep. 77, 1 *quia nihil sanctitatem tuam soleo eorum praeterire quae hic te gerantur absente, scias etiam*] *quoniam nihil eorum quae hic te absente geruntur, sanctitatem tuam celare soleo, scias etiam, dilectissima soror* **r**

Cf. etiam II 1. 5.

Interdum vero vel codicibus aliis adhibitis vel suo ingenio lectiones genuinas restituit, e. g.:

ep. 73, 190 *piaret* OQWL_1 **r**, *piare* cett. **ad**

ep. 75a, 67 sq. *si quem habet civitas vel athletam vel alterius nobilis artis peritum* OC_1W$_1$ **r**, *si quidem* ... cett. codd. **ad**

ep. 76, 3 *omnibus fere epistulis* L_1 **r**, *omnibus epistulis fere* cett. codd. **ad**

ep. 77, 6 sq. *sicut in Romana* K. **r**, *sic in romana, sic et romanam, siccine romanam* cett. codd.

Haec editio auctoritate apostolica divulgata brevi ceteras editiones oppressit et saepe sub prelo renovata est.

3.3.5 I. du FRISCHE et N. le NOURRY patres Maurini (= **m**) centum annis post cum et editiones priores et codices Gallicos a se adhibitos varios epistularum ordines praebere statuissent, novum ordinem aggressi sunt; „nihil nobis commodius visum est" scripserunt „quam ut omnes illas epistolas, quarum aetatis notam aliquam licuit deprehendere, secundum temporum rationem quam novimus potissimum probari ab eruditis, distribueremus. Inde classes exsurgunt duae ..."[7]. Qui epistularum ordo usque hodie valet.

A depravato editionis Romanae textu deterriti ad textum constituendum haec sibi proposuerunt: „Primum enim hanc legem nobis inviolabilem esse voluimus, nullam in textum coniecturam umquam admittere[8]." Quare nonnullos codices Gallicos adhibuerunt, in iis codices BFP, et interdum lectiones proprias unius codicis Gallici praebent, e. g.

ep. 72, 99	*senatoribus* om. B **m**
ep. 72a, 184	*probandum*] *probatum* P **m**
ep. 73, 102sq.	*exemplo sui*] *exemplo suo* Bpc. **m**
ep. 73, 130	*revocari studia*] *reuocari a studio* (*a studia* Bac.) B **m**
ep. 75a, 73	*custodias exhibetis*] *c. exhibuistis* (*exiuistis* Bac.) B, *c. exuitis* P, add. *uel excubiis* Psl., *c. excubiis* L, *custodias exhibuistis et excubias* **m**
ep. 76, 3	*quoniam* add. *in* B **m**

Nonnullae vero lectiones Maurinae in codicibus mihi notis non inveniuntur, e. g.

[7] Cf. tom. II p. 733 (Admonitio); PL 16, 887.
[8] Cf. tom. I praef. (p. 4); PL 14, 19.

ep. 72a, 145 *vicibus*] *uiribus* **m**
ep. 73, 144 *praeberi*] *deberi* **m**
ep. 73, 179 *suorum*] *quorum gesta condemnant* **m**
ep. 73, 259 *nobis*] *noctis* (!) **m**
ep. 76, 50 *mea*] *mei* **m**,

sed non omnes codices recentiores a Maurinis adhibitos requisivi[9].

Cum omnes codices Gallici, ut monstravi, ex una stirpe derivati, altera autem stirps nisi Mediolani non servata esset, Maurini nonnullas sententias in codicibus Gallicis omissas ex editionibus prioribus haurire coacti sunt, e. g.

ep. 72, 166 *me probasse* AHKOS **adrm**, om. cett.
ep. 73, 329 *coit vobis* AKMpc.O **adrm**, om. cett.
ep. 74, 318 *existimat* — *deferendum* AHKMpc.S **adrm**, om. cett.

Quare mirandum non est quod nonnullae lectiones propriae codicum Mediolanensium AK vel lectiones in codicis A marginibus traditae etiam in **m** inveniuntur, e. g.

ep. 73, 348 *plenum cruoris*] add. *satiari iussus* AHKMsl.S **adrm**

[9] Cf. tom. II p. 1227 sq. et PL 16, 1479 sq., ubi adnotaverunt:
Liber epistularum expurgatus est ad mss.:
Belvacensem unum annorum circiter 800 (= B)
Pratellensem unum annorum etiam 800
Thuaneum unum annorum 800
Vindocinensem unum annorum 700 (= Vind. 128?)
Regium unum annorum 600 (= Paris. 1920 epistulas extra coll. complexus, cf. II 1.4.1)
Albinianum unum annorum circiter 600
Tellerianum unum aetatis circiter eiusdem (= P)
Gemeticensem unum annorum amplius 500
Longipontinum unum annorum 500
Caroli loci unum annorum 500 (= F)
Pontiniacenses duos non diversae antiquitatis
Laetiensem unum etiam annorum 500
Michaelinum unum eiusdem aetatis

ep. 76, 9 *primo viri*] *primo principes uirtutum uiri* HS **adm**, add. *al. principes uirtutum* Amg. (de hoc loco cf. 3.4),

et interdum coniecturae editorum priorum adhibitae sunt, e. g.

ep. 70, 60 *non queant*] *nequeant* **arm**
ep. 72a, 5 *proximorum temporum* tr. **rm**
ep. 74, 190 *quanti*] *quot* **rm**
ep. 75a, 219 *Christum*] add. *super* **arm**
ep. 76, 49 *ius*] *quidvis* **rm**
ep. 77, 14 *imminere*] *eminere* **rm**
ep. 77, 15 *una*] *urna* **rm**

Saepius vero Maurini codicum AK additamenta ab editoribus prioribus recepta suo iure abiecerunt, e. g.

ep. 73, 200 *seges*] add. *fallax* AKMsl.O **adr**
ep. 73, 285 *explosa*] add. *ea* AHKS **adr**
ep. 73, 285 *convaluit*] add. *id* AKMpc.S **adr**
ep. 75a, 444 *imperator enim*] add. *bonus* Asl.Msl.S **adr**

Maurinorum textum et Iohannes P. MIGNE in Patrologiae tomo XVI a. 1845 et 1880 edito et P. A. BALLERINI in omnium Ambrosianorum operum tomo V a. 1875 edito adhibuerunt.

3.3.6 Otto FALLER demum ordinem genuinum omnibus fere codicibus traditum restituit et Ambrosium ipsum Plinii minoris exemplum secutum decem epistularum libros edidisse monstravit.

Richardus KLEIN in opere quod inscribitur „Der Streit um den Victoriaaltar" epistulas 72, 72a, 73 et extra coll. 10 adnotationibus ab Ottone Faller acceptis[10] et codicibus ab

[10] Cf. Zelzer, Briefbücher 8 sq.

eo electis edidit, in relatione Symmachiana edenda Ottonis Seeck editionem nisi paucis locis secutus est (= **k**). Cum Ottonem Faller in codicum electione et aestimatione erravisse monstraverim, nullius momenti est quod Klein de codicum cognatione scripsit.

Quae cum ita sint, in apparatum criticum editiones **adrmk** adhibui.

3.4 De textu constituendo

Ad textum epistularum libri decimi constituendum semper considerandum est et Mediolanenses saeculorum XI et XII codices varie contaminatos et correctos e duobus vel etiam tribus rivulis ibi traditis composuisse, e quibus in editiones primas **ad** et pro parte etiam in editionem Romanam **r** textus contaminatos et correctos confluxerint, et Maurinos multas lectiones Mediolanenses suo iure reiecisse sed multas editionis **r** coniecturas in textum recepisse. Quibus rebus cognitis mihi contigit ut non paucis locis editiones priores corrigerem, e. g.

ep. 73, 348
: omnes editiones praebent: *ille rex ... exsecto capite et intra utrem plenum cruoris satiari iussus incluso femineis imperiis ludibrio fuit.* Verba *satiari iussus* codices AHKMsl.S soli tradunt; quare Maurini ad hunc locum adnotaverunt: „*satiari iussus* deest in mss. fere omnibus at contra in cunctis edit. invenitur". Quae voces ut nonnullae aliae revera familiae AK additamenta sunt (cf. 3.2.1).

ep. 74, 296
: omnes fere codices per dittographiam ut dicitur *quam quantum* tradunt, editiones vero Martini Corbo coniecturam *quamquam quantum* praebent, sed codices

priorem huius epistulae formam continentes et codex L_1 lectionem genuinam *quantum* praebent.

ep. 77, 14 sq.

editiones **rm** (**ad** desunt) praebent: *sancti martyres eminere coeperunt ut ... arriperetur urna et sterneretur prona ad locum sancti sepulchri*, codices vero omnes *imminere* et *una* tradunt.

ep. 76, 9

editiones **adm** praebent *convenerunt me primo principes virtutum viri comites consistoriani*, editio **r** vero cum omnibus fere codicibus *convenerunt me primo viri comites consistoriani*; ut monstravi in codice W_1 pro vocibus *primo viri* invenitur *principes uirtutum*, quae voces in codicum A et M′ marginibus additae in Martini Corbo aliosque libros manarunt. Hic locus sic restituendus est: *convenerunt me primo viri ⟨illustres⟩ comites consistoriani.*[1]

ep. 76, 249

editiones **rm** praebent *dixisse dominum, si illud doleret* ...; editio **a** ante *si* addidit *num*, editio **d** cum omnibus fere codicibus *non*, codices C_1W_1 vero tradunt *dixisse dominus noster, si* ...; quare *non* in *nostrum* correxi.

ep. 75a, 323

editiones **arm** *et quod gentes elegit* praebent, omnes paene codices et **d** *et in quod gentes elegit*; codices vero C_1W_1 lectionem genuinam *et in eo quod* ... servaverunt.

ep. 75a, 314

pauci codices et omnes editiones *non ignaros* scribunt, plurimi codices *ignaros*, pauci *gnaros* praebent, quod verbum sine dubio lectio genuina est.

[1] Cf. Zelzer, Probleme 419 sq.; ep. extra 7, 107.

ep. 75a, 202 sqq.
omnes codices praeter familiam C_1W_1 praebent: *regem contristatum esse quod sibi esset alienum ius relatione iusta negatum, sed muliebri consilio deceptum. Nabuthae vites suas vel proprio cruore defendit.* In codicibus C_1W_1 post *deceptum* additum est *morte* (|||||||||*morte* W_1) *magnum uenisse sanctus enim.* Quare hunc locum sic correxi: ... *deceptum* ⟨*Nabuthae*⟩ *morte in agrum venisse. Sanctus enim Nabuthae ... defendit.*

ep. 76, 185
in codicibus W_1L_1 post *sed nostra imprudentia aliud opinabatur* additum reperitur *tua gratia aliud operabatur*; quae verba ceteri codices et ideo omnes editiones omiserunt.

ep. 76, 201
omnes fere codices tradunt: *si ad arma concurritur, si in templo meo clausi commoue(n)tur*; Martini Corbo coniecturam *si in templo meo lis commouetur* ab editionibus **adr** receptam Maurini reiecerunt et lectionem traditam et obscuram *clausi commoventur* retinuerunt. Lectionem genuinam W_1 servavit: *si ... classicum movetur.*

In rebus orthographicis non codicum inter se differentium rationes sed Marii Victorini grammatici s. IV praeclarissimi praecepta secuta sum[2].

[2] Cf. artem gramm. 1,4 (de orthogr.).

II. DE EPISTULIS EXTRA DECEM LIBRORUM COLLECTIONEM SERVATIS

Septendecim epistulae Ambrosianae extra decem librorum collectionem duobus corporibus traditae sunt, priori corpore epistulae Maur. 10—14, 41, 51, 61, 62, epistula synodalis *Et hoc gloriae* et prior epistulae 74 forma, posteriori corpore epistulae Maur. 1, 23, 42 cum epistula Sirici, 51, 63; Gestis autem concili Aquileiensis epistulae Maur. 9 et 10 (cf. III 1.3).

1 De priori epistularum extra collectionem corpore

1.1 Quas epistulas prius corpus contineat

Priori corpore hae epistulae traduntur:

ep. 1 (Maur. 41) ad Marcellinam de sermone ad Theodosium imperatorem in ecclesia Mediolanensi habito a. 388 missa,

ep. 1a (Maur. 40) item ad Theodosium a. 388 directa, quam Marcellinae simul mittere scripsit[1]; quae epistula nonnullis locis mutata in decimo libro sub numero 74 reperitur,

[1] Cf. ep. extra 1, 12: *epistulam dedi imperatori quam simul misi.*

epp. 2 et 3 (Maur. 61 et 62) ad Theodosium a. 394 Eugenio usurpatore devicto directae,

epp. 4—6 (Maur. 10—12) ad imperatores Gratianum Valentinianum Theodosium a. 381 nomine synodi Aquileiensis scriptae,

ep. 7 ad imperatores Gratianum et Valentinianum synodi Romae a. 378 congregatae nomine scripta,

epp. 8 et 9 (Maur. 14 et 13) ad Theodosium imperatorem post synodum Aquileiensem (Sept. 381) ceterorum episcoporum Italiae nomine scriptae,

ep. 10 (Maur. 57) ad Eugenium imperatorem a. 393 missa,

ep. 25 (Maur. 53) e libro quinto inter epistulas 1a et 2 posita de publica Valentiniani imperatoris sepultura ad Theodosium imperatorem a. 392 scripta.

1.2 Quis hoc corpus composuerit et ediderit

Hoc corpore epistulae ad res publicas pertinentes ab Ambrosio non editae continentur, inter quas quaecumque ad Theodosium scriptae nobis innotuerunt praeter unam manu propria scriptam sed occultatam in posteriori corpore traditam (= ep. extra coll. 11). Ex his epistulis Paulinus Ambrosii notarius, cum Augustino episcopo instigante de Mediolanensi episcopo vitam componeret[2], epistulas 1, 2, 3, 10 adhibuit et ex epistulis 1 et 10 nonnullas sententias ad verbum attulit[3]. Praeterea epistulam quandam ad Am-

[2] Cf. vit. 1: *Hortaris, venerabilis pater Augustine, ut sicut beati viri Athanasius episcopus et Hieronymus presbyter ..., sic etiam ego beati Ambrosii episcopi Mediolanensis ecclesiae meo prosequar stilo.*

[3] Cf. § 23 (ep. 1), § 27 (ep. 10), § 31 (epp. 2 et 3).

brosium directam et post eius mortem a successore susceptam memorat, quae *nunc usque Mediolani habetur in monasterio* (§ 49). Quae cum ita sint, Paulinum ipsum hoc corpus composuisse et edidisse verisimile est[4].

1.3 De singulis epistulis

1.3.1 De epistulis 1 et 1a (Maur. 41 et 40)

In epistula prima Ambrosius a. 388 ex. sorori scripsit, quomodo ab imperatore Theodosio impetravisset ut omnem cognitionem in Christianos Callinicenses tolleret: cum Theodosius synagogam a Christianis Callinici[1] incensam reaedificari et in monachos qui Valentinianorum[2] fanum incendissent vindicari iussisset, se epistulam ad imperatorem, quam simul mitteret (= ep. 1a) scripsisse, cum imperator in ecclesiam Mediolanensem venisset, se ante eum sermones de baculo nuceo et de muliere peccatrici quos insereret habuisse. Imperator cum iam antea edictum synagogae reaedificandae revocavisset[3], hoc sermone valde offensus paulo post praecepit, ut *quae in consistorio ... statuta forent*[4] ad Ambrosii aures pervenire non deberent. Quare, ut iam monstravi (cf. I 1.2), Ambrosius epistulam ad Theodosium directam, priusquam ederet, nonnullis sen-

[4] Klein, Kaiserbriefe 365 sqq., cum epistulas extra collectionem servatas duobus corporibus tradi non sensisset, omnes epistulas extra collectionem servatas a Paulino editas esse false putavit.

[1] Quod oppidum hodie ar-Raqqah appellatum in Syria situm est, cf. Paredi, Politica 99.

[2] De Valentinianis cf. ep. 74, app. font. ad l. 180 vel ep. 1a, app. font. ad l. 181.

[3] Cf. ep. extra coll. 1, 345 sq.: *revera de synagoga reparanda ab episcopo durius statueram sed emendatum est.*

[4] Cf. ep. extra coll. 11, 11 sq.

tentiis quibus imperatori minatus est eum se in ecclesia auditurum, si in regia non audiret (= ep. 74), auxit, et epistulam ad sororem missam non publicavit. Epistula revera ad imperatorem directa cum epistula ad sororem missa servata est (= ep. 1 a).

1.3.2 De epistulis 2, 3, 10 (Maur. 61, 62, 57)

Eugenius Valentiniano imperatore iuniore mortuo vel interfecto aestate a. 392 ab Arbogaste imperator proclamatus duabus epistulis e Gallia missis Ambrosium in suas partes trahere conabatur neque Ambrosius ei respondit[1]. Itaque imperator a Theodosio non approbatus, cum senatores Romani ad se Christianum bis nequiquam legationes misissent *de repetenda ara Victoriae et sumptibus caerimoniarum*[2], cum senatoribus Romanis se sociavit et *petentibus Flaviano tunc praefecto et Arbogaste comite aram Victoriae et sumptus caerimoniarum, quod Valentinianus augustae memoriae adhuc in iunioribus annis constitutus petentibus denegaverat, oblitus fidei suae concessit*[3]. Qui cum a. 393 ineunte in Italiam duceret, Ambrosius Mediolanum reliquit, ne eum conveniret, et Bononiam et Faventiam, postremum Florentiam migravit unde ad Eugenium epistulam direxit (= ep. 10)[4]. Qua in epistula se ideo eum Mediolani non exspectavisse affirmavit, quod sumptibus caerimoniarum concessis deum offendisset, ideoque usque ad hoc tempus non rescripsisse quia istud praevidisset futurum.

---

[1] Cf. ep. extra coll. 10, 109 sqq.

[2] Paul. vit. 26.

[3] Paul. vit. 26.

[4] Cf. Paul. vit. 27. — De epistula 10 cf. Wytzes, Der Streit um den Altar der Viktoria; Klein, Victoriaaltar; G. Lo Menzo Rapisarda, La personalità di Ambrogio nell'epistola LVII.

Cum Eugenius, ut contra Theodosium a senatoribus gentilibus adiutus bellum duceret, Mediolanum reliquisset, ubi *munera imperatoris, qui se sacrilegio miscuerat, ab ecclesia respuebantur nec orandi illi cum ecclesia societas tribuebatur*[5], Ambrosius a. 394 post unum annum circiter Kalendas Augustas Mediolanum revertit. Theodosius vero ex oriente profectus ad Frigidum fluvium[6] contra Eugenii *robustissimum exercitum magis orando quam feriendo pugnavit*, ut Augustinus indicat[7], et vento vehementi subito orto adiutus VI Id. Sept. Eugenium devicit; quem in fuga captum milites ante Theodosii oculos interfecerunt. Arbogastes vero sua se manu perculit, postquam duos dies per montes erravit[8].

Hanc pugnam iam aequales discrimen extremum inter Christianorum deum et Iovem Herculemque, quorum statuas Arbogastes praetulerat, fuisse putaverunt. In obitu Theodosii Ambrosius de hac pugna exclamavit (§ 7): *Cum locorum angustiis et inpedimentis calonum agmen excercitus paulo serius in aciem descenderet et inequitare hostis mora belli videretur, desiluit equo princeps et ante aciem solus progrediens ait: Ubi est Theodosii deus?*

Eugenio devicto Theodosius statim Ambrosium per epistulam nobis non traditam ut pro victoria adepta deo gratias ageret rogavit. Quam epistulam Ambrosius cum sacrificium offerret se in manu gestasse scripsit, cur Mediolanum reliquisset explicavit, et ut reos absolveret rogavit (epp. 2 et 3).

---

[5] Paul. vit. 31.

[6] Qui fluvius hodie Vipava appellatus in Aesontium fluvium (= Isonzo) se effundit, cf. Paredi 500, Politica 144.

[7] Civ. dei 5, 26.

[8] De hac pugna cf. Ruf. 11, 33; Zos. 4, 58; Oros. 7, 35; Theod. 5, 24; Soz. 7, 24; Socr. 5, 25; Ambr. In ps. 36, 25; Paul. vit. 31.

1.3.3 De epistulis 4, 5, 6 (Maur. 10, 11, 12)

Has epistulas Ambrosius ceterorum episcoporum nomine e concilio Aquileiensi a. 381 habito ad imperatores Gratianum Valentinianum et Theodosium direxit. Quod ad concilium Aquileiense attinet cf. III 1.

1.3.31 Palladio et Secundiano haereticis damnatis patres Aquileiae congregati per primam epistulam (ep. 4) imperatoribus quomodo concilium gestum sit demonstrant eosque rogant, ut damnati imperiali lege ab ecclesiis suis arceantur eorumque in locum *sancti subrogentur sacerdotes.* Itemque Fotiniani coerceantur, ne in Sirmiensi oppido conventus faciant, cum iam *superiore lege* conventus facere prohibiti sint[1]. Haec epistula etiam cum Gestis concili Aquileiensis tradita est (cf. III 1.3).

1.3.32 In altera epistula (ep. 5) imperatores monent, ne Ursinum pietati suae obrepere sinant, et orant, ut *indicta importunissimi hominis abiectione* (l. 68) et populo Romano et sacerdotibus securitatem tribuant.

Quod ad Ursinum Damasi papae adversarium[2] attinet, non pro certo acceptum habemus quid Romae a. 366 Liberio papa mortuo gestum sit, cum prima collectionis Avellanae epistula, quae sola de hac re accuratius agit, sine dubio Ursino faveat[3]. Liberio papa die 24 mensis Sept. mortuo Ursinus presbyter ab iis, qui Liberio adhaeserant, in basili-

---

[1] Ep. 4 (= Gesta ep. 2), 102. 136. — Fotinus episcopus Sirmiensis cum Christum solum hominem doceret, saepe haereticus damnatus et a. 351 depositus sub Iuliano Apostata revertit et a Valentiniano I a. 364 iterum depositus est. Inde eius doctrina saepius damnata est. A. 381 imperator Theodosius lege de haereticis IV Id. Ian. data Fotinianis interdicit ne in urbibus conventus habeant (c. Theod. 16, 5. 6).

[2] Cf. A. Lippold, Ursinus, RE Suppl. 10, 1141 sqq.

[3] CSEL 35, ed. O. Günther.

ca Iuli trans Tiberim sita (= S. Maria in Trastevere) pontifex creatus et statim a Paulo episcopo Tiburtino ordinatus est. Sed a sociis Felicis papae a. 365 ex. mortui Damasus in Lucinis (= S. Lorenzo in Lucina) pontifex creatus et proxima die dominica secundum usum ab episcopo Ostiensi ordinatus est. Quali affectu et studio in prima collectionis Avellanae epistula Ursinus defendatur, haec verba monstrant (§ 5 sq.):

Presbyteri et diacones Ursinus Amantius et Lupus cum plebe sancta, quae Liberio fidem servaverat in exilio constituto, coeperunt in basilica Iuli procedere et sibi Ursinum diaconum pontificem in loco Liberii ordinari deposcunt; periuri vero in Lucinis Damasum sibi episcopum in loco Felicis expostulant. Ursinum Paulus Tiburtinus episcopus benedicit. Quod ubi Damasus, qui semper episcopatum ambierat, comperit, omnes quadrigarios et imperitam multitudinem pretio concitat et armatus fustibus ad basilicam Iuli perrumpit et magna fidelium caede per triduum debacchatus est. Post dies septem cum omnibus periuris et arenariis, quos ingenti corrupit pretio, Lateranensem basilicam tenuit et ibi ordinatus episcopus et redimens iudicem urbis Viventium et praefectum annonae Iulianum id egit, ut Ursinus vir venerabilis, qui prius fuerat pontifex ordinatus, cum Amantio et Lupo diaconibus in exilium mitteretur.

Alii vero Damasum vel maiore cleri Romani parte vel prius electum esse indicant. Cum crudelissime inter Christianos pugnaretur, Ursinus cum duobus sociis in exilium missus est; unde mense Septembri a. 367 revocatus iam mense Novembri in Gallias ut videtur iterum relegatus est. Cui a. fere 371 Gallias relinquendi copia data est *ea* quidem *conditione, ne vel ad urbem Romam vel ad regiones suburbicarias* auderet *commeare*[4]. Tum aliquandiu Mediolani fuisse videtur[5].

[4] Coll. Avell. 12, 2; item sim. 11, 2.

[5] Cf. ep. 5, 32 sqq.

In relatione a. 378 ad imperatores missa (= ep. 7) episcopi Romae congregati queruntur, quod Ursinus relegatus occulte turbas concitare conatur; quem per Isaac Iudaeum Damasum alicuius rei accusavisse, sed Damasi integritate probata Isaac relegatum esse scribunt[6]. In rescripto ad Aquilinum vicarium misso (cf. 1.3.42) imperatores postulant, ut edicta adversum Ursinum iam ad Simplicianum data accurate observentur, et Ursinum Coloniam Agrippinam relegatum esse dicunt.

In altera epistula e synodo Aquileiensi missa (ep. 5) patres congregati queruntur, quod Ursinus per Paschasium Romae turbas concitare conatur. Quale fatum postea habuerit nescimus.

1.3.33 In ultima epistula e concilio missa (ep. 6) patres congregati imperatores rogant, ut Alexandriam concilium convocent ad dissensiones Alexandrinae et Antiochenae ecclesiarum solvendas.

1.3.4 De epistula 7

1.3.41 Hanc relationem Ambrosius episcoporum *ex diffusis Italiae partibus* (l. 6) Romae congregatorum nomine ad imperatores misit. In collectione Avellana quae dicitur servatum est rescriptum imperatorum Gratiani et Valentiniani ad Aquilinum vicarium urbis directum, quod et Valentis et Theodosii nominibus in titulo carens compositum est postquam Valens mense Augusto a. 378 extinctus et antequam Theodosius mense Ianuario a. 379 imperator salutatus est[1]. Quare synodus Romana, cui Damaso praeside 44 episcopi interfuisse dicuntur[2], a. 378 ex. attribuenda est.

[6] De Isaac Iudaeo cf. 1.3.41.

[1] Cf. Rauschen 31 sq.

[2] Cf. Lib. pont. 1, 39 (MGH Gesta Pont. 1, 84).

Qua in relatione episcopi congregati laudant, quod imperatores Ursino damnato[3] *ad redintegrandum corpus* ecclesiae statuerunt *ut de reliquis ecclesiarum sacerdotibus episcopus Romanus haberet examen*, ideoque queruntur, quod Ursinus relegatus occulte turbas concitare conatur, Parmensis et Puteolanus episcopi depositi ecclesias suas retinent, Claudianus Donatista patriam repetere iussus urbem Romam perturbat et Isaac Iudaeus Damasum alicuius rei accusavit[4]. Damasi vero integritate approbata et Isaac Iudaeo relegato ab imperatoribus postulant, ut sacerdotes iudicio ecclesiastico resistentes proposito a se modo coerceantur et *episcopus Romanus apud concilium se imperiale defendat* (l. 144).

Hanc relationem I. SIRMONDUS primus cum epistulis extra coll. 6, 5, 8, 9 a. 1631 in codicis Theodosiani appendice edidit[5] et P. A. BALLERINI primus inter epistulas Ambrosianas posuit.

1.3.42 Imperatores vero omnia paene petita concessisse hoc rescriptum monstrat[6]:

---

[3] Cf. 1.3.32.

[4] Isaac Iudaeus, postquam ad Christianam fidem conversus iterum ad synagogam revertit, Damasum adulterii accusavit (cf. lib. pont. 1, 39). Qui secundum Gennadium (vir. ill. 26) *scripsit de sancta trinitate et de incarnatione domini librum obscurissimae disputationis et involuti sermonis*, cuius operis fragmentum *Fides Isatis ex Iudaeo* inscriptum nobis servatum est (ed. A. Hoste CC lat. IX 335 sqq.). Nonnulla opera ei ascribebantur, postquam Germanus Morin eum et Ambrosiastrum unam eandemque personam esse putavit. Cf. Altaner-Stuiber 390.

[5] Appendix codicis Theodosiani 78 sqq.

[6] Epistulae imperatorum pontificum aliorum inde ab a. CCCLXVII usque ad a. DLIII datae Avellana quae dicitur collectio, ed. O. Guenther, CSEL XXXV, Vindobonae 1895, Nr. 13.

GRATIANUS ET VALENTINIANUS AUGG. AQUILINO VICARIO.

Ordinariorum sententias iudicum aut temporum limes aut contumacis pronuntiatio aut habitum coram partibus sancit examen et haec mediocris auctoritas labefactari atque convelli nec a potentioribus nec ab impudentibus pertimescit: nostra praecepta per vestram neglegentiam destituta quae tandem poterit ferre patientia? Quam quidem dum despicitis excitatis, ut longae tolerantiae desperatos sumat accentus et officium metu cogat agnosci. (2) *Etiamne vividius est, quod Ursini inussit amentia, quam quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, ut omnes, qui impios coetus profanata religione temptarent, vel ad centesimum urbis miliarium pellerentur, ubi pertinax furor ab obsequentibus destitutus in eius tantum perniciem rueret, qui solus erraret, et ut condemnati iudicio recte sentientium sacerdotum reditum postea vel ad ecclesias, quas contaminaverant, non haberent vel integrationem iudicii frustra ⟨a⟩ nobis impudenti pervicacia precarentur?* (3) *Repetat laudanda et spectata sinceritas tua, quales ad virum clarissimum Simplicium quondam vicarium litteras clementia nostra transmiserit, et desinat iterationem sperare mandati, quia pigendus mansuetudinis nostrae pudor est instaurare praeceptum.* (4) *Ursinum quidem Gallia cohercet et, ne motus aliquos inquietos exerceat, cohibet Agrippina secessio; quem tamen ipsum per occursantes obtundentem saepius quam maerentem ad hoc, ut frequentius abiceretur, audivimus.* (5) *Hisacem remotus Hispaniae angulus titulo damnationis inclusit, non bene capiti consulturum, si quid turbarum vesanus agitaverit.* (6) *Parmensis episcopus eo perniciosior, quod inclytae urbi magis proximus, et imperitorum multitudinem vicinus exagitat et ecclesiam, de qua iudicio sanctorum praesulum deiectus est, inquietat, inanem videlicet gloriam sententiae gravioris exspectans: quem si quid decessor tuus devoti vigoris habuisset, porro ultra fines*

debuisset extrudere. (7) *Et Florentius Puteolanus post damnationem, quam recto iudicio convictus accepit ac mansuetudinem nostram inquietare conatus dignum tulit improba offensione responsum: post quintum decimum annum ecclesiam de qua fuerat extrusus rursus contaminare conatur, congregationes illicitas facere molitur egentemque consilii multitudinem perditi animi persuasione depravat: nostrorum videlicet iudicum socordia fretus, qui privatae gratiae imperialia praecepta condonant et religionem, quam nos iure veneramur, quia fortasse ipsi neglegunt, inquietari patienter accipiunt.* (8) *Claudianus etiam ab his, qui contra divina praecepta initia religionis instaurant, ab his, inquam, quos expelli iusseramus, accitus, quasi parum facinoris aggressus esset, si in Africa perstitisset, Romae sese dicitur intimasse falsusque praeceptor vel expertes adhuc devio profanare mysterio vel iam initiatos ex integro nititur flagitio maiore corrumpere, cum religionis sanctissimae disciplinam non cumulet iteratio sed evertat. Quem nos Claudianum dissimili poena ac meruit persequentes repetere tantummodo patriam hactenus commota severitate praecepimus. Sed residere etiamnunc dicitur imperitosque sollicitans et cassa nomina mercede conquirens perdit animas corporum redemptorum.* (9) *Hinc illi insectatores sanctissimae sedis non solum dei numine, quod satis erat, sed etiam iudiciorum examine exploratum mentis sanctissimae virum, ut etiam divo patri nostro Valentiniano est comprobatum, turpissimis calumniis episcopum Damasum inquietare non veriti, postquam desperaverunt posse percelli, populum, pro quo ille divinitati obses est, inquietant.* (10) *Sed hactenus steterit iners dissimulatio iudicantum; nec necesse est admonere, quo possit sanctio contempta procedere; hactenus, inquam, steterit apparitorum supina desidia: posthac nisi omnes, ut nominatim iussionis nostrae summa complectitur, vel quos turbas istiusmodi molientes sancti episcoporum consilii consensus ostenderit, ultra centesimum miliarium ab urbe depuleris atque earum civita-*

tum finibus extorres esse praeceperis, quarum plebem vel ecclesias vel per se vel per simile sui vulgus exercent, praeter aestimationis iniuriam, cuius apud bonos iactura non levis est, piaculum neglectae sanctionis incurres. (11) *Volumus autem, ut, quicumque iudicio Damasi, quod ille cum concilio quinque vel septem habuerit episcoporum, vel eorum qui catholici sint iudicio atque concilio condemnatus erit, si iniuste voluerit ecclesiam retentare vel evocatus ad sacerdotale iudicium per contumaciam non adesse, seu ab illustribus viris praefectis praetorio Galliae atque Italiae auctoritate adhibita ad episcopale iudicium remittatur sive a proconsulibus vel vicariis accitus ad urbem Romam sub prosecutione perveniat,* (12) *aut si in longinquioribus partibus alicuius ferocitas talis emerserit, omnis eius causae dictio ad metropolitani in eadem provincia episcopi deducatur examen, vel si ipse metropolitanus est, Romam necessario vel ad eos, quos Romanus episcopus iudices dederit, sine relatione contendat, ita tamen ut, quicumque deiecti sunt, ab eius tantum urbis finibus segregentur, in quibus fuerint sacerdotes. Mitius enim graviter meritos cohercemus et sacrilegam pertinaciam lenius quam mereatur ulciscimur.* (13) *Quod si vel metropolitani episcopi vel cuiuscumque alterius sacerdotis iniquitas suspectatur aut gratia, ad Romanum episcopum vel ad concilium quindecim finitimorum episcoporum arcessito liceat provocare, modo ne post examen habitum, quod definitum fuerit, integretur.* (14) *Iam vero illud, quod in negotiis quoque rerum minorum et in levibus causae dictionibus animis nostris iustitia naturalis inseruit, multo diligentius in causis iustissimis volumus convalescere, ne facile sit cuicumque perdito notabili pravitate morum aut infami calumnia notato personam criminatoris assumere aut testimonii dictionem in accusationem episcopi profiteri.*

1.3.5 De epistulis 8 et 9 (Maur. 14 et 13)

Concilio Aquileiensi finito Ambrosius Theodosio duas epistulas suo et ceterorum episcoporum Italiae nomine, id est ex aliqua synodo Mediolani habita, misit. In priori epistula (ep. 8) episcopi imperatori pro litteris acceptis gratias agunt, quod *unitatem occidentalium atque orientalium ecclesiis* restituerit, sed *quorum errore* vel *delicto consortia interrupta* sint se silere dicunt[1]. Praeterea ut Apollinaris[2] fautores damnentur sibi curae esse et concilium in occidentalibus partibus petitum non *irrationabile postulatum*[3] fuisse asserunt.

In altera epistula (ep. 9) indignati schisma Antiochenum prolongari, quod Flavianus in locum Meletii mortui episcopus Antiochenus creatus est[4], et Maximum sede episcopali depositum esse queruntur.

Maximus a. 380 *intra privatas aedes* Petri episcopi Alexandrini mandato[5] episcopus Constantinopolitanus ordinatus est. Sed Gregorius Nazianzenus concilio Constantinopolitano ineunte et a Meletio et a synodo episcopus Constantinopolitanus ordinatus cum se dissensionibus ortis ab episcopatu removisset, Nectarius nondum baptizatus episcopus creatus est[6]. Maximus vero neque a Theodosio neque a Damaso papa[7] approbatus ad concilium Aquileiense venit patribusque se recte ordinatum esse persuasit. Quare Ambrosius ad Theodosium scripsit: *Nec videmus eam* (sc. communionem dissolutam) *posse aliter convenire, nisi*

---

[1] Ep. 8, 6 sq.; 13.

[2] Cf. Aug. de haer. 55 et ep. 8, 29 app. font.

[3] Ep. 8, 53.

[4] Cf. I 2.1.

[5] Ep. 9, 27 sqq.

[6] Cf. Greg. Naz. De vita 1583—1904; Theod. 5, 8, 1—9; Socr. 5, 8; Soz. 7, 8.

[7] Cf. Dam. ep. 5 (PL 13, 365 sqq.)

aut is reddatur Constantinopoli qui prior est ordinatus aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum orientaliumque concilium[8].

Multi viri docti Ambrosium primum epistulam 9 ad Theodosium scripsisse et, cum imperator indignatus esset, epistulam 8 misisse affirmaverunt[9].

1.4 Quomodo prius epistularum extra collectionem corpus traditum sit

1.4.1 De codicibus

1.4.11 Has epistulas primus ut videtur Henricus quidam clericus Pomposianus in epistula a. 1093 ad Stephanum quendam missa inter libros bibliothecae Pomposianae memoravit, quos dominus eius Hieronymus Pomposianus abbas colligendos et rescribendos curavit. Qua epistula cum Henricus clericus non solum codices indicaverit sed unumquemque librum accuratissime descripserit, quae Ambrosii epistulae in bibliotheca Pomposiana servatae fuerint nobis traditum est[1]:

Incipit tractatus sancti Ambrosii de psalmo LXI in quo infidelitatem et impietatem Maximi tyranni graviter redarguit, qui ausus est dominum suum Gratianum Imperatorem fraude et dolo perimere, quem Imperatorem in Domini tabernaculo habitare et in monte eius requiescere dicit. Hic liber sic incipit: Omnium nostrum indubia consuetudo est. Episcopus

[8] Ep. 9, 72 sqq.

[9] Cf. Rauschen 135 sq.; Campenhausen 153 sqq.; Palanque 99 sqq.: Paredi 273 sq. Traditum ordinem Sirmondus et Hefele—Leclercq [2]II 52 sq. secuti sunt et Wittig, Die Friedenspolitik des Papstes Damasus 182 sqq., defendit.

[1] Cf. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui 168 sq.

Ambrosius Mediolanensis sorori suae Marcellinae de baculo liber I. Hic liber sic incipit: Sollicitam sanctitatem tuam. Legatio Aquileiensis concilii ad Imperatores Gratianum Valentinianum et Theodosium; hic liber sic incipit: Imperatoribus clementissimis et christianissimis. Item Ambrosii ad eosdem: Imperatoribus clementissimis et principibus christianis. Item alia eiusdem concilii: Imperatoribus clementissimis. Item alia ad eosdem: Et hoc gloriae vestrae clementissimus princeps. Legatio Ambrosii episcopi ad Valentinianum Imperatorem Ambrosius Valentiniano Imperatori. Item alia ad eumdem de contemnendo simulacrorum culturam: Cum omnes homines qui sub ditione Romana reguntur. Item ad eumdem Imperatorem relatio Symmachi praefecti Urbis, ut aram simulacris permittat restitui. Ubi primus senatus amplissimus. Item Ambrosii ad Valentinianum Imperatorem et Symmachum praefectum urbis. Beatissimo principi et christianissimo Imperatori Valentiniano Augusto Ambrosius episcopus. Epistola Ambrosii et aliorum episcoporum Italiae ad Theodosium Imperatorem. Beatissimo Imperatori et clementissimo principi Ambrosius etc. Item alia ab eisdem episcopis ad eumdem Imperatorem: Beatissimo Imperatori et clementissimo principi Theodosio Ambrosius et caeteri episcopi Italiae. De humanitate et religione Valentiniani iunioris. Ambrosius Theodosio Imperatori. Silentium meum rupit. Ubi se excusat iure Maximi tyranni declinasse praesentiam. Ambrosius Theodosio Imperatori. Epistola Ambrosii ad Eugenium Imperatorem. Clementissimo Imperatori Eugenio Ambrosius episcopus. Incipit liber sancti Ambrosii de obitu Theodosii Imperatoris: Hoc nobis motus gravis. Incipit sancti Ambrosii episcopi de excessu fratris libri 2, quorum primus sic incipit: Deduximus fratres dilectissimi hostiam meam. Incipit secundus de eadem re: In die octavo superiore libello aliquid indulsimus desiderio. Ambrosius episcopus clericis: Plerumque humanis obrepsit mentibus. Ambrosius episcopus Irenaeo: Quaeritis a me, cur Dominus Deus manna pluerit.

Post psalmi LXI expositionem, quae et obitus Gratiani dicitur, hae epistulae indicantur: extra collectionem 1, 4—7, 30 e libro sexto hausta, 72, 72a, 73 e libro decimo sumptae, extra collectionem 8, 9, 25 e libro quinto hausta, extra collectionem 2 (+3)[2] et 10 atque post obitum Theodosii et opus De excessu fratris epistulae 17 e libro quarto et 54 e libro octavo sumptae. Quo in codice epistulae ad easdem personas directae aliter atque Ambrosius fecerat coniunctae sunt. Hic codex periit.

Item codex in catalogo Cluniacensi s. XII composito descriptus periit. Quo in catalogo legimus[3]:

118 Volumen in quo continentur Ambrosius de psalmo LXI, obitu Theodosii, baculo nuceo, imperatoribus Theodosio Gratiano Valentiniano, et libris ad Symmachum, et nonnullis epistulis. Qui codex libro Pomposiano similis fuit.

1.4.12 Sex codices hodie exstant, quorum quattuor totam collectionem et duo singulas huius collectionis epistulas tradunt:

O Codex Oxoniensis Bodl. Canon. patr. Lat. 210+229, s. XII in Italia septemtrionali scriptus, epistularum decem libros epistularum ordine mutato continet. Post epistulam 76 prius epistularum extra coll. corpus additum est hoc ordine: ep. 1a, 25 e libro quinto hausta, 2—10, 1[4].

P Codex Parisinus bibl. Nat. Lat. 1920, s. XIV in Italia septemtrionali, probabiliter in civitate Mediolanensi, scriptus[5], post varia Augustini aliorumque opera Ambrosii opera

[2] Ep. extra coll. 3 brevissima, quae semper cum ep. extra coll. 2 coniuncta est, in hoc quoque codice exstitisse videtur.

[3] Cf. L. Delisle, Le Cabinet des mss. de la Bibl. Nat. 2, Paris 1874, 463.

[4] Epistula 1 ideo ab epistula 1a divisa est, quod in hoc codice epistulae ad easdem personas directae coniunctae sunt, cf. I 3.2.23.

[5] Cf. Billanovich, La tradizione 31 sq.

De officiis, De bono mortis, De mysteriis, De sacramentis, obitus Gratiani, Valentiniani, Theodosii, epistulas extra coll. 1—10 continet; inter epistulas 1a et 2 epistula 25 e libro quinto addita est.

C Codex Cameracensis (Cambrai) 547, s. XIV, post Ambrosii opera De officiis, De paenitentia, De obitu Theodosii epistulas extra coll. 1—10 et 25 eodem ordine quo codex P continet; deinde expositionem psalmi CXVIII et De bono mortis.

H Codex Holchamensis (Holkham Hall) 123, s. XV, in Italia septemtrionali scriptus, post Ambrosii opera De excessu fratris, De virginitate et pseudo-Ambrosianam epistulam De sancta Agnete epistulas extra coll. eodem ordine quo codex O tradit, quas epistulae 58—61, 53, 45, 42, 41 sequuntur.

L Codex Florentinus Med. Laur. 14, 5, s. XV, post opera Ambrosiana De incarnationis dominicae sacramento, De mysteriis, De Iacob, De excessu fratris epistulas 76 et 75a sub titulo *De gestis in ecclesia Mediolanensi*, extra coll. 10, 4—7, 30 e libro quinto et 72 e libro decimo sumptas, in fine sicut codex Pomposianus epistulas 17 et 54 continet.

V Codex Vaticanus Latinus 6170, s. XVI scriptus. In quattuor foliis codici additis epistulae extra coll. 1, 2, 3, 10 traduntur.

Praeterea epistula extra coll. 4 cum Gestis concili Aquileiensis traditur[6] et epistula extra coll. 1a nonnullis locis mutata ab Ambrosio in epistularum libro decimo posita est (= ep. 74).

1.4.13 Itaque singulae huius collectionis epistulae his codicibus traduntur:

ep. 1 OPCHV
ep. 1a OPCH + codicibus librum decimum complexis (= α)

[6] Cf. III 1.3.

ep. 2 OPCHV
ep. 3 OPCHV
ep. 4 OPCHL + codicibus Gesta concili Aquileiensis complexis
ep. 5 OPCHL
ep. 6 OPCHL
ep. 7 OPCHL
ep. 8 OPCH
ep. 9 OPCH
ep. 10 OPCHLV

1.4.2 Quomodo codices inter se cohaereant

1.4.21 Richardus Klein in epistula extra coll. 10 cum epistulis Symmachi relationem refutantibus (= epp. 72 et 73) recensenda codices e duobus rivulis manasse cognovit, quorum alter e codicibus totam collectionem complexis, id est OPCH, alter e codicibus singulas epistulas complexis, id est LV, constaret[7]. Quos rivulos secundum locos, in quibus hodie asservantur, falso „mitteleuropäisch" et „italienisch" appellavit, quamquam omnes codices ex Italia ortos esse constat. Praeterea cum codices PCH e codice O, codicem V e codice L derivatos esse affirmavit, false de codicum stemmate iudicavit; nonnullae enim codicum PC lectiones eos non e codice O pendere monstrant, e. g.

ep. 1, 74 *provocari ad ea quae*] PCV, *pro uarietate* O, *pro ueritate* H
ep. 10, 18 *imperatoribus* PCLV, *-ri* OH
ep. 10, 40 *assensionem* PCLV, om. OH[8]


[7] Klein, Victoriaaltar 87 sqq.

[8] Quae cum ita essent, tamen Klein, Victoriaaltar 89, affirmavit: „Die Pariser Handschrift folgt — von wenigen selbständigen Textänderungen abgesehen — getreu ihrer Vorlage Q (= O). Doch es finden sich auch Abweichungen, die schwerlich als eigenmächtige Eingriffe des Schreibers anzusehen sind, da die gleichen Varianten auch bei L (und V)

Item codices L et V quamquam artius inter se coniuncti sunt, tamen non codex V e codice L pendet, cum et easdem epistulas nisi epistulam 10 non tradant et in ea epistula interdum inter se differant[9], e. g.

ep. 10, 21 sq.	*quia dare eos ipse* OPCH, *quid a dare eo si pre* L, *quia dare precia sacrificiorum* V
ep. 10, 28	*cum etiam catechuminis* OPCH, *ne* L, *quod* V
ep. 10, 62	*interna* OPCH, *omnia* L, *intima* V
ep. 10, 72	*quicquid — erit*] om. L
ep. 10, 112	*extorquendum ei* V, *extorquendum mei* OPCH, *extorquendi* L

Artissime inter se coniuncti sunt codices PC et OH; cum codex H e codice O pendeat, codex C e codice P transcriptus non est, sed cum ad textum constituendum minime valeret, nisi paucis locis adhibitus non est[10]. Itaque codicum cognatio hoc stemmate illustrari potest:



auftauchen. Es ist anzunehmen, daß diese durch eine Querverbindung, die von der Vorlage von L zu W (= P) führte, eingedrungen sind" (!) et in nota locos laudatos attulit.

[9] Aliter Klein, Victoriaaltar 89: „Das späteste handschriftliche Zeugnis ... geht sicherlich in erster Linie auf L zurück. Die Abweichungen von L sind einem klugen Schreiber zuzuweisen, zum anderen spielt ohne Zweifel noch ein unbekannter Zeuge herein, der auf den mitteleuropäischen Zweig zurückgeht" (!).

[10] Codex C textum plus depravatum quam codex P praebet, e. g. ep. extra coll. 1, 8 *iussum*] *inustum* C; 15 *nucinum*] *nucipium* C; 26 *reformidet*] *formidet* C; 27 *praeceptio*] *-is* C; 138 *credat sed*] *credat et* OPV, *credas et* C; 274 *horum minimorum*] *minimis istis* C; 337 *agente* V, *habente* OP, *agente al. habente* C.

1.4.22 Utrumque rivulum corruptelis et lacunis depravatum esse haec exempla monstrant:

ep. 1, 129	*donamus* V, *damus* OPCH
ep. 1, 172 sq.	*utique — habebat* V, om. OPCH
ep. 6, 19	*votis — desideramus* L, om. OPCH
ep. 7, 26	*a perditi* L, *ac perditis* OPCH
ep. 7, 30	*nulli usquam* OPCH, *nullius* L
ep. 7, 42	*iudicia — damnaverint* OPCH, om. L
ep. 10, 5	*cuiusvis* OPCH, *alicuius* LV
ep. 10, 31	*militaris* LVV, *-io* OPCH
ep. 10, 83	*expostulaverunt* OPCH, *et postul.* LV

Nonnullis praeterea locis iam archetypus textum corruptum praebuit, e. g.

ep. 1, 82 sq.	*providentior — magnificentior*] *prouidentia ... magnificentia* OPCH, *prouidentia* (om. cett.) V
ep. 1, 235	*sponsum*] *-a* OPCHV
ep. 7, 106	*sacerdotali*] *sacerdotio tali* (*-e* L) OPCHL
ep. 7, 124	*Damasus*] add. *ut* OPCHL

1.4.23 Codices LV epistulas 1 a, 4, 8, 9 non tradunt. Epistula 1 a vero ab Ambrosio in decimo epistularum libro posita est (= ep. 74)[11], quare multi codicum OPCH errores facile curantur, e. g.

ep. 1 a, 89	*times*] *timeo* OPCH
ep. 1 a, 132	*disciplinae te*] *-na et* OPCH
ep. 1 a, 232	*crimina leges*] *criminales* OPCH
ep. 1 a, 283	*malle debeam*] *malebam* OPCH

Cum Ambrosius hanc epistulam priusquam in decimo libro posuerit nonnullis locis mutaverit et paucis sententiis

[11] Cf. I 1.2; 3.2.

in fine additis auxerit, difficile est diiudicare, utrum nonnullas voces codices OPCH omiserint an Ambrosius postea addiderit[12].

Codices decimum librum tradentes (= α) vitiis non carere haec exempla monstrant:

ep. 74, 229	*addet*] *adde* α
ep. 74, 296 (= 1 a, 289)	*quantum*] *quam quantum* α
ep. 74, 341 (= 1 a, 335)	*timeo*] *meo* α

1.4.24 Epistula 4 tam in hoc corpore quam inter Gesta concili Aquileiensis (= ep. 2) traditur. Antiquissimus Gestorum codex Parisinus, s. V, e quo ceteros Gestorum codices derivatos esse monstrabo (cf. III 2.2), multis corruptelis et lacunis corruptus est; itaque codices OPCHL (= β) ad textum huius epistulae constituendum aliquid valent, cf. III 2.4.6.

1.4.25 Iosephus Billanovich codicem P s. XIV e codice quodam in civitate Mediolanensi servato descriptum esse monstravit, cum in obitu Theodosii solus bis verbum *habena* servasset et hoc verbum in epitaphium imperatoris Lamberti a. 898 mortui et Mediolani sepulti receptum esset[13]. Qui codex solus obitum Theodosii extra decem epistularum libros tradit et a ceteris codicibus alienus saepe lectiones genuinas solus servavit. Cum et codex O nonnullas epistulas in antigrapho omissas e codice quodam secundum familiam Mediolanensem correcto sumpserit[14], hoc epistularum extra collectionem corpus, quod Paulinus secretarius post Ambrosii mortem ex archivio Mediolanensi ediderat[15], in civitate Mediolanensi ipsa servatum esse verisimile est.

[12] Cf. ad ll. 215, 247, 259.
[13] Cf. La tradizione 31 sq. et ob. Theod. 48, 8.
[14] Cf. I 3.2.231.
[15] Cf. II 1.2.

1.4.3 De editionibus

Epistulae 1—6 et 10 in quinto editionis Romanae quae dicitur volumine a. 1585 edito, epistulae 7—9 in codicis Theodosiani appendice ab Iacobo SIRMONDO a. 1631 prodita primum publici iuris factae sunt. Epistulas 8 et 9 Maurini, epistulam synodalem 7 Paulus Angelus BALLERINI inter epistulas Ambrosianas posuerunt, quamquam haec epistula nisi in hoc epistularum corpore inter epistulas Ambrosianas ut videtur non tradita est. Epistulam 1 a ipsa prima edidi.

1.4.31 Felix Cardinalis DE MONTE ALTO, inde ab a. 1585 Sixtus papa V, novis codicibus investigatis et nonnullis tractatibus Ambrosianis qui nondum editi erant inventis inde ab a. 1579 omnium Ambrosianorum operum editionem publicavit quae vulgo Romana dicitur (= **r**)[1]. Ad epistulas 1—6 et 10 edendas usus est codice, qui non solum easdem epistulas quas codicum LV subarchetypus continuit sed etiam textui his codicibus servato simillimus fuit, e. g.

ep. 1, 79	*gratiarum in nos* OPCH, *gratis uiris* V **r**
ep. 1, 83	*quam — magnificentior* om. V **r**
ep. 1, 343	*ubi* — 363 *sententia* om. V, *ubi* — 351 *loqueris* om. **r**
ep. 4, 21	*motus*] *maris* L **r**
ep. 5, 53	*auditu*] *aditui* L, *auditui* **r**
ep. 10, 21 sq.	*quia dare eos ipse simulachris videretur*: *eos ipse*] *eo si pre* L, *precia sacrificiorum* V **r**

Traditum textum interdum correxit, e. g.

ep. 2, 37	*elegit*] *legit* OPCHV

[1] Cf. I 3.3.4.

ep. 5, 30 *damnatus*] *-os* OPCH (L deest)
ep. 5, 50 *communionis iura*] *commonitionis iura* OPCHL,

saepius vero coniecturis et additamentis incredibili fere modo deformavit, e. g.

ep. 1, 6 sqq. *cum relatum esset synagogam Iudaeorum incensam ... et Valentinianorum conventiculum, iussum erat ..., ut synagoga ... reaedificaretur, vindicaretur in monachos qui incendissent aedificium Valentinianorum*] *cum relatum esset imperatori synagogam Iudaeorum in partibus Orientis incensam ... et Valentinianorum lucum, iussum erat ... ut ... et in monachos vindicaretur qui incendissent lucum* r

ep. 5, 12 sqq. *aliud est quo magis angimur ... turbare*] *sed aliud est et propter quod magis animo angimur ... foedare* r

ep. 5, 27 sqq. *cum indebitum sibi gradum usurpare conatus nec iure ad eum potuerit pervenire*] *qui indebitum ... conatus sit et ad quem nec iure potuerit pervenire* r

ep. 5, 38 sqq. *instruens et informans quemadmodum pax ecclesiae turbaretur; quorum furore respirabat quod eorum posset fautores et socios emereri*] *eos quorum favore respirabat, quo magis posset fautores et socios emereri, instruxit et informavit, quemadmodum pax ecclesiae turbaretur* r

1.4.32 Quare Maurini ab hac editione deterriti „nullam in textum umquam coniecturam admittere" sibi proposuerunt (= m)[2]; sed cum unum alterius rivuli codicem

[2] Cf. I 3.3.5.

nonnullis corruptelis et lacunis affectum (= P) adhibuissent, ex editione Romana una cum lectionibus genuinis multas coniecturas assumpserunt, e. g.

ep. 1, 19 *videtur*] add. *per virgam* **rm**

ep. 1, 46 *ut* — 69 *mulierem*] *et cetera usque ad illud* V, add. in mg. *haec lectio erat in antigrapho* V; 48 *et* — 69 *mulierem*] *et reliqua recitavi* (*-it* **m**) *usque ad locum* **rm**

ep. 1, 202 *spiritalis*] *specialis* **rm**

ep. 1, 301 sq. *non regem ipsum Seon Amorraeorum ... ducem ... obtuli*] *nonne Seon Am. regem ... ducem, nonne regem Hai ... tradidi* **rm**

ep. 1, 354 *assideret*] add. *annueretque* **rm**

ep. 1, 355 *instare* correxi, *stare* codd., *rescriptum statim dicere* **rm**

ep. 10, 92 *et obtinuerunt*] *qui attulerant* **rm**,

et nonnullas codd. LV lectiones optimas ut coniecturas abiecerunt, e. g.

ep. 5, 58 sq. *quam turpi famam eius convicio sauciaverint* L **r**, *quam turpis fama eius convicio sauciaverit* OP **m**

ep. 10, 99 sq. *te utique nemo cogebat ..., debuisti sacerdotem consulere* LV **r**, *tu* (*te* OP) *utique quem nemo cogebat ... debuisti ab sacerdote consulere* OP **m**.

Epistularum 7—9 textum Maurini sine ulla correctione e Sirmondi editione hauserunt, e. g.

ep. 7, 55 *lacessuntur*] *lacessunt* Sir. **m**

ep. 7, 111 *Romae*] *Romam* Sir. **m**

ep. 7, 159 *licentia*] *misericordia* Sir. **m**.

1.4.4 De textu constituendo

Ad epistulas extra coll. 1—10 edendas et ad editiones priores corrigendas summi momenti est, quod et codices servati e duobus rivulis manarunt, quorum alter ab **r** et alter ab **m** adhibitus erat, et editor princeps epistularum 1—6 et 10 textum traditum incredibili fere modo mutavit itemque nonnullis locis editor princeps epistularum 7—9. Itaque et multas coniecturas a Maurinis receptas abieci et nonnullis locis textum corruptum correxi, e. g.

ep. 2, 3 sqq.

arbitratus es ... me longe abesse ab urbe Mediolanensium, sed non ego ita imprudens aut virtutis aut meritorum tuorum, ut ..., festinavi reverti, posteaquam illum quem iure declinandum putaveram Mediolano abisse cognoveram OPCHV, *arbitratus es ... ab urbe Mediolani* (*-nensium* **m**), *quia res tuas crederem a deo destitui, sed non ego ita imprudens aut virtutis et meritorum tuorum immemor abfui, ut ... Festinavi igitur illico reverti, posteaquam ... putaveram iam abesse cognovi* **rm**. Ad hunc locum Maurini adnotaverunt: „*quia — destitui* deest in cod. Reg. (=P), sed cum videatur sententiae integritati necessarium, et satis frequenter in mittendo peccant librarii, loco movendum neutiquam duximus".

ep. 2, 14

ex illo resedi hic ac me clementiae tuae augusti apices reppererunt] *hic ac* correxi, *hac* OPCH, *hic* V; *ex illo die hic resedi. Hic me Augusti* (*-e* **m**) *clementiae tuae apices repererunt* **rm**

ep. 5, 68

indicta importunissimi hominis abiectione correxi, *interdictam* (*-a* OH) ... *abiectione* (*ob-* OHL) OPCHL, *interdictam ... obiectione* (*ab-* **m**) **rm**

ep. 6, 30 sq.

per omnes autem tractus atque regiones a Thracorum claustris usque ad oceanum] *a Thracorum c.* correxi, *athiucorum claustris* OPCHL, *et vicorum claustra* **rm**

ep. 8, 38

amplam quaestionis OPCH, *ansulam quaestionis* **m** secundum Sirmondi editionem; ep. 39 (Maur. 46) 27 Maurini pro *amplam* praebant *amplam viam*. De *ampla* (= ansa) cf. ThlL I 1989.

ep. 9, 28 sqq.

eiusque se cre⟨a⟩tum esse mandato intra privatas aedes, quia Arriani ecclesiae basilicas adhuc tenebant, tribus episcopis ordinantibus correxi, *eiusque intra privatas aedes, quia ... tenebant, secretum esse mandatoribus* (*mandato tribus* OH) *episcopis ordinantibus* codd. Sirm. **m**; iam Valesius correctionem *creatum* proposuerat.

2 De posteriori epistularum extra collectionem corpore

2.1 Quas epistulas posterius corpus contineat

Posteriori corpore hae epistulae traduntur:

ep. 11 (Maur. 51) ad Theodosium a. 390 post caedem Thessalonicensium directa ab Ambrosio manu propria scripta sed occultata,

ep. 12 (Maur. 1) ad Gratianum imperatorem a. 380 scripta,

ep. 13 (Maur. 23) ad episcopos Aemiliae provinciae a. 386 de diebus paschalibus definiendis directa,

ep. 14 (Maur. 63) ad ecclesiam Vercellensem de episcopo ordinando a. 396 scripta,

ep. Sir. et 15 (Maur. 41 a et 42): epistula Sirici papae ad diversos episcopos a. 392/3 directa et rescriptum ecclesiae Mediolanensis ab Ambrosio confectum.

Antiquissimus codex Bambergensis B, s. X ex., epistulam 74 e libro decimo sumptam, epistulas extra coll. 11—13 quae *alia tertia quarta* numerantur, epistulas 14 et 16 e libro quarto sumptas, nonnulla opera Ambrosiana, in fine post duas paginas vacuas Sirici papae epistulam et responsionem Ambrosi, quae e canonum collectione saeculo nono in Italia composita haustas esse monstrabo, tradit. Qui cum epistulam 74 eadem forma tradat atque codices A et K Mediolanenses, posterius epistularum extra coll. corpus Mediolani servatum esse verisimile est; Paulinum autem Ambrosii notarium et biographum has epistulas neque publicavisse neque novisse opinor[1].

2.2 De singulis epistulis

2.2.1 De epistula 11 (Maur. 51)

Hanc epistulam Ambrosius a. 390 post stragem Thessalonicensium ad imperatorem Theodosium direxit. Quam stragem Rufinus, Sozomenus, Theodoritus, Paulinus et Augustinus variis modis descripserunt[1], e quibus Rufino summa fides habenda est.

Cum in urbe Thessalonicensium tumultu magno exorto magister militum Buthericus lapidatus esset, Theodosius

[1] Klein, Kaiserbriefe 365 sqq., false etiam has epistulas a Paulino editas esse affirmavit, cf. II 1.2.

[1] Ruf. 11, 18; Soz. 7, 25; Theod. 5, 17 sq.; Paul. vit. 24; Aug. civ. dei 5, 26.

ira summa commotus populum ad ludos circenses invitari et innocentes cum nocentibus interimi iussit; septem milia hominum ut fertur occisi sunt. Antea Ambrosius imperatorem mitigare erat conatus; Paulinus et Augustinus Theodosium Ambrosio se iniuriam Thessalonicensibus donaturum promisisse indicant, quod quidem ad Ambrosii verba non quadrat qui scripsit: *quod revocare non potui ne fieret, immo quod ante atrocissimum fore dixi, cum totiens rogarem* (48 sq.). A comitibus instigatus imperator exemplum statui iussit et cum mandatum revocaret iam peractum erat. Quod cum Mediolanum nuntiaretur, propter adventum Gallorum episcoporum synodum Mediolanum convenisse Ambrosius indicat. Priusquam imperator Mediolanum revertit, episcopus urbem reliquit eique propria manu hanc epistulam scripsit, quam solus legeret, et ut paenitentiam ageret monuit. Quomodo tum imperator paenitentiam egerit, Ambrosius in laudatione funebri Theodosii narrat cum exclamat: *Stravit omne quo utebatur insigne regium, deflevit in ecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat, gemitu et lacrimis oravit veniam. Quod privati erubescunt, non erubuit imperator, publicam agere paenitentiam, neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem* (34).

Epistulam occulte missam nemo memoravit. Quid caede peracta factum sit, Rufinus his verbis narrat (11, 18):

Ob hoc cum a sacerdotibus Italiae argueretur, agnovit delictum culpamque cum lacrimis professus publicam paenitentiam in conspectu totius ecclesiae exegit et in hoc sibi tempus adscriptum absque regali fastidio patienter implevit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit: Lege sanxit in posterum, ut sententiae principum super animadversione prolatae in diem tricensimum ab executoribus differrentur, quo locus misericordiae, vel si res tulisset, paenitentiae non periret.

Huiusmodi quidem lex in codice Theodosiano sub Gratiani nomine tradita est[2]:

Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius Augusti Flaviano praefecto praetorio Illyrici et Italiae.

Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam aut excipere sententiam; sed per dies XXX super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat vinciatque custodia et excubiis sollertibus vigilanter observet.

Dat. XV Kal. Sept. Veronae Antonio et Syagrio conss. (= die 18 mensis Augusti 382).

Quam legem a Theodosio a. 390 post caedem Thessalonicensium latam esse iam I. Gothofredus[3] affirmavit, quem multi secuti sunt[4]; alii vero a Theodosio renovatam esse putaverunt[5].

Paulinus primus Ambrosium imperatorem Mediolanum reversum ecclesiam ingredi vetuisse narrat (24):

Quod factum ubi cognovit sacerdos, copiam imperatori ingrediendi ecclesiam denegavit nec prius dignum iudicavit coetu ecclesiae vel sacramentorum communione quam publicam ageret paenitentiam. Cui imperator contra asserebat David adulterium simul et homicidium perpetrasse, sed responsum illico est: Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Quod ubi audivit clementissimus imperator, ita suscepit animo, ut publicam poenitentiam non abhorreret; cuius correctionis profectus secundam illi paravit victoriam[6].

[2] C. Theod. 9, 40, 13.

[3] I. Gothofredi Cod. Theod. 3, 305 sqq.

[4] Cf. Palanque 230 not. 176; Paredi Pol. 111 not. 38.

[5] Cf. Rauschen 322 et not. 3.

[6] Quibus e verbis Klein, Kaiserbriefe 367, Paulinum hanc quoque epistulam novisse et edidisse conclusit; sed Palanque 241 recte adnotavit: „Mais aucune précision n'est donnée sur les circonstances qui auraient environné ces propos: et ceux-ci apparaissent plutôt comme des formules schématiques où se condense l'attitude de chaque protagoniste"; cf. id. 235 cum not. 200.

Quadraginta fere annis post Theodoritus Paulinum secutus quomodo Theodosius poenitentiam egisset narratione ficta exornavit. Quam narrationem longe lateque divulgatam e Cassiodori translatione afferre non alienum puto[7]:

Huiusmodi cladem plenam valde gemitibus audiens Ambrosius, cum princeps Mediolani venisset et sollemniter in sacrum voluisset intrare templum, occurrit foris ad ianuas ingredientem his sermonibus a sacri liminis incessu prohibuit: ‚Nescis, imperator, perpetratae a te necis quanta sit magnitudo, neque post pausam tanti furoris mens tua molem praesumptionis agnoscit; sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperii. Decet tamen, ut vincat ratio potestatem. Scienda quippe natura est eiusque mortalitas atque resolutio et pulvis progenitorum, ex quo facti, ad quem redigendi sumus, et non flore purpureo confidentem infirmitates operti corporis ignorare. Coaequalium hominum princeps es, o imperator, et conservorum; unus enim est omnium dominus, rex omnium et creator. Quibus igitur oculis aspicies communis domini templum? Quibus calcabis pedibus sanctum illius pavimentum? Quomodo manus extendas, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? Qua praesumptione ore tuo poculum sanguinis pretiosi percipies, dum furore sermonum tantus iniuste sit sanguis effusus? Recede igitur, recede, ne secundo peccato priorem nequitiam augere contendas. Suscipe vinculum, quod omnium dominus nunc ligavit; est enim medicina maxima sanitatis.‘ His sermonibus imperator oboediens — erat enim divinis eruditionibus enutritus et aperte sciens, quae sunt propria sacerdotum, quae regum — gemens et deflens ad regalia remeavit. Cumque octo mensium continuorum transissent tempora, propinquavit nativitatis salvatoris nostri festivitas. Imperator autem lamentationibus

[7] Hist. eccl. 9, 30, 5sqq.

adsiduis in palatio residens continuas lacrimas incessabiliter expendebat. Ingressus autem Rufinus tunc magister et singularem apud principem fiduciam habens et videns principem in lamentatione prostratum accessit, ut lacrimarum causas inquireret. At ille amarissime ingemescens et vehementius lacrimas fundens: ‚Tu', inquit ‚Rufine, ludis et mea mala non sentis. Ego autem lamentor et gemo calamitatem meam, quia servis quidem et mendicantibus aperta sunt templa dei, et proprium dominum ingredientes licenter exorant, mihi vero ingressus ad eum non est; insuper etiam caeli sunt clausi.' Haec dicens verba singula singultibus interrumpebat. Rufinus: ‚Curro' inquit ‚si tibi placet, pontificique precibus persuadeo, ut solvatur vinculum, quod ligavit.' At imperator: ‚Non' inquit ‚suadebis Ambrosio. Novi ego decretum illius esse iustum, neque reverebitur imperialem potentiam, ut legem possit praevaricari divinam.'

Cumque Rufinus verbis plurimis uteretur et promitteret Ambrosium esse flectendum, imperator eum pergere cum festinatione praecepit; ipse vero spe data post paululum est secutus credens Rufini promissionibus. Porro vir mirandus Ambrosius, mox ut vidit Rufinum, ait: ‚Impudentiam canum imitatus es, o Rufine; tantae videlicet necis auctor existens pudorem ex fronte detergens nec erubescis nec metuis contra imaginem latrare divinam.' Cumque Rufinus supplicaret et imperatorem diceret esse venturum, superno zelo accensus Ambrosius: ‚Ego' inquit ‚Rufine, praedico, quoniam eum ingredi sacra limina prohibebo; si vero imperium in tyrannidem mutabit, necem libenter et ego suscipio.' Haec et alia plurima Rufinus audiens nuntiavit imperatori votum antistitis monens, ne de palatio forte procederet. At imperator haec in media iam platea cognoscens: ‚Pergo' inquit ‚et iustas in facie suscipio contumelias.' Cumque ad sacra limina pervenisset, in sanctam quidem basilicam non praesumpsit intrare; sed veniens ad antistitem et inveniens eum in salutatorio residentem supplicabat, ut eius vincula resolveret. At

ille tyrannicam dicebat eius esse praesentiam et contra deum vesanire Theodosium eiusque calcare leges. Verum imperator: ‚Non' inquit ‚insurgo adversus ecclesiasticas sanctiones nec inique ingredi limina sacra contendo; sed te solvere mea vincla deposco et communis domini pro me exorare clementiam nec mihi ianuam claudi, quam cunctis paenitentiam agentibus dominus noster aperuit.' Tunc antistes: ‚Quam' inquit ‚paenitentiam ostendisti post tantas iniquitates? Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasque curasti?' At imperator: ‚Tuum' inquit ‚opus est et docere et medicamina temperare, meum vero oblata suscipere.' Tunc sanctus Ambrosius: ‚Quoniam furori' inquit ‚tuum iudicium commisisti et non ratio protulit sententiam, sed potius iracundia, scribe legem, quae decreta furoris evacuet. Ac triginta diebus sententia necis atque proscriptionis in litteris tantummodo maneat et iudicium rationis expectet. Quibus transactis diebus, ira videlicet iam cessante, ratio causam iudicans apud semetipsam, quae cognoverit, sub veritate disponat. In his enim diebus agnoscitur, aut iusta sit, quam protuleris, aut iniusta sententia. Et siquidem ratio probaverit iniusta, quae sunt prolata, disrumpit; si vero iusta, firmabit. Dierum vero numerus ad haec examinanda sufficiet.' Hanc ammonitionem imperator animo libenti suscipiens et optimam esse confidens legem conscribi repente praecepit et propriae manus litteris confirmavit. Quo facto vinculum eius solvit Ambrosius.

Epistula ad Theodosium scripta et occultata primus Hincmarus archiepiscopus Remensis in opere *De divortio Lotharii et Tetbergae* a. fere 860 composito usus est, ut Rudolfus Schieffer monstravit[8], et dimidiam paene partem ad litteras attulit.

[8] Cf. Schieffer, Von Mailand nach Canossa 357 sqq.

2.2.2 De epistula 12 (= Maur. 1)

Gratianus imperator ad proelium profecturus ab episcopo fidei libellum petivit. Duobus prioribus de fide libellis acceptis et lectis hanc epistulam ad Ambrosium direxit[1]:

Ambrosio religioso sacerdoti omnipotentis dei Gratianus Augustus.

(1.) *Cupio valde, quem recordor absentem, ut, cum quo mente sum, cum eo etiam corpore sim praesenti. Festina igitur ad me, religiose dei sacerdos, ut doceas doctrinam veram credentem, non quo contentioni studeam aut velim magis deum verbis quam mente conplecti, sed ut magis aperto pectori revelatio divinitatis insidat.* (2.) *Docebit enim me ille, quem non nego, quem fateor deum ac dominum esse meum, non ei obiciens quam in me video creaturam, qui Christo nihil me addere posse confitear, velle tamen, ut etiam patri me commendarem filium praedicando. Non ego in deo verebor invidiam, non me talem laudatorem putabo, qui divinitatem verbis augeam. Ego infirmus et fragilis, quantum possum praedico, non quantum est ipsa divinitas.* (3.) *Rogo te, ut mihi des ipsum tractatum, quem dederas: augendo illic de sancto spiritu fidelem disputationem scripturis atque argumentis deum esse convince.*

Divinitas te servet per multos annos, parens et cultor dei aeterni, quem colimus, Iesu Christi.

Ad hanc epistulam, quam postea operi de spiritu sancto petito praefixit, Ambrosius epistula 12 respondit. Inquirendum est qua temporum conditione et hae epistulae et libri de fide et de spiritu sancto compositi sint. Otto Faller Gustavum Rauschen, Iohannem-Remigium Palanque aliosque secutus priores duos de fide libros aestate vel autumno anni 378 scriptos esse affirmavit, cum Gratianus

[1] CSEL 79, 3 sq.

post proelium Hadrianopolitanum quinque fere menses solus imperator fuisset et de fide 1, 1 *totius orbis Augustus* appellaretur[2]. Sed ut Gunther Gottlieb[3] monstravit, verba *totius orbis Augustus* nullo modo Gratianum solum imperatorem fuisse indicant, cum quotcumque imperatores fuerint singuli hoc modo appellari potuerint. Ideo Gottlieb Ambrosium, postquam a. 380 mense Aprili iterum imperatorem Mediolani convenisset et de promisso opere monitus esset, priores duos de fide libros composuisse affirmavit, ut imperatorem ad bellum Illyricum profecturum contra fidem Arrianam in Illyrico longe divulgatam confirmaret; epistula ab imperatore accepta epistulam 12 autumno Augustam Treverorum misisse, quo Gratianus bello finito revertisset, et paulo post libros de fide III—V et demum a. 381 in. tres libros de spiritu sancto composuisse. Quod ad Ambrosii verba *reddidisti enim mihi quietem ecclesiae* (l. 22 sq.) attineret, Gratianum a. 380 nonnullas res contra Arrianos quidem gessisse, ecclesiam vero, quam Iustina noverca instigante Arrianis tradidisset, qui post Gothorum invasionem autumno 378 ex Illyrico in Italiam fugissent, non a. 380 sed a. 381 in. reddidisse.

Epistulam 12 Rauschen, Campenhausen, Faller a. 379, Palanque, Paredi aliique vere a. 380 scriptam esse putant[4].

2.2.3 De epistula 13

2.2.31 Qua in epistula ad episcopos Aemiliae provinciae directa Ambrosius quibus rationibus ecclesia Alexandrina dies paschales definiret monstravit, ut diem ad pascha proximi anni (387) celebrandum non contra legem

[2] CSEL 78, 5* sqq.

[3] Ambrosius von Mailand und Kaiser Gratian 32 sqq.; 85 sq.

[4] Campenhausen 44 sq.; Rauschen 49; Faller CSEL 79, 8* sqq.; Palanque 501 sq.; Paredi 260 sq., 541. P. Nautin vero libros De fide I et II a. 378 ex. vel 379 in. compositos esse affirmavit, cf. Les premières relations 229 sqq.

divinam ab ea constitutum esse ostenderet; quem diem, VII Kal. Maias (= Apr. 25), suae supputationis terminum excedentem (XI Kal. Maias, = Apr. 21) ecclesia Romana accipere noluit.

Postquam Bruno Krusch[1] num haec epistula ab Ambrosio ipso scripta esset dubitavit, Eduardus Schwartz[2] eam non ante saeculum sextum compositam esse affirmavit, quod multae sententiae et definitiones e prologo Dionysii Exigui ad librum de paschate a. 525 compositum[3] et ex epistula Proterii Alexandrini antistitis a. 454 ad Leonem papam directa[4] sumptae essent. Itaque cum usque ad hodiernum diem epistulam 13 sexto saeculo compilatam esse non solum nemo refutavisset sed etiam multi approbavissent[5], in opusculo quod inscribitur „Zum Osterfestbrief des hl. Ambrosius und zur römischen Osterfestberechnung des 4. Jh."[6] hanc epistulam et ab Ambrosio scriptam et plurimum ad Romanam paschatis rationem definiendam valere monstravi.

2.2.32 Ambrosius enim cum hanc epistulam a. 386 exeunte ab episcopis *quoque Romanae ecclesiae* petitus (l. 82) componeret, sine ulla adnotatione Theophili Alexan-

---

[1] Der 84jährige Ostercyclus, Vorwort V not. 1: „Ich nehme hier den Brief des Ambrosius an die Bischöfe der Aemilia ... aus, welchen ich deshalb nicht benützt habe, weil ich Bedenken gegen seine Echtheit hege" (!!).

[2] Ostertafeln 54 sq.; p. 55 de hac epistula iudicavit: „Es (sc. das Schreiben) ist historisch wertlos, und dem schriftstellerischen Ruhm des Ambrosius kann es nur zu Gute kommen, wenn die frostigen und unklaren Allegorien, mit denen es überladen ist, als das Product eines Fälschers sich herausstellen" (!!).

[3] Ed. Krusch, Die Entstehung unserer heutigen Zeitrechnung ... 63 sqq.

[4] Ed. Krusch, 84jähr. Ostercyclus 269 sqq.

[5] Fischer Verzeichnis der Sigel 61: „Nicht echt oder wenigstens interpoliert"; item Frede 64. Altaner-Stuiber [7]384: „Ep. 23 ist unecht".

[6] Wien. Stud. 91 (1978) 187—204.

drini opere paschali ad diem Alexandrinae ecclesiae defendendum usus est, quo ex opere et Proterius secundus Theophili successor et Dionysius Exiguus Alexandrinas paschatis definitiones sumpserunt. Quare mirandum non est quod similes sententiae et apud Ambrosium et apud Proterium Exiguumque inveniuntur.

Theophilus in epistula dedicatoria ad Theodosium imperatorem directa scripsit: *Nam cum multi studiosi circa scripturas divinas nos hortarentur plurimas quaestiones de pascharum die revolvere ..., sumptis sanctis libris et divinae legis inquisitione credidi beatissimis temporibus vestris ex primo consulatu amatoris dei nominis tui ... usque ad centum annos beatissimae sanctae paschae computum enumerando describere*[7]. Quae centenaria supputatio annos 380—479 complexa non exstat, epistula autem dedicatoria in Latinum versa et prologus graece et latine nobis traditi sunt. Quo in prologo qui inscribitur Περὶ τοῦ κατὰ τὸν θεῖον νόμον γιγνομένου κατ' ἐνιαυτὸν ἁγίου καὶ σωτηριώδους πάσχα καὶ τῶν τούτου ζητημάτων σύντομος μετὰ ἀποδείξεως ἀπόλυσις[8] Theophilus quibus rationibus Alexandrina ecclesia dies paschales secundum legem divinam constitueret monstravit; divina enim voce praeceptum esse φυλάξαι τὸν μῆνα τῶν νέων 'καὶ ποιήσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου τῇ τεσσαρισκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνός'.[9] Quae quarta decima luna quae est plenilunium primi mensis XII Kal. Apr. (Mart. 21) incipientis si sabbato aut diebus ante sabbatum incideret, paschalem festivitatem subsequenti dominica celebrandam, quodsi in dominicam incideret, pascha propter ieiunium in septimanam alteram differendam esse indicavit[10]. Alexan-

[7] § 2, ed. Krusch, 84jähr. Ostercyclus 220sq.; cuius textum nonnullis locis correxi, nam Krusch praebet: *studiose* (!), *ortarentur*, *questiones*, *divine*, *consolatu*, *beatissime*, *sancte*, *compotum*.

[8] Chron. pasch., ed. Krusch 221.

[9] Chron. pasch. 222.

[10] Chron. pasch. 224.

drini cyclo lunari decemnovennali usi paschalem dominicam intra dies XI Kal. Apr. (Mart. 22) et VII Kal. Maias (Apr. 25) lunis XV—XXI constituerunt; quo ultimo die pascha anni 387 celebraturi erant et celebraverunt.

2.2.33 Romana vero ecclesia cyclum LXXXIV annorum secuta paschatis dominicam aliter definivit; nam pascha intra dies VIII Kal. Apr. (Mart. 25), quo die secundum Caesaris definitionem aequinoctium posuerunt[11], et XI Kal. Maias (Apr. 21) atque lunis XVI—XXII constituerunt, cum Christus secundum Iohannem evangelistam luna XIV passus luna XVI resurrexisset[12]. Romana supputatio ad pascha a. 387 definiendum tres dies non plane ad suas rationes convenientes praebuit: XII Kal. Apr. (Mart. 21) luna XVI ante terminum constitutum, V Kal. Apr. (Mart. 28) luna non recta XXIII, XIV Kal. Maias (Apr. 18) luna non recta XV; tamen Romani se pascha cum ecclesia Alexandrina VII Kal. Maias (Apr. 25) celebraturos negaverunt.

2.2.34 Itaque cum Alexandrini et Romani semel post a. 328 ut monstravi variis diebus pascha celebravissent[13] et Theophilus a multis studiosis circa divinas scripturas admonitus intra aestatem a. 385 et annum 386 exeuntem opus paschale composuisset, ipse per controversiam de paschate a. 387 ad opus componendum adductus est, ne Romani usque sex septimanas ante Alexandrinos pascha celebrarent. Ideo praetermittendum non puto quod Cyrillus Theophili successor scripsit: *Cum ... esset ... magna confusio in omni ecclesia praetorio vel palatio, Theodosius religiosissimus imperator, qui non solum in humanis verum etiam*

[11] Cf. Zelzer, Osterfestbrief 199 et 188.
[12] Cf. Cöln. Prol. 8, ed. Krusch 233; Schwartz, Ostertafeln 30 sqq.
[13] Cf. Osterfestbrief 198.

in divinis legibus placere deo semper studuit, sanctum Theophilum totius Alexandrinae urbis episcopum suis litteris conrogavit, ut de sacramento paschae evidentissima ratione dissereret sibique dirigere dignaretur[14]. Theodosium ipsum unitati studentem Theophilo[15] hanc controversiam solvendam mandasse elucet, cum Alexandrina civitas antiquitus in supputationis scientia clareret[16].

Item Ambrosium a Theodosio imperatore ad epistulam paschalem componendam petitum esse putaverim. Mediolanensis ecclesia a. 387 eodem die quo Alexandrina pascha celebravit, quo die Romana ecclesia nescimus[17].

2.2.35 Alexandrini ideo pascha a. 387 VII Kal. Maias (Apr. 25) celebraverunt, quod quarta decima luna die dominica XIV Kal. Maias (Apr. 18) incidit ideoque paschalis celebritas propter ieiunium in alteram dominicam differenda fuit[18]; quem diem ut probaret Ambrosius tria exempla e temporibus prioribus attulit. Primum solus praebet: *Sicut et septuagesimo sexto anno ex die imperii Diocletiani factum est* (= a. 360); *nam tunc vicesimo octavo die Farmutii mensis qui est nonum kalendas Maias* (Apr. 23) *dominicam paschae celebravimus sine ulla dubitatione maiorum* (l. 271 sqq.).

Alia duo Proterius secundus Theophili successor simili modo in epistula ad papam Leonem directa attulit:

---

[14] Prol. § 2, ed. Krusch, 84jähr. Ostercyclus 338 (praebet *aecclesia*, *preturio*, *studivit* al.).

[15] Ideo Theophilus se hoc opus composuisse dixit *quemadmodum quis cum diligentia quaerens tum in sequenti a die festo deviare non possit* (§ 2, p. 221).

[16] Cf. ep. Leonis papae ad Marcianum imp. § 1, ed. Krusch, 84jähr. Ostercyclus 258.

[17] Cf. Zelzer, Osterfestbrief 188 sq. not. 5.

[18] Cf. Theoph. chron. pasch. 224.

Ambrosius l. 146 sqq.

Octogesimo autem ⟨nono⟩ anno (=373) *et nonagesimo tertio* (=377) *ex die imperii Diocletiani ⟨... octogesimo nono anno ex die imperii Diocletiani⟩ cum quarta decima luna esset nonum kalendas Aprilis nos celebravimus pascha pridie kalendas Aprilis* (Mart. 31)*; Alexandrini quoque et Aegyptii ut ipsi scripserunt, cum incidisset quarta decima luna vicesimo et octavo die Famenoth mensis, celebraverunt pascha quinta die Farmutii mensis quae est pridie kalendas Aprilis ac sic convenere nobiscum. Rursus nonagesimo et tertio anno a die imperii Diocletiani cum incidisset quarta decima luna in quartum decimum diem Farmutii mensis quae est quintum Idus Aprilis quae erat dominica dies, celebrata est paschae dominica Farmutii vicesimo et primo die qui fuit secundum nos sextum decimum kalendas Maias* (Apr. 16).

Proterius

Sicut in octogesimo nono et nonagesimo tertio anno a Diocletiani probatur imperio. Sic enim et tunc beatissimi patres nostri fecisse declarantur. In octogesimo quidem nono anno ab imperio Diocletiani superstite beatae memoriae patre nostro et episcopo Athanasio cum XIIII. luna paschalis XXVIII. die mensis famenoth, id est VIIII. kalendarum aprilium, provenisset die dominico, in subsequentem translatum est ebdomadam, ita ut quinto die mensis parmuthi, hoc est pridie kalendarum aprilium, celebraretur pascha dominicum. In nonagesimo autem tertio anno ab imperio eiusdem Diocletiani cum XIIII. luna paschalis XIIII. die mensis parmuthi, qui est V. id̄ ap̄r, die dominico contigisset, in sequentem item septimanam dilatio facta est, ita ut dominicum pascha XXI. die mensis parmuthi, qui est XVI. k̄l maī, sollemniter ageretur[19].

[19] § 4, 272 sq. — Textum a B. Krusch constitutum nonnullis locis correxi, nam Krusch praebet: *octogensimo, nonagenssimo* (!), *tercio, Diocliciani, imperium* (!), *octogensimo, beate* (!), *caelebraretur, nonagensimo, Dioclyciani.*

Quae exempla Ambrosius et Proterius e litteris paschalibus Alexandrinis nobis non servatis sumpserunt. Nam Alexandrini episcopi inde ab episcopo Dionysio († 264/265) quotannis ad totius Aegypti sacerdotes litteras paschales direxerunt, quibus ut pascha digne celebraretur hortati sunt et quo die constitui deberet indicaverunt[20]; e quibus litteris tredecim Athanasii in Syram linguam[21] et tres Theophili ab Hieronymo in Latinam translatae[22] extant.

2.2.36 Ex exemplis ab Ambrosio allatis Romanam ecclesiam et a. 360 et a. 373 Alexandrinae ecclesiae dies paschales accepisse elucet. Ad pascha a. 360 constituendum supputatio Romana tres dies cum paschatis rationibus non plane convenientes praebuit: XIV Kal. Apr. (Mart. 19!) luna XVI ante terminum constitutum, VII Kal. Apr. (Mart. 26) luna non recta XXIII, XVI Kal. Maias (Apr. 16) luna non recta XV. Cuius anni pascha Schwartz et Lietzmann-Aland epistula Ambrosii neglecta falso XVI Kal. Maias constituerunt[23]. Pascha a. 373 Schwartz falso VIIII Kal. Apr. (Mart. 24) constituit, quamquam dies Alexandrinus pridie Kal. Apr. (Mart. 31) et ad Romanas rationes quadravit et per cyclum LXXXIV annorum codice Vat. Reg. 2077 traditum probatur[24].

Schwartz enim paschales a. 360 et 373 dies ex annalibus chronographi anni 354 qui dicitur prompsit, quem iam antea Krusch non paschales dies actos sed futuros cycli lege definitos praenuntiasse eique parum fidei adhibendum esse monstraverat[25]; quam sententiam Ambrosii epistula

[20] Cf. Euseb. hist. eccl. 7, 20; LThK 3, 401.

[21] Cf. PG 26, 1360 sqq. 1431 sqq.

[22] Hae sunt epp. Hier. 96, 98, 100 ex annis 401, 402, 404 (CSEL 55, 159; 185; 213).

[23] Schwartz 49, not. 1; 52. Lietzmann-Aland ad a. 387.

[24] Schwartz 52; cf. Zelzer, Osterfestbrief 196.

[25] Krusch 72 sqq.; cf. Osterfestbrief 196 sq.

probat. Quem chronographum secutus Schwartz item a. 357 et a. 350 dies paschales non recte constituit[26], quibus annis Romani revera cum Alexandrinis X Kal. Apr. (Mart. 23) neque III Kal. Apr. (Mart. 30) et VI Id. Apr. (Apr. 8) luna XV neque XVII Kal. Maias (Apr. 15) luna XXII dies paschales celebraverunt.

2.2.37 Quibus diebus paschalibus recte indicatis Romanos inde ab a. 350 dies paschales ab Alexandrinis constitutos accepisse elucet. Intra a. 328 et 349 Alexandrini ter dies a Romanis constitutos acceperunt: a. 333 pascha VIII Kal. Apr. (Mart. 25) neque X Kal. Maias (Apr. 22) celebraverunt; a. 346 et 349 Athanasius Alexandrinus episcopus ideo dies a Romanis constitutos in epistulis ex Italia missis probavit, quod ab occidentalibus in concilio Sardicensi defensus erat[27].

2.2.38 Itaque contra opinionem a Krusch et Schwartz prolatam ecclesiam Romanam saeculo quarto definitionibus suae supputationis nondum mutatis paulatim Alexandrinas rationes assumpsisse eamque prius lunam XV et posterius dies terminum suum (Apr. 21) transgressos probavisse monstravi. Quod numquam fecisset, nisi iam episcopi Nicaeae congregati Alexandrinum cyclum ad unum paschatis diem constituendum praetulissent, sicut Ambrosius scripsit[28]. Quod etiam Leo papa affirmavit, qui a. 453 ad Marcianum imperatorem scripsit: *Studuerunt quidem sancti patres occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino antistiti delegantes, quoniam apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita videbatur esse peritia, per quem quotannis dies praedictae sollemnitatis sedi apostolicae indicaretur*[29]. Et prologus sancti Cyrilli

[26] Schwartz 51 sq.; 48.

[27] Cf. Osterfestbrief 197 sq.; cf. PG 26, 1423.

[28] Cf. ep. 13, 6 sqq.; 181 sqq.

[29] Leon. ep. § 1 (cf. not. 16) 258.

Alexandrini episcopi de ratione paschae affirmavit dicens: *Cum his igitur atque huiusmodi dissensionibus per universum orbem paschalis regula turbaretur, sanctorum totius orbis sinodi consultatione decretum est, ut, quoniam apud Alexandriam talis esset reperta ecclesia quae in huius scientia clareret, quoto kalendarum vel iduum, quota luna pascha debeat celebrari, per singulos annos Romanae ecclesiae litteris intimaret*[30].

2.2.39 At Krusch, Schwartz, Schmidt[31] aliique episcopos Nicaeae congregatos Alexandrinum cyclum praetulisse ideo negaverunt, quod ecclesia Romana usque ad annum 525 cyclo suo[32] usa postea opere Dionysii Exigui[33] adducta Alexandrinas definitiones suscepit, quae usque hodiernum diem valent.

2.2.30 Dies paschalis a. 387 VII Kal. Maias constitutus tam magnam confusionem effecit, quamquam iam a. 360 VIIII Kal. Maias Romae pascha celebratum est, quod a. 360 dies passionis intra terminum constitutum (Apr. 21) erat, a. 387 ne ille quidem dies.

---

[30] Prol. (cf. not. 14) 338. Cyrillum ipsum Theophili successorem hoc opus composuisse non constat, cf. A. Strobel, Ursprung und Geschichte des frühchristl. Osterkalenders 253 sqq.; 262 sqq.

[31] Schmidt, Die Osterfestfrage auf dem ... Konzil von Nicäa 92 sqq.

[32] De hoc cyclo cf. Strobel 455: „Wir nehmen begründeterweise an, daß die 84jährige Periode ursprünglich im Osten bei Quartadecimanern im Gebrauch war. Von da kam sie sicherlich noch im 2. Jh. nach Rom, wo sie nachweislich Hippolyt zur Grundlage seiner 112jährigen Periode gemacht hat".

[33] Cf. not. 3.

2.2.4 De epistula 14 (= Maur. 63)

2.2.41 In principio ultimae ut videtur epistulae Ambrosii nobis notae, a. 396 vel 396/7 scriptae, qua concordia Eusebius primus episcopus Vercellensis nobis notus (345—371) electus sit laudat; qui *natione Sardus et ex lectore urbis Romae Vercellensis episcopus*, ut Hieronymus indicat[1], primus occidentalis episcopus monasticam vitam cum clericali coniunxit. Tunc Limenio mortuo, qui concilio Aquileiensi a. 381 habito interfuit (cf. III 1.2), propter intestinas dissensiones ecclesia Vercellensis iam diutius sine episcopo erat; itaque Ambrosius quanti sit pretii abstinentia et virginitas describit et qui hoc negent Epicuro ipso peiores esse monstrat. Multis virtutum praeceptis datis hunc longum tractatum finit.

2.2.42 Eusebius episcopus una cum Dionysio episcopo Mediolanensi ab imperatore Valente in exilium pulsus est, quod in synodo Mediolanensi a. 355 habita Athanasii damnationi subscribere recusaverunt[2]. Imperatore Iuliano Eusebius revertit, Dionysius autem, in cuius locum Auxentius[3] Arrianus, Ambrosii praecessor, successit, in exilio vitam finiit *propiore martyribus titulo*, ut Ambrosius dixit[4]. De eius corporis translatione altera pars epistulae Basilii episcopi ad Ambrosium post electionem missae agit[5], sed utrum haec pars a Basilio scripta an postea addita sit incertum est[6].

---

[1] Cf. Vir. ill. 96; LThK 3, 1200.

[2] Cf. A. Paredi, Il prefazio di S. Dionisio 341 sqq.; Athanas. hist. arian. 33—35 (PG 25, 732—734); Hilar. CSEL 65, 186 sq.; LThK 3, 407.

[3] Cf. LThK 1, 1138.

[4] Ep. extra coll. 14, 734 sq.

[5] Ep. 197 a. 374/5.

[6] Cf. Paredi 186 sq.; hanc partem postea additam esse affirmavit A. Cavallin, Die Legendenbildung um den Mailänder Bischof Dionysius, Eranos 43, 1945, 136—149.

2.2.43 Vercellis Ambrosio intercedente episcopus creatus est Honoratus, qui Eusebium in exilium comitatus erat et Ambrosio ante mortem domini corpus obtulit[7].

2.2.5 De epistula Sirici et epistula 15 (= Maur. 41 a et 42)

2.2.51 Siricius papa per presbyteros Crescentem Leopardum et Alexandrum ad *diversos episcopos* epistulam direxit *adversus Iovinianum haereticum eiusque socios ab ecclesiae unitate removendos*[1], qua et presbyterium Romae habitum Iovinianum eiusque socios in aeternum damnavisse nuntiavit; episcoporum Mediolani congregatorum nomine et auctoritate Ambrosius rescripto composito hanc sententiam laudavit et probavit.

Ioviniani errores et Hieronymus in libris adversus Iovinianum a. 392 ex. vel 393 in. confectis[2] et Augustinus in libro Retractationum altero et in opere De haeresibus accurate descripserunt.

Ad librum De bono coniugali Augustinus in retractationibus scripsit (2, 48):

Ioviniani haeresis sacrarum virginum meritum aequando pudicitiae coniugali tantum valuit in urbe Roma, ut nonnullas etiam sanctimoniales, de quarum impudicitia suspicio nulla praecesserat, deiecisse in nuptias diceretur hoc maxime argumento, cum eas urgeret dicens: Tu ergo melior quam Sarra, melior quam Susanna sive Anna?

Et in De haeresibus 82 de hoc haeretico dixit:

Hic omnia peccata sicut Stoici philosophi paria esse dicebat nec posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto nec aliquid prodesse ieiunia vel a cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem Mariae destruebat dicens eam

[7] Cf. Paul. vit. 47.

[1] Cf. ep. Sir. app. font. ad l. 2.

[2] Cf. Rauschen 383 sq.

pariendo fuisse corruptam. Virginitatem etiam sanctimonialium et continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus caelibem vitam coniugiorum castorum atque fidelium meritis adaequabat, ita ut quaedam virgines sacrae porrectae iam aetatis in urbe Roma, ubi haec docebat, eo audito nupsisse dicantur ... Cito tamen ista haeresis oppressa et extincta est.

Cum Ambrosius in libro De institutione virginis et sanctae Mariae virginitate perpetua ad Eusebium a. 392 scripto Iovinianum virginitatem Mariae pariendo corruptam affirmavisse nondum cognovisset, Rauschen primus ut videtur Sirici epistulam et Ambrosi rescriptum non ante annum 392 scripta esse demonstravit[3]. Praeterea cum Hieronymus in libris adversus Iovinianum a. 392 ex. vel 393 in. Pammachio amico auctore, qui ei Ioviniani commentariolos in Sirici epistula damnatos transmiserat, confectis hunc haereticum damnatum esse non memoravisset, has epistulas a. 393 in. compositas esse constat[4].

2.2.52 Rescripto ab Ambrosio composito novem episcopi ex Italia annonaria congregati subscripserunt: Eventius episcopus Ticiniensis (Pavia), Maximus Emonensis (Ljubljana), Felix Comensis (Como), Bassianus Laudensis (Lodi), Theodolus Octodurensis (Martigny), Geminianus Mutinensis (Modena), Eustasius Dertonensis (Tortona), Constantius Claternensis (Quaderna/Imola), Sabinus Placentinus (Piacenza); e quibus quinque concilio Aquileiensi a. 381 habito interfuerunt: Eventius, Maximus, Bassianus, Theodolus, Sabinus[5]. Cum Ambrosius epistulam 71 de causa Bonosi a. 393 synodi alicuius Mediolani congregatae nomine et auctoritate scripserit, haec synodus eadem esse videtur quae illa, qua Iovinianus damnatus est.

[3] Cf. Rauschen 378 sqq.

[4] Cf. Palanque 545; Paredi 492 sq. Maurini vero has epistulas a. 389 ex. vel 390 in. scriptas indicaverunt.

[5] Cf. III 1.21.

2.3 Quomodo posterius epistularum extra collectionem corpus traditum sit

2.3.1 De codicibus

B Antiquissimus est codex Bambergensis Patr. 7, s. X ex. variis manibus scriptus, olim montis S. Michaelis; qui primo loco epistulam 74 e libro decimo sumptam, tum epistulas extra coll. 11, 12, 13 (quae *alia tertia quarta* numerantur), 14 et 16 e libro quarto haustas, nonnulla opera Ambrosiana et post duas paginas vacuas Sirici papae epistulam et responsionem ecclesiae Mediolanensis ab Ambrosio scriptam (= ep. extra coll. 15) continet. Post epistulam 13 (f. 12^{r}) scriba ipse adiecit: CK̄E AMBPOCH ΠPω PXMΛDωHN ΘEPKED i. e. *sancte Ambrosi pro Ram(uo)ldo intercede*[1].

Ceteri codices epistulas 11—15 alio ordine tradunt. Codex
A Mediolanensis Ambrosianus J 71 sup., s. XI Mediolani probabiliter in scriptorio capituli metropolitani S. Teclae scriptus, decem epistularum libros ex eodem fonte Mediolanensi quo codex K hausit, post epistulam 76 duobus paene paginis vacuis epistulas extra coll. 14, 11, 13, 15 cum epistula Sirici, 12, et post unum folium vacuum obitus Gratiani, Valentiniani, Theodosii a manu paulo posteriori additos continet; f. 1^{v} in epistularum indice inter epistulam 76 et epistulas extra collectionem obitus Theodosii, Gratiani, Valentiniani (sic) allati sunt[2].

V Quo e codice sine dubio codex Vaticanus 6023 s. XII descriptus est (cf. I 3.2.13; 3.2.213).

---

[1] Cf. F. Leitschuh—H. Fischer, Katalog der Handschriften der königlichen Bibliothek zu Bamberg 1, 1, 1903, 347 sq.

[2] Cf. I 3.1.1; 3.2.1; Ferrari 44 sqq., sed corrigendum est quod p. 45 sq. de hoc codice scripsit.

Y Codex Havniensis (Kopenhagen) bibl. reg. fol. 22, s. XV, post epistulas 1—76 et obitum Theodosii nonnulla opera pseudo-ambrosiana, epistulas extra coll. 14, 11, 13, 15 cum epistula Sirici, 12, pseudo-ambr. *Ad Demetriadem*, 77 et obitum Valentiniani tradit.

H Codex monasterii S. Crucis (Heiligenkreuz) 254, s. XII, ante decem epistularum libros epistulas extra coll. 14 et 13, post epistulam 76 epistulam extra coll. 12, obitus Theodosii et Valentiniani, epistulam extra coll. 15, obitum Gratiani tradit. Quem codicem e Martini Corbo codice pendere monstravi (cf. I 3.2.3).

S Easdem epistulas et tractatus praeter obitum Gratiani codex Mediolanensis Ambrosianus F 114 sup. tradit, s. XV e Martini Corbo codice transcriptus[3]. Similiter ac codex H ante epistulam 1 epistulas extra coll. 14 et 13, post epistulam 76 et obitus Theodosii et Valentiniani[4] epistulas extra coll. 15 et 12 et nonnullas litteras Martino missas continet. Epistula extra coll. 11 in epistularum indice allata deest, cf. f. 20^{v} *LXXVIII de traditione basilice* (= ep. 76), *LXXIX ad theodosium imperatorem*, *LXX de obitu theodosii* ... Quare Martinum eam inter epistulam 76 et obitum Theodosii ponere in animo habuisse sed omisisse concludimus.

Hinc. Praeterea Hincmarus archiepiscopus Remensis in opere De divortio Lotharii et Tetbergae reginae a. fere 860 scripto duabus illis epistulis in codice B primo loco positis, id est ep. 74 et ep. extra coll. 11, usus dimidiam paene epistulae 11 partem ad verba attulit[5].

---

[3] Cf. Ferrari 47 sq. et I 3.2.3.

[4] Obitus Gratiani deest, quod in alio volumine continetur in opere qui inscribitur Explanatio psalmorum XII; est enim explanatio psalmi LXI. Cf. Billanovich 20.

[5] Cf. PL 125, 764—766; R. Schieffer, Von Mailand nach Canossa 357 sq.

2.3.2 Quomodo singuli codices inter se coniuncti sint

Quae ratio inter singulos codices intercedat quaerenti artissime inter se coniuncti et corruptelis lacunisque vitiati esse apparent. In codice A bifolio medio inter folia 183 et 184 avulso voces *ut postea* (l. 782) usque ad *spiritu* (l. 931) epistulae extra coll. 14 desunt; quae lacuna cum etiam in codicibus HVY media in linea inveniatur, harum epistularum textum et hos codices et Martini Corbo volumen, e quo codices H et S pendent, e codice A hausisse indicat; in codice S vero lacuna expleta est[6].

Quaerendum est quemadmodum codices A et B et liber quo Hincmarus usus est inter se cohaereant. Quamquam Hincmarus eundem fere textum atque codex B tradit, tamen Rudolfo Schieffer qui codicem B sicut alios codices Bambergenses orgine Remensi esse affirmavit assentiendum non est[7], cum scriba ipse adiecerit: *Sancte Ambrosi pro Ramuoldo intercede*. Qui senex ab Wolfgango Ratisbonensi episcopo e monasterio S. Maximini Treverensi ad monasterium S. Emmerammi regendum vocatus ibi ab anno 975 usque ad annum 1000 abbas fuit multosque libros collegit[8]. Cum nonnulli codices S. Emmerammi postea in monasterio Montis S. Michaelis fuerint, etiam codicem B e monasterio Ratisbonensi venisse verisimile est. Qui codex ultimo loco Sirici papae epistulam et Ambrosi rescriptum continet, quae epistulae (= ep. Sir. et ep. extra coll. 15) e canonum libro collectioni Hadrianae auctae simillimo sumptae sunt. Hanc canonum collectionem saeculo nono compositam tres codices in Italia scripti tradunt: codex Vallicellianus A 5, s. IX med. Romae ut videtur scriptus, codex Monacensis bibl. Nat. Latinus 14008, s. IX ex. Romae scriptus, codex Vercellensis 76, s. X ex. vel XI in.


[6] Cf. I 3.2.34; II 2.3.341.

[7] R. Schieffer, Deutsches Archiv 33, 1977, 251 sq.

[8] Cf. J. Staber, LThK 8, 988; Becker, Catalogi 127 sqq.

scriptus. Cum codicis Vercellensis textus textui codicis B simillimus sit, exemplar e quo codex B descriptus est ex Italia septemtrionali venisse constat. Accedit quod codex B epistulam 74 primo loco positam ex eodem exemplari quo codices K et A Mediolanenses sumptam tradit[9]. Qua de causa in civitate Mediolanensi ipsa codicem quendam nunc deperditum extitisse putaverim, cui nonnullas epistulas ab Ambrosio non editas continenti saeculo nono ex. vel decimo in. Sirici papae epistula et Ambrosi rescriptum addita sunt. Quo e codice deperdito et liber quo Hincmarus usus est et codex B pendent, et codex A hoc epistularum corpus ordine mutato ad decem epistularum libros additum hausit.

Quare codicum cognatio hoc stemmate illustrari potest:



2.3.3 De codicibus singulas huius corporis epistulas complexis

Cum codices AB (+HSVY) liberque Hincmari ex eadem stirpe derivati sint, quaerendum est num singulae huius collectionis epistulae alio quoque modo sint traditae.

2.3.31 Epistula 11 codice Monacensi bibl. Nat. Lat. 4015, s. XVI, traditur; qui codex quamquam nonnullis locis a codicibus AB aberrat, tamen ad textum constituen-

[9] Cf. I 3.2.12 (= B_1).

dum nihil valet cum ex editione Amerbachiana descriptus sit[10]. Hincmarus episcopus dimidiam fere huius epistulae partem affert nonnullis locis corruptam[11]. Deest codicibus H et S, cum Martinus Corbo eam inter epistulam 76 et obitum Theodosii ponere in animo habuerit omiseritque[12]; ideoque deest codicibus Laurentianis (cf. 2.3.32). Maurini ad hanc epistulam constituendam „auxilio mss." destituti sunt[13].

2.3.32 Epistula 12 et codice Monacensi 4015 ex editione Amerbachiana descripto et quattuor codicibus s. XV scriptis traditur id est codicibus Laurentianis 14, 8; 14, 10; Faesul. 24, Monacensi bibl. Nat. Lat. 18166, qui e Martini Corbo textu pendent; codex Monacensis 18166 e codice H ipso descriptus videtur[14].

2.3.33 Epistula 13 et codicibus Laurentianis a Martini Corbo codice derivatis[15] et dimidia fere parte in codice E traditur s. XI/XII in monasterio S. Ambrosii e codice A addita[16].

---

[10] Cf. 2.3.4; I 3.3.1.

[11] Cf. l. 27 *erranti is*] *erratus*; l. 87 *haec*] *et*; l. 133 *deus noster*] *de his nos;* 142 *nonne*] *omnino*; interdum textus mutatus est, e. g. l. 61 *in hoc*] *in parabola*; l. 65 *regale*] *et*; l. 107 *ego vobiscum sum*] *ego sum qui deleo iniquitates tuas*; l. 129 *qua*] add. *ad te sicut petieras*. Quae Hincmarus ex ep. 74 affert, non hoc modo mutata vel corrupta sunt, cf. I 3.2.229.

[12] Cf. 2.3.1 (ad cod. S).

[13] Cf. PL 16, 1210 not. 7.

[14] Cf. l. 23 *quietem*] *pacem* HMon.; l. 36 *ego humilitatem tantummodo*] *ergo amplius humilitatem* HMon.; l. 67 *sempiterna* om. HMon.

[15] Maurini ad hanc epistulam edendam praeter alios libros textu codici Laur. 14, 8 simillimo usi sunt, cf. l. 257 *Israhel*] *uestri* Laur. m, et ad l. 291 sq. *filii et spiritus maiestatem individuam concinentes* adnotaverunt: „Mss. unus ‚et filii maiestatem et spiritus sancti individuam concinnentem'"; sic in codice Laur. 14, 8 legitur.

[16] Cf. 2.3.341 et I 3.1.1; 3.2.211.

2.3.34 Epistula 14 duplici via traditur, et in hoc epistularum extra coll. corpore (= β) et aliquibus operibus Ambrosianis adiuncta quae de vita beata caelesti agunt (= α).

2.3.341 E codice A correcto et bifolio medio inter ff. 183 et 184 privato non solum codices HSVY pendere, sed etiam epistularum collectioni codice E traditae s. XI/XII hanc epistulam praefixam esse haec exempla monstrant:

ep. 14, 705 *cum raperentur de ecclesia*] add. *maiore* Asl. EHSVY

ep, 14, 781 *adolevit*] add. *et dominum baptizauit* Asl.EHSY (alio modo V haec verba inseruit)

ep. 14, 782 *ut* — 931 *spiritu* om. AEHVY

Z Item codex Vaticanus 264, s. XI/XII, hanc epistulam ante decem epistularum libros praebet nonnullis locis mutatam vel e codice A integro vel ex eodem fonte atque codex A haustam; quo e codice in codicis S subarchetypo lacuna ll. 782—931 expleta esse videtur[17]. Libri HS **d** e Martini Corbo codice pendentes textum nonnullis locis mutatum praebent, e. g.

ep. 14, 229 *quod eos*] *quos eos* AB, *eos quos* HS **d**

ep. 14, 326 *gratia*] *gloria* HS **d**

ep. 14, 477 *filius*] add. *dei* HS **d**

ep. 14, 530 *omnes sancti*] *sanctorum est* HS **d**

ep. 14, 707 *militaris*] *-ium* HS **d**

2.3.342 Antiquissimi alterius familiae (= α) codices
R sunt codex Audomaropolitanus (S. Omer) 72, s. IX[1] in
M Gallia septemtrionali scriptus, codex Parisinus bibl. Nat.

[17] Cf. ep. 14, 818 *noster profectus*] *non erit perfectus* (*pro-* S) SZ; l. 862 *dictum est tibi* tr. SZ; l. 864 *dixit* om. SZ; l. 894 *ecclesia*] add. *qui pauperi non sibi diues est in ecclesia* SZ.

Lat. 1913, s. IX med. in monasterio S. Germani Antissio-
N dorensi (Auxerre) ut videtur scriptus, codex Oxoniensis Bodl. 516, s. IX^2 in Italia septemtrionali scriptus[18].

Cum codex N nullum aliud Ambrosianum opus tradat, codices MR hanc epistulam ultimo loco his operibus Ambrosianis adiunctam praebent: De Isaac vel anima, De bono mortis, De fuga saeculi, De Iacob, De paradiso, De obitu Valentiniani. Quam operum collectionem a monacho quodam „spiritualis confirmationis et consolationis gratia" ut Otto Faller scripsit[19] compositam in Gallia longe lateque divulgatam fuisse novem codices s. XI vel XII eandem collectionem tradentes monstrant: codices Avranticensis (Avranches) 61, s. XII, Divionensis (Dijon) 125, s. XI, Oxoniensis Bodl. 94, s. XII, Parisini bibl. Nat. Lat. 1719, s. XI; 1729, s. XII; 1730, s. XII/XIII; 2639, s. XI/XII; armam. 342, s. XII, Trecensis (Troyes) 39, s. XII.

Qua ex altera familia (α) haec epistula in sex codices decem librorum collectionem complexos assumpta est: in codices Parisinum P, olim S. Martini Tornacensis (Tournai), s. XII, Bononiensem (Boulogne-sur-mer) 36, s. XII, et Cantabrigiensem C, s. XV, quos artissime inter se coniunctos esse iam monstravi[20], et in codices Oxoniensem O, Parisinum Q et Gratianopolitanum 254, ss. XI/XII vel XII; quibus codex Laurentianus L_1 accedit, s. XII, epistulas 72—76 complexus[21].

Cum codices P et Bononiensis ex eadem fere regione atque codex R provenerint[22], codicum PBon. C subarchetypum hanc epistulam vel e codice R ipso vel e libro a codice

[18] B. Bischoff per litteras.

[19] Faller, CSEL 73, 108*.

[20] Cf. I 3.2.228.

[21] De his codicibus cf. I 3.2.215; 3.2.23; 3.2.43.

[22] In Gallia septemtrionali scripti sunt: codex R olim in monasterio S. Bertini Audomaropolitano (S. Omer) et codex P olim in monasterio S. Martini Tornacensi (Tournai) fuerunt.

R derivato hausisse mirandum non est. Quem subarchetypum qui composuit multis locis textum traditum corrigere studuit, cum lectiones varias a se excogitatas ut videtur et verborum explicationes vel in textu posuit vel supra lineam addidit itaque multis locis ab exemplari a quo pendet aberravit, e. g.

ep. 14, 23 *confessore*] add. *eusebio* Psl., *confessore eusebio* C

ep. 14, 107 *nominatur*] add. *inter uos* PC

ep. 14, 186 *dissolvi munus*] *dissoluimus* R, *dissolutione* PC

ep. 14, 269 *refrigeratur; cibo enim flamma alitur ac deficit*] *cibo — alitur* om. R et add. sl. post *deficit*, *refrigeratur ac deficit cibo enim flamma alitur* PC

ep. 14, 338 *Moysi*] add. *sorore* PC

ep. 14, 584 *longaevae*] *longae suae* Rpc.PC

ep. 14, 603 *dolori*] *dolore* R, add. *uel enti* Rsl., *dolenti* PC

ep. 14, 792 *iuramenti*] add. *uel satietatis* Psl., *satietatis* C

ep. 14, 818 *mentes ille nostras sensusque*] *mentes* om. R, *ille nostro sensu* (*sensu nostro* C) PC

ep. 14, 1103 *excidii*] add. *uel incendii* Psl., *incendii* C

Quibus e locis codicem C in apparatum criticum adhibendum non esse apparet.

Artissime inter se coniuncti sunt codices OGrat.QL_1, qui textum aliquo modo mutatum praebent, e. g.

ep. 14, 21 *creditum*] *creditur* OGrat.QL_1

ep. 14, 78 *nulli usui esse ducant*] *nullius iuris esse ducant* OGrat.QL_1

ep. 14, 320 *vetare*] *auertere* OGrat.QL_1 (Vulg.)


ep. 14, 495 *sine generationis enumeratione* β, *generatione* (*genealogia* [Vulg.] OGrat.QL_1) *sine numeratione* α

ep. 14, 530 *omnes — dominus*] *et cetera* OGrat.QL_1
ep. 14, 661 *sacerdotis*] *pastoris* OGrat. QL_1

et nonnullis locis secundum alteram familiam Mediolanensem correcti sunt, e. g.

ep. 14, 474 *typus* βOGrat.QL_1, *et plus* MNPR
ep. 14, 451 *refersit* (*in-* L_1) βOGrat.QL_1, *refert* MNPR

Itaque codicum cognatio hoc stemmate illustrari potest:



2.3.343 Utramque familiam corruptelis lacunisque vitiatam esse haec exempla monstrant:

ep. 14, 61 *venisse — vaniloquos* om. β
ep. 14, 78 *nulli usui esse ducant*] *nullius esse dicant utilitatis* β, *nullius iuris esse ducant* OGrat.QL_1
ep. 14, 136 *Stoicos*] *historicos* β
ep. 14, 139 *Adae atque*] *Adae* om. α, *atque* in *eque* corr. PC, om. OGrat.QL_1
ep. 14, 270 *aliaque*] *aqu(a)e* Mac.R, *atque* Mpc. NOGrat.QL_1, *ceteraque* PC
ep. 14, 273 *alitur — cibo* om. α

ep. 14, 299 *vicit Esther*] *uicta est et* β
ep. 14, 320 *si dederis*] *desideriis* β
ep. 14, 617 *David* om. α, add. *propheta* PC
ep. 14, 803 *cognitionis*] *cogitationis* α

Nonnullos errores iam archetypus praebuit, e. g.

ep. 14, 24 *tanto* om. αβ, add. Rsl.PC
ep. 14, 654 *concilii Niceni tractatu* Spc., *concilio niceni tractatus* (*-u* ABSac.) cett.
ep. 14, 765 *fides prompta durus sui censor est*] *dura* αβ, *durus* corr. OGrat.Q
ep. 14, 977 *coram*] *sine* αβ, corr. OGrat.PQL$_1$
ep. 14, 1134 *officia*] add. *testabatur* (cf. l. 1133) αβ (om. PCHS)

2.3.35 Epistulae Sirici et 15 (= Sirici papae epistula *per diversos episcopos* missa et rescriptum synodi Mediolanensis ab Ambrosio compositum) in codice B ultimo loco post varia opera Ambrosiana additae etiam in septem canonum decretorumque collectionibus continentur. Quibus codicibus inspectis has epistulas non cum aliis epistulis in codicibus AB servatis (ep. 11—14) traditas sed saeculo nono exeunte vel decimo ineunte e quodam canonum libro collectioni Hadrianae auctae simillimo adiectas esse et e lacuna et e multis erroribus communibus intellexi.

2.3.351 Collectionem Hadrianam auctam (= π)
G tres codices ex Italia orti tradunt: codex Romanus Vallicellianus A. 5, s. IX med. Romae ut videtur scriptus[23],
M codex Monacensis bibl. Nat. Lat. 14008, s. IX ex. Romae
V scriptus[24], codex Vercellensis 76, s. X ex. vel XI in.[25],

[23] Cf. M. Oberleitner, Die hsl. Überlieferung der Werke des hl. Augustinus, Bd. 1/2 Italien, Verzeichnis nach Bibliotheken, 227.
[24] Cf. Bischoff, Mittelalt. Stud. I, 90.
[25] Cf. A. Reifferscheid, Bibliotheca patrum Lat. Italica II, 164.

cuius epistularum textus codicum AB textui simillimus traditur.

Collectio Hadriana, quam Hadrianus papa a. 774 Carolo Magno tradiderat, saeculo nono nonnullis litteris aucta est, in quibus Sirici papae epistula et rescriptum fuerunt[26]; quae epistulae e decretalium libro collectioni Vaticanae quae dicitur simillimo sumptae sunt.

2.3.352 Collectionem Vaticanam (= λ) saeculo sexto in Italia compositam ut videtur[27] item tres codices ex
R Italia orti tradunt: codex Vaticanus Latinus 1342,
Z s. VIII[28], codex Vaticanus Barberinus 679, s. VIII/IX in Italia septemtrionali scriptus[29], codex Florentinus Lau-
L rent. Aed. 82, s. IX in Italia septemtrionali scriptus[30]. Quorum antiquissimus codex R textum et litterarum et vocalium confusione valde depravatum praebens libro e quo hae epistulae in collectionem Hadrianam auctam venerunt simillimus est; textum multo meliorem codex Z tradit.

2.3.353 Paulo ante ut videtur alius canonum decretaliumque liber in Italia compositus est, quem codex unicus
F Frisingensis tradit; qui codex s. VIII ex. prope lacum Brigantinum scriptus hodie in bibliotheca Nationali Monacensi asservatur (= Clm 6243)[31]. Qua e collectione saeculo quinto ex. vel sexto in. composita[32] hae epistulae in collectionem Diessiensem assumptae sunt, quae codice unico
D Diessiensi saeculo VIII ex. Iuvavi scripto et hodie in

[26] Cf. Maaßen 454 sqq.
[27] Cf. Maaßen 512 sqq.
[28] Cf. CLA 1, 9.
[29] Cf. CLA 1, 65.
[30] Cf. Oberleitner (not. 23) 85.
[31] Cf. Bischoff, Schreibschulen 1, 86 et CLA 9, 1255.
[32] Cf. Maaßen 476 sqq.

bibliotheca Nationali Monacensi (= Clm 5508) asservato[33] continetur.

Quae collectio Frisingensis (=φ) quamquam multo meliorem textum quam collectio Vaticana praebet, paucis tamen erroribus cum ea coniuncta est.

Praeterea duae canonum decretaliumque collectiones non in Italia compositae has epistulas continent: Collectio Quesnelliana quae dicitur e Gallia orta, quae has epistulas optime tradit, et collectio Hispana vel pseudo-Isidoriana, quae Sirici epistulam neque rescriptum continet.

2.3.354 Collectio Quesnelliana (=γ)[34], quam in Gallia longe lateque divulgatam collectiones Hadriana et Hispana removerunt, septem codicibus saeculo VIII ex. vel IX scriptis traditur, e quibus tres antiquissimi adhibiti
N sunt: codex Einsidlensis 191, s. VIII/IX e Gallia septemtrionali ex eodem scriptorio nondum noto ortus quo codex Atrebatensis (Arras) 644 s. VIII/IX, ei simillimus, qui codex ad bibliothecam Caroli Magni pertinuisse vide-
Q tur[35]; codex Vindobonensis bibl. Nat. Lat. 2141,
W s. VIII/IX apud Laureshamum scriptus, codex Vindobonensis bibl. Nat. Lat. 2147, item s. VIII/IX apud Laureshamum scriptus[36]. Quibus codices Parisini bibl. Nat. Lat. 3842 A et 3848 B saeculo nono scripti neque a me adhibiti accedunt[37].

2.3.355 Qua e collectione utraque epistula in collectionem Colbertinam codice Parisino bibl. Nat. Lat. 1455, s. IX, traditam venit[38], Sirici epistula in canonum decreta-

[33] Cf. Bischoff, Schreibschulen 1, 53 et CLA 9, 1247.

[34] Cf. Maaßen 486 sqq.

[35] Cf. CLA 7, 874; Bischoff, Die Hofbibliothek Karls des Großen, Karl d. Gr. II, Düsseldorf 1965, 55.

[36] Cf. CLA 10, 1505 et 1506; Bischoff, Lorsch 26 et 120 sq.

[37] Cf. Maaßen 486 sqq.

[38] Cf. Maaßen 536 sqq.

K liumque librum, quem codex Coloniensis 213 collectionem codicis Sanblasiani complexus et saeculo VIII in. in Northumbria scriptus tradit[39]; qui quamquam omnium codicum adhibitorum antiquissimus est, tamen textum multo peiorem quam codices NQW tradit.

2.3.356 Collectio Hispana vel pseudo-Isidoriana (= δ)[40] nonnullis codicibus traditur, e quibus duo anti-
E quissimi adhibiti sunt: codex Vindobonensis 411, s. VIII/IX in Gallia orientali scriptus et codici Argentoratensi (Straßburg) anno 1870 igni consumpto[41] similis, quem *Rachio episcopus Argentoratinsis* s. VIII ex. (a. 788) scri-
P bendum curavit, et codex Vaticanus Palatinus 575[42], olim S. Martini Maguntini (Mainz), s. X in regione ad Rhenum spectanti scriptus. Qua in collectione partim textus genuinus servatur, partim textus valde aberrat.

2.3.357 Tribus igitur rivulis hae epistulae traduntur: collectione Quesnelliana, collectione Hispana, collectionibus in Italia compositis, quarum antiquissima et optima collectio Frisingensis est. Quomodo harum epistularum textus a collectione Frisingensi usque ad collectionem Hadrianam auctam paulatim depravatus sit depravatusque paucis coniecturis additis in codicum AB archetypum venerit, nonnullis exemplis demonstrari licet.

γ = collectio Quesnelliana (NQW; K)
φ = collectio Frisingensis (F; D)
δ = collectio Hispana (EP; ep. Sir.)
λ = collectio Vaticana (RLZ)
π = collectio Hadriana aucta (GMV)
β = codicum AB archetypus

---

[39] Cf. CLA 8, 1163; Maaßen 504 sqq.
[40] Cf. Maaßen 667 sqq.
[41] Cf. CLA 10, 1477.
[42] Bischoff per litteras.

γφδ—λπβ

Sir. 23	*dilectissimi*] *dixerunt* K, om. λπβ
Sir. 28	*vestitu*] *uestimentis* λπβ
Sir. 37	*probavimus*] *rogauimus* λπβ
ep. 15, 18	*Christo una*] *christiana* λπβ
ep. 15, 76	*muri*] *mari* φ, *montis* λπβ
ep. 15, 78	*profluum*] *profluit* λπβ
ep. 15, 148 sq.	*eo omnes ordine*] *et omnes ordines* λπβ

γδ—φ—λπβ

Sir. 33	*a veritate catholica avertendo*] *a* (om. Zπ) *ueritate catholica uertendo* φKλπ, *ueritatem catholicam uertendo* β
Sir. 58	*muneramus*] *numeramus* K, *muneramur* Z, *ueneramus* φEπ, *ueneramur* LRβ
ep. 15, 6	*dignus quem*] *dignūs quem* F, *dignum quem* DM, *dignumque* λGVβ
ep. 15, 40	*editis*] *seditis* φ, *sed et his* λπβ

γφδ—λ—πβ

Sir. 30	*Christianos se*] *christianos sese* (*esse* Z) λ, *christi nosse* πβ
Sir. 57	*virgines quas nuptiae creant*] *uirginum quae nuptias* λ, *uirginum nuptias* πβ
ep. 15, 109	*in corruptelam*] *corruptela* γφ, *corruptibilia* λ (πβ desunt)

γφδZL—Rπβ

Sir. 6	*incursatione*] *incursione* Rπβ
Sir. 14	*audacia*] *audientia* Rπβ
Sir. 25	*cuiuspiam sacerdotis*] *quispiam sacerdotis* Rπβ
Sir. 46	*illecebroso*] *-a* Rπ, *-am* β

Sir. 48 *intra se*] *intrare* Rπβ
ep. 15, 18 sq. *ac non*] *hanc non* Rπ, *hinc enim* β

γφδZ—LRπβ

ep. 15, 2 *Sabinus*] om. LRπβ
ep. 15, 42 *carnem*] add. *suam* LRπβ
ep. 15, 49 *non*] om. LRπβ
ep. 15, 84 *regis*] *geris* L, *generis* Rπβ

γφδλ—πβ

Sir. 21 *cum labore*] *per laborem* πβ
Sir. 30 *Christianos se*] *christi nosse* πβ
ep. 15, 13 *perhorruerit*] *-uit* πβ
ep. 15, 20 *simulant*] *simul* πβ
ep. 15, 25 *multoque praestantius*] *multique praestantes* πβ (corr. HS)
ep. 15, 37 *in se*] *ipse* πβ
ep. 15, 38 *amentia*] *dementia* πβ
ep. 15, 92 *dispicitur* — 115 *vulneri* om. πβ

γφδλ—π—β / γφδλπ—β / γφδ—λπ—β

ep. 15, 18 *ac non*] *hanc* Rπ, *hinc enim* β
ep. 15, 35 *sibi* om. β
ep. 15, 39 sq. *qui afferunt*] *quid afferunt* (*adfuerunt* M) λGM, *qui adfuerunt* V, *quidam fuerunt* (*ferunt* HS) β
ep. 15, 56 *erit*] *fiet* β
ep. 15, 123 *damnarentur*] *donarentur* π, *dominarentur* β

γφδλGH—Vβ


Sir. 45 sq. *spiritu diabolico interpretantes* om. Vβ
Sir. 63 *totius etiam* tr. Vβ

Sir. 71 *ferventi*] *-es* Vβ
ep. 15, 20 *condonare* correxi, *non donare* γφλGM, *non dam(p)nare* Vβ
ep. 15, 118 *hoc genus* om. Vβ

γφλπβ—δ/γφ—λπβ—δ

Sir. 21 *per spatiosa volitare* (*uolare* λπβ̄] *per spatiosam uiam ambulare* δWpc.Lpc.
Sir. 37 *ab apostolis*] *ab apostolicis temporibus* δWpc.Lpc.
Sir. 63 *scitote*] *sanctitatem* λπ, *sciscitatam* β, *factam* δWpc.Lpc.

Itaque collectionum codicumque cognatio hoc stemmate illustrari potest:



2.3.4 De editionibus

Editores primi Georgius CRIBELLUS et Stephanus DULCINIUS (= **d**) Martini Corbo editione usi una cum decem epistularum libris etiam has epistulas ediderunt; Cribelli editionem Iohannes AMERBACHIUS adhibuit, cum anno 1492 primus omnia opera Ambrosiana edidit (= **a**)[1]. Felix Cardinalis DE MONTE ALTO, inde ab a. 1585 Sixtus papa V, novis codicibus investigatis in quinto editionis suae volumine, quod a. 1585 apparuit, eas epistulas edidit

[1] Cf. I 3.3.1.

et textum partim optimum vel e codicibus haustum vel a se ipso correctum, partim coniecturis et interpolationibus valde depravatum constituit (= **r**)[2].

Maurini ab editione Romana quae dicitur deterriti „nullam in textum coniecturam umquam admittere" in animo habuerunt et aliis singularum epistularum codicibus et editionibus adhibitis novam editionem a. 1690 protulerunt (= **m**)[3].

2.3.41 Epistulam 11 a Martino Corbo praetermissam[4] Dulcinius quoque omisit, Cribellus vero praebet e codice A haustam et a se nonnullis locis correctam et mutatam. Editiones **rm** hunc textum nullo codice ut videtur adhibito paucis correctionibus additis secutas esse haec exempla monstrant:

ep. 11, 19 *subeam* codd., *subibo* edd.
ep. 11, 26 *foret*] *forte* **a**
ep. 11, 27 *illud*] add. *sed* edd.
ep. 11, 51 *est*] add. *quum* **r**
ep. 11, 54 *immo*] *in me* edd.
ep. 11, 75 *fugere* **rm**, *-eret* codd. **a**
ep. 11, 118 *obfuit*] *officit* edd.
ep. 11, 150 *placere*] *facere* **m**

2.3.42 Epistulam 12 Maurini codice aliquo Mediolanensi accepto[5] constituerunt, quare ab editionibus **ar** nonnullis locis aberrant, e. g.

ep. 12, 14 *excubias* HS **adr**, *excubiis* AB **m** et codd. Y, Laur. Faes. 24

---

[2] Cf. I 3.3.4.

[3] Cf. I 3.3.5.

[4] Cf. I 3.2.3; II 2.3.1.

[5] Cf. Maurin. adn. ad l. 77: „‚Divino electe iudicio' etc., quae deerant in edit., e cod. Mediol. restituta sunt"; cf. II 2.3.32 et n. 15.

ep. 12, 23 *atque* AB **m**, add. *quod* HS **adr** et cod. Laur. Faes. 24

ep. 12, 77 *divino electe iudicio, principum gloriosissime* om. **r**

2.3.43 Epistula 13 ab editoribus primis multum correcta et in editione Romana nonnullis locis deturpata est. Maurini ad hanc epistulam edendam et nonnullis codicibus recentioribus et Francisci Balbi notis atque Bucherii editione a. 1634[6] prodita usi sunt. Ut pauca exempla afferam:

ep. 13, 44 *est*] *est enim* HS **ad**, *vero est* **rm**

ep. 13, 68 *Ecclesiastes*] add. *quoque* **rm**

ep. 13, 133 *concurrat*] *incurrat* **rm**

ep. 13, 153 *Phamenoth* **drm**, *farmutii* codd. **a**

ep. 13, 170 *decimum tertium*] *-o tertio* **rm**, *tertium* (-o **a**) codd. **ad**

ep. 13, 194 *sexennium* Balbus **m**, *biennium* codd. **adr** Bucherius

ep. 13, 257 *Israhel*] *uestri* Laur. 14, 8 **m**

ep. 13, 274 *nonum*] *nono* Balbus Bucherius **m**, *VII* (*septimo*) codd. **adr**

2.3.44 Ad epistulam 14 edendam editores primi **ad** Martini Corbo editione usi rivulum β solum adhibuerunt, cui rivulo et alterum rivulum α et nonnullas coniecturas et interpolationes editio Romana addidit. Cuius editionis textum Maurini codicibus francogallicis familiae α usi paucis locis correxerunt.

ep. 14, 61 *venisse* — *vaniloquos* om. β **ad**

ep. 14, 74 *illecebra voluptatis* om. HS **ad**

ep. 14, 78 *nulli usui ... ducant*] *nullius ... dicant utilitatis* β **ad**

---

[6] De doctrina temporum 474 sqq.

ep. 14, 112 *infra*] *statim subinfert* **rm**
ep. 14, 124 *incitamenta*] add. *debent* **rm**
ep. 14, 136 *Stoicos*] *historicos* β **ad**
ep. 14, 158 *genus*] add. *daemoniorum* **rm**
ep. 14, 338 *Moysi*] add. *sorore* P **rm**
ep. 14, 445 *expectatum*] add. *praelium* **r**
ep. 14, 530 *omnes sancti*] *sanctorum est* HS **ad**
ep. 14, 562 *transmiserat* α **r**, *-ierat* β **ad**, *-meaverat* **m**
ep. 14, 654 *concilii Nicaeni tractatu* Spc. **r**, *concilio Nicaeni tractatus* **adm**
ep. 14, 781 *adolevit*] add. *et dominum baptizavit* Asl. HS **adm**
ep. 14, 803 *cognitionis*] *cogitationis* α **m**
ep. 14, 821 *ieiunantium*] *ieiuna diu* β **adr**
ep. 14, 826 *ideo*] add. *deferebat* Ssl. **arm**
ep. 14, 1177 *fidelis*] *fidelitas* Apc. **m**

2.3.45 Epistulam Sirici quae Martini Corbo volumini et editioni **d** deest, Cribellius e codice A hausit. Ut hanc epistulam et Ambrosi responsionem (=ep. 15) male traditas corrigerent, F. de Monte Alto et Maurini alias canonum collectiones adhibuerunt: ille collectionem Hispanam[7], hi collectionem Quesnellianam. Quae collectio a Paschasio QUESNELL inter Leonis Magni opera a. 1675 primum edita has epistulas ut monstravi optime servavit, sed cum Quesnell optimis huius collectionis codicibus non adhibitis saepe textum mutaverit[8], mirandum non est quod interdum lectiones Maurinas ne unus quidem codex testatur. Praeterea Maurini editionis Romanae textum multis coniecturis et interpolationibus corruptum saepius secuti sunt. Ut pauca exempla afferam:

Sir. 30 *quasi utilitate*] *subtiliter* PLpc. **r**, *sub vestium vilitate* Ques. **m**

[7] Cf. Sir. 21; 30; 37.
[8] Cf. PL 56, 359; 562 sqq.

Sir. 49 sq. *verum electi blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt*] *verum praeferentes se tamquam electi blasphemias tamen suas conscriptione temeraria publicaverunt* **r**, *verum electi eorum blasphemias ... temeraria prodiderunt* Ques. **m**

Sir. 51 *publicavere*] *se prodiderunt verum* **r**, *publicaverunt eorum autem insania* Ques. **m**

Sir. 54 *delata*] *delati* **ar**, *perlata* **m**

Sir. 58 *muneramus*] *ueneramus* vel *ueneramur* al. **a**, *honoramus* **rm**

Sir. 61 *adnuntiabant*] add. *excommunicavimus* Ques. **m**

Sir. 63 *unam scitote fuisse sententiam*] *una suscitata* (*lata* **r**) *fuit sententia* **ar**

Sir. 65 *auctores*] *incentores* **rm**

ep. 15, 46 *est*] add. *ut* Amg. HS edd.

ep. 15, 63 *sanctorum*] *sanctuarii porta* **rm**

ep. 15, 92 *ab illis*] *habilis* (*ab-* **d**) S **ad**, *habile* H *dispicitur* — 115 *vulneri* om. πβ **ad**

ep. 15, 98 *deum*] *et* **rm**

ep. 15, 118 *hoc genus*] om. β **ad**, add. *daemoniorum* **rm**

2.3.5 De textu constituendo

2.3.51 Epistularum 11—14

Codicibus AB adhibitis nonnullas Martini Corbo lectiones (codd. HS) et non paucas editionum **ar** coniecturas a Maurinis receptas abieci, e. g.

ep. 11, 19 *subeam* AB, *subibo* edd.

ep. 12, 43 *aestimare* (*ext-* A) AB, *existimare* HS edd.

ep. 13, 25 *vobis* B, om. AHS edd.
ep. 13, 54 *manet*] *manebit* HS edd.
ep. 13, 58 *filius*] add. *tuus* HS edd.
ep. 14, 112 *infra*] *statim subinfert* **rm**
ep. 14, 135 *Filominus*] *filummarus* H, *filuminarus* S, *Philuminaris* (*fil-* **d**) **ad**, *Philomarus* **rm**
ep. 14, 236 *Damali*] *Damari* (Vulg.) OP **arm**
ep. 14, 322 *prudentes*] *sapientes* H (S illeg.) edd.
ep. 14, 452 *aemulari*] *malignari* **rm**
ep. 14, 477 *filius*] add. *dei* HS edd.
ep. 14, 540 *Israhel*] add. *et adduxit vos ad se ut ministraretis ministeria tabernaculi domini* **rm**
ep. 14, 567 *cottidiano immurmurat*] *quotidie immurmurat* **d**, *quotidiano immurmurat convicio* **arm**
ep. 14, 705 *ecclesia*] add. *maiore* Asl.HS edd.
ep. 14, 781 *adolevit*] add. *et dominum baptizavit* Asl. HS **adm**
ep. 14, 1010 *Christi*] add. *et Timotheus* **arm**
ep. 14, 1139 *vivi*] add. *qui ait* Ssl. **arm**

Nonnullis locis textum traditum correxi, e. g.

ep. 11, 36 *pietatis studio vincis naturam, hunc ego impetum*] *naturam* correxi, *naturae* β, *impetum naturae* edd.
ep. 11, 133 *multifaria⟨m⟩*] *multifaria* AB, *multifarie* Hinc. edd.[1]
ep. 13, 29 *ipse vobis ostendet in superioribus locum magnum ⟨stratum⟩*] *stratum* supplevi ex sequentibus (l. 32): *in superioribus locum magnum stratum quaerere debemus* et e sancta scriptura

[1] Adverbio *multifarie* Ambrosius non usus videtur.

ep. 13, 148 *octogesimo autem ⟨nono⟩ anno et nonagesimo tertio ex die imperii Diocletiani ⟨... octogesimo nono anno ex die imperii Diocletiani⟩ cum ...*] supplevi secundum Proterii epistulam, qui ex eodem fonte atque Ambrosius haec exempla sumpsit (cf. 1.2.3)

ep. 13, 182 ἐννεαδεκαετηρίδα correxi, *inen* (*inennea* Bac.) *deca et herida* codd., *endecateride* **a**, *enneadecateridem* **rm**

ep. 13, 230 *super limen ostii ⟨in⟩ dom⟨ib⟩us in quibus* correxi secundum LXX (ἐπὶ τὴν φλιὰν ἐν τοῖς οἴκοις ἐν οἷς), *super limen ostii domus in quibus* codd. **ad**, *super limen ostii domus in qua* **rm**

ep. 13, 260 sqq. *eiecerant enim eos Aegyptii et non potuerant sustinere ⟨neque⟩ apparatum sibi fecerant in via⟨m⟩*] *potuerunt* codd., *eiecerunt ... potuerunt ... nec ... in viam* **r**, *eiecerunt ... potuerunt sustinere quam apparatum sibi fecerant in viam* **m** et in marg. ad ed. Rom. coniecturam adnotaverunt: „certe suffragantur huic correctioni verba illa Exodi ..., verumtamen cum lectionem unus Vat. codex suppeditet ab illo textu haud multum recedentem in textum recipiendam existimavimus".

ep. 14, 765 *fides prompta durus sui censor est*] *dura* αβ edd.[2], corr. OGrat.Q

Cum epistula 14 duobus rivulis tradita esset, eius textus minus corrigendus erat quam epistularum 11—13.

[2] „Vice feminini Ambr. epist. 63, 73" ThlL III 797 (!).

2.3.52 Epistulae Sirici et epistulae 15

Has epistulas e canonum collectione Hadriana aucta, quae textum maxime depravatum continebat, epistulis Ambrosianis additas codicibus AB pessime traditas esse monstravi. Ad quarum textum constituendum codices Quesnellianam et Frisingensem collectiones complexi minimis erroribus depravati neque inter se arte coniuncti maxime valent. Itaque textus a me constitutus valde ab editionibus prioribus differt; paucis praeterea locis textum traditum correxi, e. g.

ep. Sir. 21	*volitare quam artae viae iter cum labore*] *volare quam artae viae iter per laborem* β **a**, *ambulare* (*volare* **m**) *quam per artae viae iter cum labore* **rm**
ep. Sir. 53 sq.	*scriptura horrifica videtur esse delata*] *scriptura honorifica* (*horrifica* **r**) *videntur esse delati* **ar**, *per scripturam horrificam videtur esse perlata* **m**
ep. 15, 2	*Siricio*] add. *papae* Asl.HS edd.
ep. 15, 20	*simulant ... condonare coniugio*] *condonare* correxi, *non donare* vel *non dampnare* codd. **d**, *condemnare* **a**, *donare* **rm**
ep. 15, 56	*erit*] *fiet* β edd.
ep. 15, 68	*Maria*] *beata Maria* πβ edd.
ep. 15, 147 sq.	*Eustasius episcopus, Constantius episcopus, Sabinus episcopus*] *Sabinus* correxi, *Eustasius* codd. **ad**, om. **m**, aliter correxit **r**; cf. ep. 15, 2 *Ambrosius Sabinus* (*Sabinus* om. RLπβ **adr**)
ep. 15, 148 sq.	*eo ... ordine*] *et ... ordines* λπβ edd.

III. DE GESTIS CONCILI AQUILEIENSIS

1 De concilio Aquileiensi

1.1 Quare et quando concilium Aquileiense habitum sit

1.1.1 Cum Arriani episcopi ne sedibus episcopalibus deponerentur veriti ad Gratianum imperatorem appellavissent, imperator eis se concilium generale convocaturum promisit[1], sed postquam Ambrosius ei persuasit *sacerdotes vicinarum ex Italia civitatum satis abundeque sufficere posse*, episcopos occidentales Aquileiam convenire iussit; praefectus Italiae vero ad orientales episcopos *litteras dedit, ut si vellent convenire in potestate haberent*[2].

Palladius episcopus Ratiariensis primum Sirmii imperatorem interpellavit, num orientales conventi essent; qui eum hoc promisso ut Aquileiam vaderet monuit[3]. Itaque Palladius et Secundianus episcopus Singidunensis generale et plenum concilium expectantes episcopos ad disceptandum provocaverunt[4].

1.1.2 Quomodo anno 381 III Nonas Septembres[5] (Sept. 3) a *primo ortu diei* usque *in horam septimam* cum

---

[1] Cf. Acta 69sq., 122.
[2] Cf. Acta 36sq., 64sq.
[3] Cf. Acta 98sqq.
[4] Cf. Ep. 2, 49sq.; Acta 87sqq., 126sq.
[5] Cf. Acta 1. — Aliter Palanque 504sq.: „mai—juin 381" (!).

episcopis Arrianis *sermo* fuerit, Ambrosius in epistula episcoporum congregatorum nomine ad imperatores missa narrat (= ep. 2)[6]. Revera non Christiani cum Christianis ut dicitur de dubiis sententiis disputaverunt, sed Ambrosius ut in iudicio civili Palladio et Secundiano sententias Arri varias[7] proposuit, et eos, cum *sempiternum deum dei filium et verum deum et bonum deum et sapientem et potentem et immortalitatem habentem*[8] non confiterentur, de sacrilegiis Arrianis accusavit; omnes episcopi eos damnaverunt et in epistula ad imperatores missa postulaverunt, ut damnati imperiali decreto *ab ecclesiae* arcerentur *liminibus* et in eorum locum *sancti* subrogarentur *sacerdotes*[9].

1.1.3 Palladius valde indignatus paulo post contra Ambrosium invectivam conscripsit, cuius reliquias Maximinus quidam in dissertatione contra Ambrosium post a. 438 composita servavit[10].

1.2 Qui episcopi interfuerint

1.2.1 Valeriano episcopo Aquileiensi praeside plus triginta episcopi Aquileiam ex omnibus occidentalibus praeter Italiam urbicariam et Hispaniam partibus convenerunt.

Ex Italia annonaria tredecim venerunt: praeter Valerianum et Ambrosium Abundantius Tridentinus (Trento), Bassianus Laudensis (Lodi), Diogenes Genavensis (Genova), Eusebius Bononiensis (Bologna), Eventius Ticiniensis (Pavia), Exsuperantius Dertonensis (Tortona), Filaster

[6] Ep. 2, 55 sqq..

[7] Cf. Acta 136 sq., 190, 252 al.; Meslin, Les Ariens 302 sqq.

[8] Cf. ep. 2, 63 sqq.

[9] Cf. ep. 2, 100 sqq.

[10] Maximini contra Ambrosium Dissertatio, ed. R. Gryson, Sources chrét. 267, 204—326 (§ 81—§ 140 Palladius); F. Kauffmann, Aus der Schule des Wulfila 67—90.

Brictianus (Brescia), Heliodorus Altiniensis (Altinum), Limenius Vercellensis (Vercelli), Maximus Emonensis (Ljubljana), Sabinus Placentinus (Piacenza).

E Galliis sex venerunt: Amantius Lotevensium (Lodève)[11], Constantius Arausicus (Orange), Domninus Gratianopolitanus (Grenoble), Iustus Lugdunensis (Lyon), Proculus Massiliensium (Marseille), Theodorus Octodurensis (Martigny).

Ex Illyrico tres venerunt: Anemius Sirmiensis (Srmeska Mitrovica), Constantius Siscianensis (Sisak), Felix Diatertinus (Zadar).

Ex Africa duo: Felix episcopus et legatus Afrorum, Numidius legatus Afrorum.

Praeterea nonnulli episcopi sedis ignotae adfuerunt: inter 35 episcopos, qui subscripserunt, inveniuntur Almacius, Artemius, Efesius, Felix, Ianuarius, Iovinus, Machedonius, Maximinus, Maximus[12], Viator; Actis vero ineunti-

[11] *Lotevensium* correxi e *iouiensium*, cf. 2.4.1. Omnes editiones editoris primi coniecturam secutae Amantium episcopum Niciensem (= Nizza) praebent. Itaque Palanque 82 n. 16 affirmavit: „Un bon manuscrit (Paris 8907) porte, il est vrai, *Amantius Iouiensium* ... il s'agirait alors d'un évêque de Iovie, en Savie (diocèse pannonien). Mais ce génitif pluriel est anormal sur une liste où le siège épiscopal est toujours indiqué par l'adjectif dérivé, d'autant que l'existence d'un évêché à cette date, dans cette petite cité, n'est admise que sur la foi de ce document ... Il è plus sage, croyons-nous, d'accepter la leçon des autres manuscrits qui portent *Niciensis*, d'autant que ce nom vient immédiatement après ceux des évêques d'Orange, d'Octodurum et de Grenoble. En sens contraire, R. Egger (Amantius, Bischof von Jovia), dont la démonstration ne nous parait nullement convaincante". Cf. R. Egger, Jahresh. d. öst. arch. Inst. Beibl. XXI—XXII, 1922—1924, 327—341. Hanssen vero affirmavit (569): „Dell'Illirico erano rappresentate la Savia con Anemio di Sirmio e Amantio di Nicia".

[12] Fortasse ille episcopus Constantinopolitanus *intra privatas aedes* Petri episcopi Alexandrini mandato ordinatus, qui neque a Theodosio neque a Damaso papa approbatus ad concilium Aquileiense venit patribusque se recte ordinatum esse persuasit, cf. II 1.3.5 (ad ep. 9); Hanssen 567.

bus nominantur Almachius, Artemius, Cassianus, Eustatius, Ianuarius, Iovinus, Machedonius, Marcellus[13].

Praeterea Euagrius presbyter et legatus, Cromatius presbyter[14], Sabinianus diaconus concilio interfuerunt.

1.2.2 Ex Arrianis episcopis Palladius Ratiariensis (Arcer/Arcsar) et Secundianus Singidunensis (Beograd) advenerunt, praeterea Adtalus presbyter et nonnulli alii clerici[15].

1.2.3 Quod ad Damasum papam attinet, Palladius in opere contra concilium Aquileiense composito ab Ambrosio quaesivit, *qua auctoritate etiam a Damaso missas, quibus aliorum praesentia ab eo excusabatur, tres epistulas* sibi per semetipsum *recitandas* duxisset[16]. Damasus furore Ursini adversarii concilio interesse prohibitus dicitur (cf. II 1.3.32).

1.3 Quid Gesta concili Aquileiensis contineant

1.3.1 Actis duae epistulae praefixae sunt, quas Ambrosius episcoporum congregatorum nomine et auctoritate composuit. Qui episcopi in priori epistula *episcopis provinciae Viennensium et Narbonensium primae et secundae* gratias agunt, quod legatos ad concilium miserunt, et Palladium et Secundianum impietatis Arrianae convictos esse referunt (= ep. 1, Maur. 9). In posteriori epistula ad

[13] Actis ineuntibus non nominantur Domninus et Eventius, qui sine dubio concilio interfuerunt (cf. Acta 792, 733).

[14] Valeriani a. 388 mortui successor, cuius electioni Ambrosius interfuisse videtur (cf. I 2.4 n. 8).

[15] Cf. Acta 441, 583, 611.

[16] Diss. 122.

imperatores Gratianum Valentinianum Theodosium missa quomodo concilium habitum sit monstrant eosque rogant, ut Palladius et Secundianus impietatis Arrianae damnati imperiali lege ab ecclesiis suis arceantur eorumque in locum *sancti subrogentur sacerdotes*[17]. Haec epistula cum duabus aliis epistulis item ex hac synodo ad imperatores missis etiam in priori epistularum extra collectionem corpore tradita est (cf. II l. 3.3).

1.3.2 Acta ipsa media in disputatione incipiunt, cum Ambrosius postulat: *quoniam tanta sacrilegia a parte Palladi ac Secundiani nostris auribus ingeruntur, ut difficile quisquam credat tam aperte eos blasfemare potuisse ... fiant acta, ut unusquisque professionem suam postea negare non possit*[18], et disputatione nondum finita desinunt.

2 Quomodo Gesta concili Aquileiensis tradita sint

2.1 De codicibus

P Antiquissimus codex Parisinus bibl. Nat. Latinus 8907, litteris uncialibus saeculo quinto in Italia septemtrionali scriptus post Hilarii opus De trinitate et duo priores Ambrosii De fide libros[1] Gesta concili Aquileiensis continet, quibus Maximini Dissertatio contra Ambrosium scrip-

[17] Ep. 2, 102.
[18] Acta 10 sqq.

[1] Ambrosius prius duos priores de fide libros composuit, quos quando scripserit cf. II 2.2.3 (ad ep. extra 12). Libri I—V 52 codicibus, libri I et II soli 35 codicibus traditi sunt, quorum antiquissimus codex P est, cf. CSEL 78, 13*sqq.; CLA 5, 572.

tura quae „quarter uncial" dicitur in marginibus addita est[2]. Ante saeculum undecimum hic codex in monasterium S. Petri Carnutensis (Chartres) indeque a. 1793 in bibliothecam Nationalem Parisiensem venit.

M Cui accedunt duo codices saeculi noni: codex Montepessulanus (Montpellier) 310, s. IX[1] in Gallia scriptus, et
Q codex Parisinus bibl. Nat. Latinus 2717, in monasterio Corbeiensi s. IX med. scriptus, qui ante Gesta priores duo De fide libros continet. Ceteri codices Gesta operibus Ambrosianis De spiritu sancto, De incarnationis dominicae sacramento et prioribus duobus De fide libris addita tra-
B dunt: codex Bernensis 278, s. XI, codex Bruxellensis
R (Brüssel) bibl. Reg. 953, s. XI, codex Parisinus bibl. Nat.
T Latinus 1758, s. XII, a Maurinis adhibitus (= Tellerianus),
D codex Duacensis (Douai) 225, s. XII ex., codex Audo-
S maropolitanus (S. Omer) 65, s. XIII, codex Brugensis (Brügge) 103, s. XV, quem non adhibui.

Praeterea epistula altera in priori epistularum extra
β coll. corpore (= ep. 4) traditur (cf. II 1.3.3; 1.4.24).

2.2 Quibus e causis omnes codices recentiores e codice P pendeant

2.2.1 Cum codices saeculi noni MQ eundem textum valde corruptum atque codex P praebeant, codices minoris aetatis textum multo meliorem et correctiorem tradunt. Quos tamen e codice P derivatos esse haec exempla monstrant:

Act. 20 in codice P post *imperiali* verba *firmandae sunt* a scriba omissa in margine a manu paulo posteriori hoc modo addita sunt:

[2] De dissertatione cf. 1.13 cum nota 10.

(f. 340r 1) AMBROSIUS EP·ĐDISCEPTA
TIONES NOSTRAE EXRE
SCRIPTO IMPERIALI FIRMANDAE SUNT

Quae verba in margine addita ceteri codices et editiones post EXRE posuerunt, ut ita praeberent: *Disceptationes nostrae ex re firmandae sunt scripto imperiali* (!)[3].

Act. 53 ad Palladi sententiam *Vestro studio factum est ut non esset generale et plenum concilium* a manu paulo posteriori supra lineam et in margine codicis P haec verba addita sunt: *sicut indicat lectio sacrae a uobis prolatae*; quae verba quamquam sententiae rationi non conveniunt, tamen ceteri codices omnesque editiones post *factum est* in textu addiderunt.


2.2.2 Praeterea ceteri codices et editiones a codice P his locis aberrant:

Act. 6	BASILIANO (corr. m 1) P, *bas(s)iliano* cett. (sed in subscriptione legitur *Bassianus*)
Act. 10	AC P, *et* cett.
Act. 20	ADI LEGANTUR (= adiecit legantur) P, *adlegantur* (*-entur*) cett.
Act. 75	DILATASTI P, *distulisti* cett.
Act. 136	ADI (= adiecit) P, *addidit* cett.; item saepius
Act. 452	OBAUDIENS P, *oboediens* cett., item l. 541
Act. 903	TE P, *ei* MQBR, *eum* DTS rm
Act. 904	AUDI QUA P, om. cett.

Quae exempla ceteros codices non solum e codice P derivatos sed ex eius apographo hodie deperdito descriptos esse monstrant. Inde a saeculo undecimo textus corruptus

[3] Quem locum editio Romana (= r) sic praebet: *Controversiae nostrae ratione firmandae et rescripto imperiali publicandae sunt*; de hac editione cf. 2.6.

corrigebatur; a codicibus s. XI correctis codices ss. XII et XIII pendent, qui textum maxime correctum et editionibus simillimum praebent[4]. Quare codicum cognatio hoc stemmate illustrari potest:



2.2.3 Epistula altera tam inter Gesta quam in priori epistularum extra coll. corpore (= β) traditur (cf. II 1.3.3)

Quae cum ita sint, ad epistulae prioris et Actorum textum constituendum codex P solus valet.

2.3 De codice P

Qui codex s. V litteris uncialibus, scriptura continua, binis columnis pulchre scriptus et a scriba ipso et a manu paulo posteriori (= m 2) correctus est; Maurinus quidam ignotus nonnullas correctiones addidit, quas quidem in apparatum criticum non adhibui[5].

2.3.11 Saepe vocales *e* et *i* confusae sunt, e. g.

ep. 2, 42	*quaestionis*] *-es*
Act. 39 sq.	*gravis ... mediocris*] *-es ... mediocres*
Act. 301	*horres*] *-is*

[4] Cf. infra 2.5.

[5] E. g. Act. 84 *si*] add. *a*; Act. 239 *dic autem*] *dicatis*; Act. 472 *illa diuinas scripturas*] *illi qui diuinis scripturis*.

Act. 444 *habes*] *-is*, item l. 449
Act. 453 *vides*] *-is*, item 498
Act. 554 *negares*] *-is*
Act. 740 *stilo*] *stelo*
Act. 756 *Nicaenae synodi*] *nicaeni synhodi*

2.3.12 Interdum vocales *o* et *u* confusae sunt, e. g.
ep. 2, 34 *tractatu*] *-to*
ep. 2, 55 *multos ... sermo*
Act. 178 *huc*] *hoc*
Act. 186 *confitetur*] *-tor*
Act. 896 *interrugatus*
Act. 898 *legatur*] *-tos*
Act. 916 *umnibus*

2.3.13 Nonnumquam *ae* pro *e* posita est, e. g.
Act. 14 *quaeat*
Act. 44 *interpraetes*, sim. Act. 702
Act. 591 *praesbiter*

2.3.14 Saepe liquida *m* in vocum fine aut abundat aut deficit, e. g.
ep. 2, 140 sq. *interdicta ... coitionem*
Act. 23 sq. *civitatem ex diocesi meritis ... credita*] *-te ex diocesim meritis ... creditum*
Act. 31 *superfluam ... copiam*] *-a ... copiam*
Act. 161 *cum auctorem*
Act. 528 *loquebatur in carnem*
Act. 579 *ante horam citra actam*] *ante hora citra acta*

2.3.2 Interdum littera *h* aut abundat aut deficit, e. g.
Act. 28 *hisdem*
Act. 694 *odie*
Act. 756 *synhodi*, item l. 759

2.3.3 Ter *b* pro *v* et semel *v* pro *b* positae sunt:

ep. 2, 27 *laudabit* pro *laudavit*
Act. 14 *duuituri* pro *dubitari* (corr. m 1)
Act. 131 *optabimus* pro *-vimus*
Act. 629 *cabillaris* (sed l. 855 *cavillando*)

2.3.4 Semel littera *qu* pro littera *c* posita est:

Act. 148 *liquet* pro *licet*

2.3.51 Interdum litterae *a* et *u* confusae sunt, e. g.

Act. 23 sq. *ex diocesi ... credita*] *ex diocesim ... creditum*
Act. 686 *permittuntur*] *-antur*

2.3.52 Item litterae *r* et *s*, e. g.

Act. 273 *designatur*] *-tus*
Act. 898 *legatur*] *-tos*

2.3.6 De abbreviationibus

2.3.61 Nomina sacra[6]

$\overline{\text{DS}}$, $\overline{\text{DI}}$, $\overline{\text{DO}}$, $\overline{\text{DM}}$
DÑS, DÑI, DÑO, DÑM
IH̄S, IH̄M (ep. 2, 5 et Acta 820 IH̄M pro *Iesu*)
XP̄S, XP̄I, XP̄O, XP̄M, XP̄IANO
SP̄S (semel Act. 306)

2.3.62 Notae iuris vel Notae antiquae[7]

ADI (= *adiecit* saepe; = *adiecerunt* Act. 101)[8]

[6] Cf. L. Traube, Nomina sacra 131 sqq.

[7] Cf. W. M. Lindsay, Notae Latinae 413 sqq.; G. Battelli, Paleografia 102 sqq.; Bischoff—Nörr, Eine unbekannte Konstitution Kaiser Julians 12 sqq.

[8] Codices recentiores, omnes editiones, Hanssen pro ADI praebent *addidit* (!).

CONSS. (= *consulibus* Act. 1)
Đ (= *dixit* saepe; = *dixerunt* Act. 18)
ĐĐ (= *dixerunt* Act. 99)
EP. (= *episcopus* saepe; = *episcopis* Act. 8)
EPP. (= *episcopi* saepe)
EPIŚŚ (= *episcopi* in fine subscriptionis)
ITA (= *Italiae* Act. 64)
PRƀ (= *presbyter* Act. 117)
RELQ̃ (= *reliqua* Act. 621)
V̄V̄C̄C̄ (= *viris clarissimis* Act. 1)

Praeterea in linearum fine litterae M et N lineis indicatae esse possunt, e. g. CU- (= *cum*) vel NO- (= *non*).

2.4 De codicis P textu corrigendo

Codex P ne centum quidem annis post concilium Aquileiense scriptus textum valde corruptum praebet, quem codices recentiores et editiones priores quamquam varie corrigebant ideo multis locis non sanaverunt, quod unde errores orti essent non cognoverant. E litterarum confusione et e notis iuris servatis Gesta litteris paene cursivis et notis ambiguis scripta fuisse concludi licet.

2.4.1 Litteras *a*/*u* et *r*/*s* saepius confusas esse iam monstravi (cf. 2.3.6). Alii errores e litterarum confusione sunt e. g. *altercationibus* pro *attestationibus* (ep. 2, 33), *aut corde* pro *auctori* (ep. 2, 98) *sunt* pro *fuit* (Act. 630), *tunc* pro *hunc* (Act. 720), *fidos* pro *fides* (Act. 890); cf. 2.4.37; 2.4.38.

Act. 806 codex P praebet: *Amantius episcopus Iouiensium*. Omnes editiones editoris primi (cf. 2.6.1) coniecturam *Amantius episcopus Niciensis* praebent. Litteris *i*/*l* facile confusis *Iouiensium* in *Lotevensium* correxi, quam civita-

tem in Gallia Narbonensi sitam inde ab a. 421 usque ad a. 1801 sedem episcopalem fuisse iam cognovimus[9]. De genetivo pluralis cf. Act. 796 *Proculus episcopus Massiliensium* et Notit. civ. Gall. (*civitas Regensium, Foroiuliensium, Aquensium, Burdigalensium, Viennensium* etc.; p. 609 *civitas Lutevensium*)[10].

2.4.11 Saepius litterae syllabae voces vel singulae vel complures omissae sunt, e. g.

Act. 118	*responderet* pro *responderes te*
Act. 227	*edicat* pro *et dicat*
Act. 269	*immortalitate* pro *habet immortalitatem*
Act. 472 sq.	*illa diuinas scripturas* pro *illi qui ad divinas scripturas*
Act. 499	*habet* pro *habebat*
Act. 817 sq.	*verum deum* om.
Act. 819 et 869	*dixit* om.

2.4.12 Codex P Act. 55 tradit: *Absentibus consacerdotibus nos diffidere non possumus*; manus paulo posterior *diffidere* in *respondere* correxit, quam vocem codices recentiores praebent. Cum in Dissertatione Maximini contra Ambrosium composita hic locus ita allatus esset: *nos de fide diiudicare non possumus, diffidere* in *de fide dicere* correxi.

2.4.13 Sabinus episcopus Palladium Act. 747 sic damnavit: *Quoniam cunctis patefactum est Palladium qui Arrianae perfidiae auctorem eiusque impietatem tenere ... ex hoc sacrosancto coetu iure pellatur* (codd.). In editione Romana voces *auctorem eiusque* in *assertor est etiam eius* correctae sunt, in editione Maurina vero *auctor est etiam eius* legitur, quod ad sententiae rationem plane non

[9] Cf. RE XIII 2, 2097 sq. (s. v. Luteva); LThK 6, 1113.
[10] MGH AA 9, Chronica minora I, 584—612, ed. Th. Mommsen.

quadrat. Textus genuinus facile restituitur cum *qui* in *sequi* corrigitur.

2.4.14 Amantius episcopus Palladium Act. 808 his verbis damnavit: *Palladium qui sectam Arri non destruxit secundum consacerdotum meorum etiam et ego eum condemno* (codd. PMQBR). Codices DTS et editiones priores post *meorum* addiderunt *iudicium*, sed *etiam* in *sententiam* correxi.

2.4.2 Anno 381 compendia Christiana pro nominibus sacris nondum in usu erant, quo abbreviationum genere non solum primae quaeque vocabulorum litterae sed etiam extremae positae sunt[11] (cf. 2.3.61), sed compendiorum aliud genus notae iuris appellatum, quo genere primae quaeque verborum litterae vel singulae vel duae vel tres aut primae cuiusvis syllabae litterae pro plenis vocibus positae sunt. Quas notas et variis et saepe ambiguis formis facile confusas textusque saepe incertos reddentes imperatores Theodosius II a. 438 et Iustinianus a. 530 et 533 a legum codicibus prohibuerunt et ita litteras in legum codicibus scribi iusserunt, ut nullos errores nullasque ambages afferrent[12]. Itaque legum codices saeculo sexto scripti his notis plane vacant[13], at fragmentum de formula Fabiana, s. IV, et codex rescriptus Veronensis, s. V, qui solus Gai libros tradit, his notis abundant textusque multis locis incertos praebent[14]. Ita et multi codicis P errores e notis false explicatis orti sunt.

[11] Cf. Traube, 142 sqq.

[12] Cf. Cod. Theod. Gest. sen. 5: *huic codici, qui faciendus a constitutionariis, notae iuris non adscribantur*; cf. Battelli, Paleografia 102 n. 2.

[13] Cf. CLA 3, 295; Battelli 102 sq.

[14] De formula Fabiana cf. CLA 8, 1042; de Gaio cf. Inst. Gai ed. M. David et H. L. W. Nelson, Leiden 1954 sqq; H. L. W. Nelson, Aufbau und Stil von Gai Institutiones, Studia Gaiana 6, Leiden 1981, 1 sqq.; CLA 4, 488.

2.4.21 Littera *a* abbrevationis linea affecta (*ā*) et pro coniunctionibus *an* et *aut* et pro syllaba *-am* valuit[15].

Act. 418 codex P tradit: *per gratiam deditam ut per naturam*, quod correxi in: *per gratiam dedit aut per naturam*.

Act. 630 in codice P legitur: *dic utrum Christus creatus videatur an ut sunt quando non fuit Christus an vero semper fuit*. Codicum recentiorum correctione *an fuit* in *aut fuit* mutata totam sententiam ita praebeo: *dic utrum Christus creatus videatur, aut: Fuit quando non fuit Christus ...*? (cf. Arri sententiam: ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ[16]).

Interdum vero difficile est iudicare, utrum coniunctio *aut* in coniunctionem *an* an vice versa corrigenda sit[17].

2.4.22 Act. 702 sq. codex P praebet: *nobis iudicium videtur esse delatum interpraes est* (pro *interpretes esse*) *scripturarum* notis *ē* (= est) et *ēē* (= esse) confusis[18]. Item Acta 870 *est* in *esse* correxi.

2.4.23 Act. 399 codex P tradit: *potentes et in homines sunt*. Codices recentiores *in* deleverunt, sed *et in* e nota *etį* (= etiam)[19] ortum est.

2.4.24 Act. 762 codex P praebet: *Palladius conventus in hac sancta synodo ... hanc sententiam meam et ego hoc profiteor a consortio sacerdotali esse privatum*. Codices recentiores corruptum locum *hanc — priuatum* ita correxerunt: *hunc sententia mea et ego profiteor ... priuandum*. Quae correctio ab editionibus assumpta mihi non placet; cum et

[15] Cf. Lindsay 11.

[16] Cf. Urk. des arian. Streites 12.

[17] Cf. Act. 256 *aut non* P, sed Act. 336 *an non*; Act. 260 *divinum ... aut humanum*] *an* rm.

[18] Cf. Lindsay 69 sqq.

[19] Cf. Lindsay 77.

codicis lectionem *hanc* e compendio *hāt* (pro *habeat*) ortum et pronominum *hoc* et *hunc* compendia confusa esse[20] conieci, hunc locum ita correxi: *habeat sententiam meam: et ego hunc profiteor ... privatum.*

2.4.25 Ep. 2, 122 *non* pro *nam* et Act. 409 *non* pro *nunc*[21] notis confusis inveniuntur.

2.4.26 Ep. 1, 8 codex P *perscripta* pro *praescripta*[22] notis confusis tradit.

2.4.27 Act. 15 codex P praebet: *quoniam de omnibus episcopis placet fiant acta.* Editiones vocem *de* deleverunt, sed cum coniunctio *quoniam* vel *quo* vel *qn*[23] cum signo abbreviationis scripta inveniatur et interdum litterae *e* et *o* confusae sint, *quoniam de* mendam pro *quando* esse puto. Act. 759 codex P *quo* pro *quoniam* tradit[24].

Ep. 2, 29 in codice P *cum* pro *quam* et Act. 564 *quod* pro *quam* notis confusis[25] inveniuntur.

2.4.28 Act. 805 Diogenes Palladium his verbis damnavit: *Palladium qui Christum dominum ... negavit damnationes eius cum ceteris fratribus meis vel consacerdotibus eius sociari*; *eius* alt. scriba ipse punctis delevit. Cum compendia syllabarum *tum* et *tio* facile confundi et terminatio *-es* et pronomen *eius* pro compendio verbi *esse* positum esse possint[26], *damnationes eius* in *damnatum esse* correxi. Quod

---

[20] Cf. Lindsay 96 et 97 sq.

[21] Cf. Lindsay 131, 143, 158.

[22] Cf. Lindsay 175.

[23] Cf. Lindsay 262; interdum abbreviatio $\overline{qn}$ pro coniunctione *quando* invenitur, cf. Lindsay 219.

[24] Codices recentiores et editores *quia* pro *quo* praebent.

[25] Cf. Lindsay 215 et 254.

[26] De syllabrum *-tio* et *-tum* abbreviationibus cf. Lindsay 358 et 358 sq., Bischoff—Nörr 17. Pronomen *eius* e' abbreviari potuit, cf. Bischoff—Nörr 15, Lindsay 34 sq. De compendio $\overline{ee}$ cf. Lindsay 69.

r = Editio Romana anni 1585 (tomus quintus)
m = Maurinorum Editio anni 1690 (tomus secundus)
s = Q. Aurelii Symmachi quae supersunt, ed. O. Seeck, MGH AA VI, 1, Berol. 1883
k = R. Klein, Der Streit um den Victoriaaltar, Texte zur Forschung 7, Wiss. Buchges., Darmstadt 1972 (ad epp. 72, 72a, 73)

---

[1]) Propriae huius codicis lectiones in apparatum criticum paucis locis exceptis non receptae sunt.

LIBER DECIMUS

LXX (*Maur. 56*)

Ambrosius Theophilo

1. Non habet quod urgeat Euagrius, et habet quod metuat Flavianus ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori iusto, quia propter ipsos universus orbis concutitur et illi tamen nostro non compatiuntur dolori. Praestringi saltem se aequanimiter ferant ab his, quos vident sua per tantorum curricula temporum vexari intentione. Inter hos etenim duos nihil quod ad Christi pacem pertineat eligentes gravis toto orbe stabat discordia.

Scripta a. 392 post synodum Capuensem, cf. Proleg. I 2.1 et l. 12
3 Theophilo] *sc. episcopo Alexandrino (385—412), quem sacerdotes Capuae congregati rogaverunt, ut schisma Antiochenum componeret (cf. l. 15); quo de schismate cf. Proleg.* 4 Euagrius] *episcopus Antiochenus (ab a. 388)* 5 Flavianus] *alter episcopus Antiochenus (ab a. 381)* 9 tantorum curricula temporum] *schisma Antiochenum iam a. 330 exortum est*

ABEF[*H*]*KLMNOPQSW*; *edd.* (= **adrm**)

---

1 Incipit liber X feliciter (*om. B*) *ABELMQSW*, Incipit liber *K*, Epistula beati ambrosii ad theophilum *O*, *om. FHNP* 2 LXX *AW*, LXXI *BEFKLMPQ* **d**, LXVIII *O*, LXXVIII **a**, IX **r**, *om. HNS* 3 Theophilo] -filo *L*, *add.* alexandrino episcopo *P* 4 habet (1)] -eat *M* habet (2)] -eat *B* 5 Flavianus] *add.* episcopus Antiochenus *S* dent] ent *F* 6 iusto] isto *EMQW*, isti *OS* **d** 8 praestringi] per-*EHMOQSW edd.* saltim *Epc.FLMOQSW*, salutem **d** his] iis **arm** 10 inter hos] interros *Bac.*, inter eos *Bpc.*, hos *om. O* 11 eligentes] diligentes *Kac.*

2. Cui bonae pacis naufragio sancta synodus Capuensis tandem obtulerat portum tranquillitatis, ut omnibus per totum orientem daretur communio catholicam confitentibus fidem, et duobus istis tuae sanctitatis examen impertiretur, fratribus et consacerdotibus nostris Aegyptiis pariter considentibus, quia hoc verum iudicium futurum arbitrati sumus, quod neutri parti sociata communione aliquo favore propenderet.

3. Cum ex his igitur aequissimis synodi constitutis speraremus iam remedium datum finemque allatum discordiae, scribit sanctitas tua iterum fratrem nostrum Flavianum ad precum auxilia et imperialium rescriptorum suffragia remeavisse. Frustra ergo tantorum sacerdotum fusus labor, iterum ad huius saeculi iudicia revertendum, iterum ad rescripta, iterum vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria, iterum invalidi corpore patriam peregrino mutabunt solo, iterum sacrosancta altaria deserentur ut in longinqua proficiscamur, iterum pauperum turbae episcoporum, quibus ante onerosa paupertas non erat, externae

---

12 synodus Capuensis] *a Siricio papa convocata et anno 393 ineunte habita, quae* plenaria *synodus appellata est, quamquam propter hiemem pauci orientales venerant*

ABEF[*H*]*KLMNOPQSW*; *edd.* (= **adrm**)

---

12 capuens *Eac. Qac.*, capiens *Mac.* 13 tandem] *om. L, post* 12 naufragio *pos. O* 14 daretur *om. S* 15 examen *om. F* 15sq. impertiretur examen *tr. P* impartiretur *S* **ad** 16 sacerdotibus *Kac.* Aegyptiis *om. F* 17 considentibus] confid- *A*, confit- *M* 18 quod] quae *N* neutrae *HP* 19 propenderet] proten- *EH MOQSW* **ad**, -dere *F* 20 aequissimis] -i *Aac.EKLMNW*, -(a)e *Apc.HOQS* **adr** synodus *K* 21 speramus *Mac.* allatum] ablatum *EHMOQSW* **ad**, oblatum r 22 scribet *Bac.* 25 huius] uis *M* 27 corpori *Bac.*

opis egentes compellentur inopiam gemere aut certe victum inopum itineris ⟨sumptui⟩ usurpare!

4. Interea solus exlex Flavianus ut illi videtur non venit, quando omnes convenimus. Fenerator et debitor invicem sibi occurrunt, isti sibi non possunt occurrere. Solus exsors Flavianus ut ipse vult sacerdotalis consortii, qui nec imperialibus decretis nec sacerdotum conventui praesentiam faciat sui. **5.** Nec tamen etiam hoc moti dolore fratri Euagrio donamus speciem bonae causae, qui eo defensabilior sibi videtur, quod eum refugit Flavianus aut quod habere se alterum arbitratur aequalem, uterque alienae magis ordinationis vitiis quam suis fretus. Quos tamen nos in meliorem vocamus viam, ut malimus eos suis potius bonis quam alieno vitio defendi.

6. Qua de re quoniam propriis texuisti litteris posse typum reperiri aliquem, quo possit auferri fratrum discordia, cum sancta synodus cognitionis ius unanimitati tuae ceterisque ex Aegypto consacerdotibus nostris commiserit, iterum oportet fratrem nostrum Flavianum convenias, ut si in eo perseveraverit quo veniendum non putet, salvis

---

ABEF[*H*]*KLMNOPQSW*; *edd.* (= **adrm**)

---

31 opis] opus **a** gemere] gerere **ad** certe victum] certum *Bac.*, certum uictum *Bpc.* **32** inopum] *add.* sumptus **d** sumptui *addidi* **33** exlex] et lex *Aac. M* flauianus exlex *tr. O* **34** fenerato *M* **35** sibi] *add.* s. flauianus et euagrius *Psl.* occurre *K* **36** exors *ABac.EKMOpc. QSW* **37** conuentum *Kac.* **38** sui] usui *W* **39** speciem] spem *O* **40** refuit *Bac.* **41** quo *Qpc.* **41 sq.** alienae] a lege/nae *Nac.*, aligenae *Npc.* magis aliene *tr. M* **42** sui *L* **43** nos *om. K* potios *B* **45** texuistis *F* posse] post se *M* **46** rep(p)erire *BM* aliquem repperiri *tr. P* discordiam *M* **47** ius] uis *K* **48** cum sacerdotibus *B* **49** flauianum fratrem nostrum *tr. P* conueniamus *M* **49 sq.** in eo si *tr. F* **50** ea *B* quod *EMOQSW* ueniendo *K* salui *AK*

concilii Nicaeni sed etiam synodi Capuensis statutis illibata pace universorum ita consulas, ut non videamur destruere quod aedificatum est. Si enim quae aedificavi destruo, praevaricatorem me ipse constituo, acsi quae destruxi iterum aedificem. Servetur ergo impertitae pacis gratia inter universos et nihilominus declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit.

7. Sane referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum, Romanae sacerdotem ecclesiae, quoniam praesumimus ea te iudicaturum, quae etiam illi displicere non queant. Ita enim utile erit consultum sententiae, ita pacis et quietis securitas, si id vestro statuatur consilio, quod communioni nostrae dissensionem non afferat, ut nos quoque accepta vestrorum serie statutorum, cum id gestum esse cognoverimus quod ecclesia Romana haud dubie comprobaverit, laeti fructum huiusmodi examinis adipiscamur.

53sq. *cf.* Gal. 2, 18 **59** Romanae sacerdotem ecclesiae] *sc. Siricium papam, qui synodo non interfuit*

ABEF[*H*]*KLMNOPQSW*; *edd.* (= **adrm**)

---

51 conciliis *EMQW* **52** pace] parte *O* **53** quae] quod *FLP* **m** **54** me] mei *HS* **d** ipsum *L* destruxit *Bar.* **55** impartitae **ad** **55 sq.** inter universos] iterum uersos *N* **57** affectum *O* **59** ecclesiae romanae sacerdotem *tr. O*, romanae ecclesiae sacerdotem *tr. HP* sacerdotum *Aac. Kac.* **60** ea te] ea etate *S* **60 sq.** non queant] nequeant **arm** **64** vestrorum] nostrorum **ad** **66** adipiscamur] *add.* contuli *BL*

LXXI (*Maur. 56a*)

De Bonoso episcopo

1. De Bonoso direxistis episcopo quibus vel pro veritate vel pro modestia nostram sententiam sciscitari voluistis. Sed cum huiusmodi fuerit concilii Capuensis iudicium, ut finitimi Bonoso atque eius accusatoribus iudices tribuerentur et praecipue Macedones, qui cum episcopo Thessalonicensi de eius factis vel cognoscerent, advertimus quod

---

Nomine synodi Mediolanensis a. 393 habitae ad episcopos Macedoniae ab Ambrosio scripta, cf. Proleg. I 2.2

2 Bonoso] *sc. Illyrico vel Naissitano (Niš) vel Sardicensi (Sofia) episcopo, qui Mariam matrem domini semper virginem mansisse negavit; Ambrosius contra eum a. 392 librum de instit. virg. composuit, cf. Proleg.* 5 concilii Capuensis] *hieme a. 392/93 habiti, cf.* ep. 70 7 episcopo Thessalonicensium] *sc. Anysio (383—406), qui princeps episcoporum Macedoniae fuit; ad eum ep. 52 (Maur. 16) directa est*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W ; edd.* (= **adrm**)

---

1 LXXI *W*, LXXII *A E F K L M Q* **d**, LXXIIII *N*, *om. B H O P S*, LXXIX **a**, V **r** 2 De (Ambrosius de *N*) Bonoso episcopo *F K N* **d**, Ambrosius Theophilo et Anysio (*add.* episcopis **r**) *Spc.* **ar**, *om. cett.*, *add.* salutem **d** 3 De — episcopo] Accepi litteras vestras (*add.* de Bonoso episcopo **r**) *Spc.* **ar**, *om. O* direxistis *F P* **m**, dixerit *Aac.K*, *add.* al. direxit *Ksl.*, direxit *Bpc.E H L M N Q S W* **d**, direxi *P*, direxerit *Apc.*, *om. Bac.* de quibus *inc. O et add. hanc epistulam sine ullo spatio media in linea ad ep. LXX* 4 nostram *om. Mac.* sciscitari sententiam *tr. O* sciscitari] scitari *Bac.L*, suscitari (-e *M*) *E M S Wac.*, sisscitari *Wpc.* uoluisti *O* 5 consilii *P* Capuensis] capiens *Mac.* 5 **sq.** ut finitimi] infi- *Kac.* 7 et] ut *E H Mac.Sac.W* thessalonicensis *Bar.* 8 vel] uellent *O*, *del. K*, *om. P*, *add.* scriptis **m** (*ex codice quodam Longipontino*) cognoscerent] -cere *O*, -centur *Mac.* quod] quo *E H M O S W*

nobis iudicandi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie synodus, recte de his quae comprehendit vestrorum scriptorum series decerneremus. Vestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium sententiam ferre de omnibus nec refugiendi vel elabendi vel accusatoribus vel accusato copiam dare; vicem enim synodi recepistis quos ad examinandum synodus elegit.

2. Denique cum Bonosus episcopus post iudicium vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium, qui eius sententiam consuleret, interdictam sibi ecclesiam irrumpere atque ingredi, responsum est ei, quod nihil temerandum foret sed omnia modeste patienter ordine gerenda neque contra sententiam vestram temptandum aliquid, ut quod videretur vobis iustitiae convenire statueretis, quibus hanc synodus dederat auctoritatem. Ideo primum est, ut hi iudicent quibus iudicandi facultas est data. Vos enim totius ut scripsimus synodi vice decernitis, nos quasi ex synodi auctoritate iudicare non convenit.

3. Sane non possumus negare de Mariae filiis iure reprehensum meritoque vestram sanctitatem abhorruisse, quod ex eodem utero virginali, ex quo secundum carnem Christus natus est, alius partus effusus sit. Neque enim elegisset dominus Iesus nasci per virginem, si eam iudicasset tam incontinentem fore, ut illud genitale dominici corporis, illam aulam regis aeterni concubitus humani semi-

---

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W ; edd.* (= **adrm**)

---

10 his] iis **arm** **11** decernemus *M* **12** ferre] fere *Bac.Kac. M* **13** fugiendi *A* labendi *M* **14** quos] cor *L*, quod *M* ad *om. F L P* **15** eligit *M* **19** est *Ksl.* **20** patienti *F L P* **22** uidetur *O* statueritis *E H K M Q S W* **23** hi] ii *O* **arm** **24 sq.** ut scripsimus totius *tr. F P* **25** vice] uoce *P* **27** filius *K* **29** ex (1) *om. E M O Q W* **31** elegisset] *add.* christus *N* Iesus *om. O* **33** humani] -o *H S* **d** semine] -is **m**

ne coinquinaret. Qui enim hoc astruit nihil aliud nisi perfidiam Iudaeorum astruit, qui dicunt eum non potuisse nasci ex virgine. Iam si hanc accipiant a sacerdotibus auctoritatem et videatur Maria partus fudisse plurimos, maiore studio veritatem fidei expugnare contendent. **4.** Et ubi est illud quod scriptum est dicente domino ad matrem de Iohanne evangelista: *Mulier, ecce filius tuus*, et rursus ad Iohannem de Maria: *Ecce, mater tua*? Quid sibi istud vult, quod cum in cruce dominus positus peccatum mundi tolleret, pronuntiavit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur nisi ut claudat sua ora perfidia, obmutescat, ne matrem domini aliquo audeat temerare convicio? Testis est ergo idem arbiter, idem materni pudoris assertor, quod desponsata fuerit viro tantummodo Ioseph, nulla tamen coniugalis coitus consuetudine tori iura cognoverit. Neque enim eam suscepturam ex Ioseph filios a viri consortio separare voluisset.

5. Sed si hoc parum est, addidit testimonium evangelista dicens quod *suscepit eam discipulus in suam*. Numquid

---

40 Ioh. 19, 26 sq. **47 sq.** *cf.* Mt. 1, 18 **52** Ioh. 19, 27

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W ; edd.* (= **adrm**)

---

34 coinquinaret] quo inqui- *A K Qac.W*, conin- *Epc.S*, conqui- *Eac.* astruit] attribuit *E H M O Q S W* **d**, *add.* uel astruit *Msl.* **35** astruit] -et *Bac.*, -ueret *F* **36** iam] nam *E H M O Q S W* **adr** a *om. F L* **37** et] ut *P* **m** **38** expugnare fidei *tr. P* contendunt *H Lac. S* **43** etiam pronuntiauit *tr. O* de *om. A* **44** perfidia] *add.* nec *Asl.*, *add.* et *P* **m** commutescat *O* **45** ne *om. A* mater *Bac.* temerare] -i *M*, maculare *P* **46** est ergo] *tr. A*, est enim *M* arbiter] arbitror *M*, -rer *A* idem] idemque *P* **47** viro *om. B* **48** coitus] cohitus *Qac.W*, coetus *Bac. K N*, cętus *Aac. F L P* tori] thori *F L O P S* **49** ex] et *A* filio *A Kac.N* uiro *M* **50** separari *O P* **51** sed] *add.* et *Wsl.* **52** sua *B F H L W pc.* **m**

ergo divortium fecit, numquid a viro abduxit atque abstulit? Ergo qui hoc legit in evangelio, quomodo quasi naufragus titubat et fluctuat? **6.** Hoc ergo testamentum fili est de matris integritate, haec Mariae locuples integri pudoris hereditas, hic totius finis consummationis. Denique hoc dixit et *emisit spiritum*, consummans omne mysterium bono fine pietatis.

7. Legimus etiam et omnia percucurrimus, vel de eo quod fratri nostro et coepiscopo Basso in consortium regendae ecclesiae datus est Senecio vel de ceteris. Unde vestrae normam expectamus sententiae.

---

58 Ioh. 19, 30 **61** Basso] *episcopo Laudensi (= Lodi), qui concilio Aquileiensi a. 381 habito interfuit, cf. Proleg. III 1.2*

ABEF[*H*]*KLMNOPQSW ; edd.* (= **adrm**)

---

53 adduxit *AKac.*, obduxit *O* **55** fili *ENQac.Wac.*, filii *cett.* **57** consumationis *BENQW*, consumationem *M* **58** et *om. O* consumans *LN* **60** percurrimus *BLMpr.QW edd.* de eo] deo *N* **61** coepiscopus *A* consortio *F* regendae] gerendae *O* **62** senetio *FHOPS* **d**, senectio *A* **63** sententiae] *add.* contuli *BFL*, *add.* explicit *O*

LXXII (*Maur. 17*)

Ambrosius episcopus beatissimo principi et Christianissimo Imperatori Valentiniano

1. Cum omnes homines qui sub dicione Romana sunt vobis militent imperatoribus terrarum atque principibus, tum ipsi vos omnipotenti deo et sacrae fidei militatis. Aliter enim salus tuta esse non poterit, nisi unusquisque deum verum hoc est deum Christianorum, a quo cuncta reguntur, veraciter colat. Ipse enim solus verus est deus qui intima mente veneretur; *dii enim gentium daemonia* sicut

---

Scripta a. 384, cf. ep. 73, 3 sqq.: Cum vir clarissimus praefectus urbi Symmachus ad clementiam tuam retulisset, ..., eodem quo comperi puncto libellum obtuli, quo ... poposci tamen exemplum mihi relationis dari **10** Ps. 95, 5

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

1 Incipit libellus primus beati ambrosii episcopi ad ualentinianum augustum contra simachum praefectum aram uictoriae reposcentem *O*, Incipit libellus sancti Ambrosii episcopi ad valentinianum imperatorem iuniorem contra symmachum *P* LXXII *W*, LXXIII *B E F K L Q*, LXXI *A*, LXXV *N P*, LXXIIII **d**, XXX **a**, XI **r**, *om. H M S* L_1 R_1 **2** Ambrosius — **3** Valentiniano] *add.* iuniori *Amp.M*, *add.* filio theodosii *Emp.*, *add.* iuniori filio theodosii *H S* **d**, Ambrosius ualentiniano imperatori *O*, Beatissimo principi et christianissimo imperatori ualentiniano ambrosius episcopus *P* R_1 **k**, *add.* salutem *W* episcopus *om. K* Christianissimo] clementissimo *K* **4** ditione *A B H P S W* L_1 **dm**, dictione *K* **a** **7** tuta] tua *B F* **8** a — **9** colat *om. B F L O P* R_1 **9** veraciter colat *om.* **r** verus solus *tr.* **d** est uerus *tr. P* qui] *del.* $B R_1$, *om. L O* **r** **10** ueneratur *F* daemonia] *add.* sunt *Asl.M S* **d**

scriptura dicit. **2.** Huic igitur deo vero quisque militat, et qui intimo colendum recipit affectu, non dissimulationem, non coniventiam, sed fidei studium et devotionis impendit. Postremo si non ista, consensum saltem aliquem non debet colendis idolis et profanis caerimoniarum cultibus exhibere. Nemo enim deum fallit, cui omnia etiam cordis occulta manifesta sunt.

3. Ergo cum a te, imperator Christianissime, fides deo vero sit exhibenda, cum ipsius fidei studium cautio atque devotio, miror quomodo aliquibus in spem venerit, quod debeas aras diis gentium tuo instaurare praecepto, ad usus quoque sacrificiorum profanorum praebere sumptum. Quod enim iam dudum vel fisco vel arcae est vindicatum, de tuo magis conferre videbere quam de suo reddere.

4. Et de dispendiis queruntur qui numquam nostro sanguini pepercerunt, qui ipsa ecclesiarum aedificia subruerunt. Petunt etiam, ut illis privilegia deferas, qui loquendi

---

16 sq. *cf.* Rom. 2, 16; 1 Cor. 14, 25; Ps. 43, 22 *al.* **23** arcae] *sc. frumentariae cui praefectus urbi praefuit*

ABEF[*H*]*KLMNOPQSW*[L_1]R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

11 deo vero *AK* **arm**, *tr. cett. (cf. l. 18 sq.)* quisque] qui *O*, quisquis **arm** **12** colendum recipit] eum recipit colendum *O* recepit *ABK*, ceperit *Pac.* **13** coniventiam] conib- *ELNQSW*L_1R_1, coib- *M*, conuentiam *H*, coniuu- *O*, cohib- *BP*, conniv- **r**, consensionem coniuuentiam *K*, consensionem *A* **d** sed — impendit *om. O* **14** si non ista] non *O* saltim *Epc.FLMOQSW*L_1R_1pc. non (2) *om. O* **16** cordis *om. O* **19** studium] *add.* sit **d** **21** dii *Aac. L* praecepto] *add.* et *HS* **d** **22** sacrificiorum] sacrorum *O* profanorum *om.* R_1 **23** enim] etiam *F* fiscum *M* arcae *OSR*$_1$ **arm**, arae *F*, are(a)e *cett.* est vindicatum] iudicatum est *O* **24** videbere] -beris *OP*, uidere *AEpr.HMQSac.W*L_1, *add.* ris *Ssl.*, *om.* **d** uideberis (uidere *W*) conferre *tr. PW* **25** quaeruntur *AELP* nostrum R_1 **26** perceperunt *Aac. Kac.* ipsam *Kac.* subruunt *M*

et docendi nostris communem usum Iuliani lege proxima denegarunt, et privilegia illa quibus saepe decepti sunt etiam Christiani; nonnullos enim illis privilegiis partim per imprudentiam, partim propter publicarum necessitatum molestias declinandas inretire voluerunt, et quia non omnes fortes inveniuntur, etiam sub principibus Christianis plerique sunt lapsi.

5. Sed haec si iam sublata non essent, auferenda tuo imperio comprobarem. At cum per totum fere orbem a pluribus retro principibus inhibita interdictaque sint, Romae autem a fratre clementiae tuae, augustae memoriae Gratiano, fidei verae ratione sublata sint et datis antiquata rescriptis, ne, quaeso, vel fideliter statuta convellas vel fraterna praecepta rescindas. De negotiis civilibus si quid statuit, nemo putat esse temerandum, et praeceptum de religione calcatur?

6. Nullus obrepat iuniori aetati tuae; sive ille gentilis est qui ista deposcit, non debet mentem tuam vinculis suae superstitionis innectere, sed proprio studio docere et admonere te debet, quemadmodum verae fidei studere debeas,

---

28 Iuliani lege] *haec lex a. 362 Iun. 17 lata Christianos magistros et rhetoras docere vetuit, cf.* cod. Theod. 13, 3, 5; Iulian. ep. 61; Amm. Marc. 22, 10, 7; 25, 4, 20 **35** sublata] *sc. a Constantino Magno eiusque filiis* **39 sq.** *sc. a. 382, rescripta non extant, cf. apparat. font. ad ep. 72a, 7 sq.* **44** iuniori aetati] *Valentinianus tunc tredecim annos natus erat*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

28 et] ac *O* commune R_1 legem *A E ar. M* **31** necessitudine *M* **36** imperio] improperio *L* at] aut *A K* **37** inhabita *Bac. Lac.* R_1 sunt *M* **39** verae ratione] ueneratione *F O* L_1 sint — **40** rescriptis *om. O* antiquata] antiquis (-i *Aac.*) *A* **d**, antiquatus R_1*pc.* **41** de *om. E Q W* L_1 degotiis *Mac.* **42** statuitur **ar** **43** calcabitur *O* **44** sive] si *O* **46** docere] *add.* te *M* (*om. l. 47*) **47** te debet *om. O*

quando ille tanto motu veri vana defendit. Deferendum meritis clarorum virorum et ego suadeo, sed deum certum est omnibus praeferendum.

7. Si de re militari est consulendum, debet exercitati in proeliis viri expectari sententia, consilium comprobari; quando de religione tractatus est, deum cogita. Nullius iniuria est cui deus omnipotens antefertur. Habet ille sententiam suam. Invitum non cogitis colere quod nolit. Hoc idem vobis liceat, imperator, et unusquisque patienter ferat, si non extorqueat imperatori, quod moleste ferret, si ei extorquere cuperet imperator. Ipsis gentilibus displicere consuevit praevaricantis affectus; libere enim debet defendere unusquisque fidele mentis suae et servare propositum.

8. Quod si aliqui nomine Christiani tale aliquid decernendum putant, mentem tuam vocabula nuda non capiant, nomina cassa non fallant. Quisquis hoc suadet sacrificat, et quisquis hoc statuit. Tolerabilius tamen est unius sacrificium quam lapsus omnium. Totus hic Christianorum periclitatur senatus.

9. Si hodie gentilis aliquis, imperator, quod absit, aram statueret simulacris et eo convenire cogeret Christianos, ut sacrificantibus interessent, ut oppleret anhelitus et

---

49 meritis clarorum virorum] *sc. Symmachi eiusque sociorum, cf.* ep. extra 10, 13 sqq.

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1 ; *edd.* (= **adrmk**)

---

48 tanto motu] tantumodo R_1 motu veri] metu veri **d**, conatu *O* **50** est *om. K* **51** exercitati] -ari *M* **52** proelii *A* expectari] excitari *E H M Q S ac. W* L_1 **d** sententiam *M* **53** tractus *N* **53 sq.** nullius iniuria] nullus incuria *P*, *add.* uel nullius iniuria *Psl.* **55** suam] tuam *B* cogis *O* colore *B* L_1 **56** idem vobis] ipsum tibi *O* **57** extorqueatur **ar** ferret] feret **d** **58** extorquere cuperet] extorquere *E ac. M ac. Q W ac.*, extorqueret *E pc. W pc.* L_1 imperator *om. Q* **59** praevaricantis] -ti *A ac.*, -di *A pc.* **61** aliqui] *add.* solo *O* **61 sq.** decernendum] *add.* alius liber dicere nondum putant *P mg.* **62** mentem tuam *om. L* uocabulo *A* **63** quisque R_1 suadit R_1 **64** est *om. O* **65** omnium] hominum *L*, *add.* uel omnium *L sl.* periclitatus *M* **66** senatus] status *O*

ora fidelium cinis ex ara, favilla de sacrilegio, fumus ex busto, et in ea curia sententiam diceret, ubi iurati ad aram simulacri in sententiam cogerentur — propterea enim interpretantur aram locatam, ut eius sacramento, ut ipsi putant, unusquisque conventus consuleret in medium, cum curia maiore iam Christianorum numero sit referta —, persecutionem esse crederet Christianus, qui cogeretur tali optione ad senatum venire, quod fit plerumque; nam etiam iniuriis convenire coguntur. Te ergo imperatore Christiani in aram iurare cogentur? Quid est iurare nisi eius, quem testere fidei tuae praesulem, divinam potentiam confiteri? Te imperatore hoc petitur et postulatur, ut aram iubeas elevari, sumptum sacrificiis profanis dari?

10. Sed hoc non potest sine sacrilegio decerni. Unde rogo te ne id decernas, statuas vel in eiusmodi decreta subscribas. Convenio fidem tuam Christi sacerdos. Omnes conveniremus episcopi, nisi incredibile hoc et repentinum ad aures pervenisset hominum, quod tale aliquid esset vel in consistorio suggestum tuo vel a senatu petitum. Sed

---

75 maiore iam Christianorum numero] *sim. l.89 sqq.; aliter* Aug. conf. 8, 2, 3: idolorum sacrorumque sacrilegorum... quibus tunc tota fere Romana nobilitas inflata spirabat; *item* Paul. Nol. ep. 8, 37 sqq.; 13, 15, *al.*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

70 hora *A E F W ar.* sacrilegio] *add.* uel ficio *N sl.* **71** dicerent *O* iurati] -ari *O*, -are L_1, -anti *Fac.K pc.* **72** simulacri] -a *A K*, -orum *N pc.* cogeremur *M* **74** consulerent *A* **75** curia maiore iam] maiore iam curia *tr.* **m** **76** christianus crederet *tr. P* christianis *K* **77** etiam] et **m** **78** coguntur — **79** iurare (1) *om.* R_1 **79** iurare (1)] iure *A ac. E ac.* coguntur *F* **80** testere] -eris **r**, -are *F L S pc.* **a**, -aris *P* **m**, testem rei *A pc. M*, teste rege *Q*, testem geris L_1, *add.* uel testeris *W sl.* **81** imperatorem *A* iubeas aram *tr. P* **82** profanis sacrificiis *tr. O* **83** unde] *add.* ego *A sl. M* **84** decernas] -ni *O*, *add.* aut *P* **85** tuam] *add.* ego *O* omnes] *add.* etiam *O* **86** conuenimus *F* **87** esset *om. W ac.* **88** tuo suggestum *tr. O* sed] *add.* hoc *B*

absit ut hoc senatus petisse dicatur; pauci gentiles communi utuntur nomine. Nam et ante biennium ferme cum hoc petere temptarent, misit ad me sanctus Damasus, Romanae ecclesiae sacerdos iudicio dei electus, libellum quem Christiani senatores dederunt et quidem innumeri, postulantes nihil se tale mandasse, non congruere gentilium istiusmodi petitionibus, non praebere consensum, questi etiam publice privatimque se non conventuros ad curiam si tale aliquid decerneretur. Dignum ergo est temporibus vestris hoc est Christianis temporibus, ut dignitas Christianis senatoribus abrogetur, quo gentilibus senatoribus profanae deferatur voluntatis effectus? Hunc libellum ego fratri clementiae vestrae direxi. Unde constitit non senatum aliquid de superstitionis impensis mandasse legatis.

11. Sed fortasse dicatur, cur dudum non interfuerint senatui cum ista peterentur. Satis loquuntur quid velint qui non interfuerunt; satis locuti sunt qui apud imperatorem locuti sunt. Et miramur tamen si privatis resistendi Romae eripiunt libertatem, qui nolunt esse liberum tibi non iubere quod non probas, servare quod sentis?

---

90 biennium] *sc. a. 382*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

89 ut *om. B M* communi] *add.* hoc *O* **90** et *om. O* **91** damasius **d** **93** quidem] *add.* multi *A sl. M* **93 sq.** nihil se tale mandasse postulantes *tr. O* **94** congru(a)e *M* R_1 **95** istiusmodi] huiusmodi *O* non] nos *F L P*, *om. O* **96** publicem *R* **97** ergo *A K O* **k**, *om. cett.* **98** nostris *F* temporibus christianis *tr. M* ut *post* **97** est *tr. O* ut — **99** senatoribus *om. F* **98 sq.** senatoribus christianis *tr. P* **99** obrogetur *A* gentibus *M* senatoribus (2) *om. B* **m** **100** ego *A K M sl. O edd., om. cett.* **102** de *om. L* superstitionibus *A* **d** impensis] cultu *O* **103** interfuerunt *P* **104** senatum *A* quid] qui *A* **105** qui — sunt *om. Eac., add. m1* **105** non *om. N* **106** locuti sunt] loquuntur *M* mirantur *M* resistendi] -is *F K pc. L*, restituendis *P* **108** probas] *add.* non *H S* **adr** quod (2)] *add.* non *A sl. E F H K pc. L M P Q S W* L_1 **adr**

12. Et ideo memor legationis proxime mandatae mihi convenio iterum fidem tuam, convenio mentem tuam, ne vel respondendum secundum huiusmodi petitionem gentilium censeas vel in eiusmodi responsa sacrilegium subscriptionis adiungas. Certe refer ad parentem pietatis tuae, principem Theodosium, quem super omnibus fere maioribus causis consulere consuesti. Nihil maius est religione, nihil sublimius fide.

13. Si civilis causa esset, diversae parti responsio servaretur. Causa religionis est, episcopus convenio. Detur mihi exemplum missae relationis, ut et ego plenius respondeam, et sic de omnibus consultus clementiae tuae parens respondere dignetur. Certe si aliud statuitur, episcopi hoc aequo animo pati et dissimulare non possumus; licebit tibi ad ecclesiam convenire, sed illic non invenies sacerdotem aut invenies resistentem.

14. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi: „Munera tua non quaerit ecclesia, quia templa gentilium muneribus adornasti? Ara Christi dona tua respuit, quoniam aram

---

109 legationis proxime mandatae mihi] *cf. l. 90 sqq.* **113** parentem] *Theodosius Valentiniani tutor honoris causa sic appellatur; cf.* ep. 75, 102 **122 sqq.** *cf.* ep. extra 11, 129 sqq.

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

109 mihi mandatae *tr. O* **110** iterum *om. P* **112** sacrilegum *M* subscriptionis sacrilegium *tr. N* **113** refer] refert *A pc.* **d**, refertur *B* **114** ferre *A* **115** consuesti] consueuisti *K M*, consuestis *B*, consuisti *E ac. W*, consure *A ac.* **116** fides *E ar. M Q ac.* **117** diversae] *add.* cause *M* **118** episcopos *A K ac.* L_1 **d** **119** exemplum] exemplar *O* relationis] religionis *M* et *om. B M* $L_1 R_1$ **mk** **120** consultis *A O* parens] *add.* s. theodosius *P sl.* **121** hoc] hec *O* **122** tibi] *add.* ire *A sl. M* **123** illi *M* **125** respondebit *F L* **126** quaerit] uult *M* gentium *O*

simulacris fecisti. Vox enim tua, manus tua et subscriptio tua opus est tuum. Obsequium tuum dominus Iesus recusat et respuit, quoniam idolis obsecutus es; dixit enim tibi: *Non potestis duobus dominis servire.* Privilegia tua sacratae deo virgines non habent et vindicant virgines Vestae. Cur sacerdotes dei requiris, quibus petitiones profanas gentilium praetulisti? Alieni erroris societatem suscipere non possumus."

15. Quid respondebis his verbis? Puerum esse te lapsum? Omnis aetas perfecta Christo est, omnis deo plena. Pueritia fidei non probatur, parvuli etiam Christum intrepido adversus persecutores ore confessi sunt. Quid respondebis germano tuo? Nonne tibi dicet: „Victum me esse non credidi, quia te imperatorem reliqui. Mori non dolui, quia te heredem habebam. Imperio me decedere non ingemui, quia imperia mea praesertim de religione divina omnibus saeculis mansura credebam. Hos ego titulos piae virtutis erexeram, has de saeculo manubias, haec spolia de diabolo, has ego de adversario omnium exuvias offerebam, in quibus aeterna victoria est. Quid mihi plus potuit meus hostis

---

131 Mt. 6, 24 **140** germano] *sc. Gratiano, qui aestate a. 383 Lugduni Maximi usurpatoris mandato necatus est*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

128 tua (1)] *add.* et *M* manus] *add.* est *O* **129** obsequium tuum *om.* *E H M ac. Q S ac. W* L_1 **130** et respuit *om. S* obsecutus es idolis *tr. A* **131** domini *B* **132** et *om. F L P* uendicant *O P W pc.* **r** Vestae] uestr(a)e *A B ac. E M Q ac.* **133** requiris dei *tr. P* **136** te esse *tr. L P* **d**, te et (*om.* esse) *O* **137** est] et *F L P*, *add.* et *K sl.* omnis (2)] *add.* aetas *O* plena deo *tr. L* plena] *add.* est *O* **138** fidei] fieri **d** non probatur] comprobatur *A F K M pc. P S W pc.* **adr**, probatur *Q ac.* L_1 **140** non *om. M Q ac.* **141** te (1) *om. A ac.* **144** ego] ergo *A F K ac. P S* **145** has — diabolo *om. O* **146** ego] ergo *A F M* offerebam] auf- *P* **147** uictoria aeterna *tr. P*

auferre? Abrogasti decreta mea, quod adhuc ille qui contra me levavit arma non fecit. Nunc gravius telum corpore recipio, quod a fratre mea statuta damnantur. Meliore parte mei apud te periclitor; illa enim mors corporis, ista virtutis est. Nunc mihi abrogatur imperium et quod est gravius abrogatur a tuis, abrogatur a meis et id abrogatur quod in me etiam mei adversarii praedicarunt. Si volens acquievisti, damnasti fidem meam, si invitus cessisti, prodidisti tuam. Ergo quod gravius est, et in te periclitor."

16. Quid respondebis etiam patri, qui te maiore dolore conveniet dicens: „De me, fili, pessime iudicasti, qui putasti quod ego gentilibus coniventiam praestitissem. Nemo ad me detulit aram esse in illa Romana curia. Numquam tantum nefas credidi quod in communi illo Christianorum gentiliumque concilio sacrificarent gentiles hoc est insulta-

---

148 ille] *sc. Maximus usurpator*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* [L_1] R_1 ; *edd.* (= **adrmk**)

---

149 eleuauit R_1 telum] -o *M*, *add.* in *O* **150** quod] quia *O* fratre] *add.* meo *M* meliorem *E ac.* **150 sq.** meliorem partem *L* meliorem partem ei *E ac. M* **151** parte] -i R_1, patre *A ac.* periclitatur *B* **151 sq.** ista virtutis est *om. O* **152** nunc] *add.* uero *O* **154** in me] omne *Q ac.* aduersarii mei *tr. O* **157** maiore dolore] -i uoce *O* **158** conueniat *M* **159** coniventiam] conni- *K* **ar**, cohib- *E H L M S W*, conib- *F Q* L_1 **d**, conhib- *B N* R_1, *add.* b *s.* u *A sl.* **160** esse — curia] illam in romana curia esse *O* numqui *L* **161** nefas] *add.* admittendum *O* **162** gentilium *Q* consilio *E L ac. M Q S* L_1 gentiles sacrificarent *tr. O* hoc — **163** gentiles *om. L*

rent gentiles praesentibus Christianis et inviti Christiani interesse sacrificiis cogerentur. Multa et diversa crimina me imperante commissa sunt, ultus sum quaecumque sunt deprehensa. Si quis tunc latuit, debet ergo dicere me probasse quod ad me nemo detulerat? De me pessime iudicasti, si mihi superstitio aliena, non fides mea servavit imperium."

17. Unde cum advertas, imperator, deo primum, deinde patri et fratri iniurias inrogari, si quid tale decernas, peto ut id facias quod saluti tuae apud deum intellegis profuturum.

ABEF[*H*]*KLMNOPQSW*[L_1]R_1; *edd.* (= **adrmk**)

---

163 christianis praesentibus *tr. P* **164** et *AKO* **armk**, *om. cett.* **166** tum *O* **166 sq.** me probasse *AHKOS edd., om. cett.* **168** iudicastis *L* **170** cum] *add.* id **m** **171** et] ac *O* inrogari si] inrogaris *L* **172** intellegas *M* **173** profuturum] *add.* Explicit epistula sancti ambrosii episcopi *ABEKLMQSW*R_1, *add.* Explicit libellus beati ambrosii ad imperatorem valentinianum *P*

LXXIIa (*Maur. 17a*)

Relatio Symmachi praefecti urbis Romae

1. Ubi primum senatus amplissimus semperque vester subiecta legibus vitia cognovit et a principibus piis vidit purgari famam temporum proximorum, boni saeculi auctoritatem secutus evomuit diu pressum dolorem atque

---

Scripta a. 384 et ad imperatorem Valentinianum delata, ut ex Ambrosii verbis elucet (ep. extra 10, 13 sq.): Retulerat vir amplissimus Symmachus cum esset praefectus praetorio ad Valentinianum augustae memoriae iuniorem; *sed ut tunc mos erat, Symmachus omnes imperatores allocutus est* (*cf. l. 9 sq.*). **4** subiecta legibus vitia] *alludit ad decretum imperiale a. 384 a Vettio Agorio Praetextato impetratum, quo praefectus urbi publica monumenta restituere et praevidere ne spoliarentur iussus est* **5** purgari famam temporum proximorum] *Gratianus imperator gentilibus Romanis non pepercit, cf. l. 8 sq.*

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

1 LXXII *A*, LXXIII *EMOQW*, LXXIIII *KL* **d**, LXXVI *P*, *om.* $BFHSL_1R_1$ **ar** **2** Incipit (*om. F*) relatio symmachi (simm-, sim-) praefecti urbis rom(a)e $ABEFLMPQSWR_1$, *add.* ad valentinianum iuniorem imperatorem de repetenda ara uictorie *P*, Relatio simachi praefecti ad augustos ualentinianum theodosium et archadium pro repetenda ara uictoriae *O*, De idolatria defendenda domino theodosio semper augusto symmachus u. c. p. u. *T*, D. N. theodosio semper aug. symmachus u. c. p. u. *M* **s**, Dominis imperatoribus Valentiniano, Theodosio et Arcadio semper augustis Symmachus v. c. p. u. **k**, Symmachi urbis praefecti... Relatio **a** urbis praefecti *tr.* **m** **3** senatum R_1 **5** proximorum temporum *tr.* **rm** auctoritate *ES* **6** emouit *Aac. K*

iterum me querelarum suarum iussit esse legatum. Cui ideo divi principis denegata est ab improbis audientia, quia non erat iustitia defutura, domini imperatores Valentiniane Theodosi et Arcadi, incliti victores ac triumphatores semper augusti.

2. Gemino igitur functus officio et ut praefectus vester gesta publica prosequor et ut legatus civium mandata commendo. Nulla est hic dissensio voluntatum, quia iam credere homines desierunt aulicorum se studio praestare si discrepent. Amari coli diligi maius imperio est. Quis ferat obfuisse rei publicae privata certamina? Merito illos senatus insequitur qui potentiam suam famae principis praetu-

---

7 iterum — **8** audientia] *postquam Gratianus* (divus princeps) *a. 382 aram Victoriae e curia removendam et sumptus caerimoniarum detrahendos curavit, Symmachus legationi ad eum missae praefuit, quae quidem ab imperatore non audita est* **8** ab improbis] *sc. Damaso papa et Ambrosio, cf.* ep. 72, 90 sqq. **9 sq.** domini imperatores — Arcadi] *cf. apparat. font. l. 1*

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

7 cui — **11** augusti *om.* **r** **8** divi] diuini *O*, *add.* quasi (?) diuini L_1*sl.* principes $PSpc.L_1$ deneganda (-am M_1) σ ab improbis est *tr. P* improbis] reprobis *M*, *add.* uel re *Ssl.* quia — **9** defutura *om. EMac.QWL*$_1$ **9** futura M_1 domni *QW* domini — **11** augusti] ddd. nnn. imperatores σ **s** imperatoris *HLS*, *add.* uel e *Ssl.*, imprīs *MW* ualentiniani *L* **10** archadi (-ii *H*) *BEHKMPQSW* ac *om. O* ac triumphatores *om. F* **12** officio — **14** quia *om. Kac.*, *add. post* **28** proximorum **13** prosequor] per- T_1, prosequar M_1 **14** nulla] -us *Bac. EMQac. WR*$_1$, *add.* uel la *Wsl.*, -ius L_1 dissentio *LP* uoluptatum M_1 quia iam] quam *L* **15** homines credere *tr.* M_1 hominem *EMQW* aulicorum] *add.* ministri regum *K*, auli ministri regum corum *Aac.*, ministri regum *add. Msl.*, aulici ministri regum quorum *Apc. H* **d**, aulicorum ministris regum quorum *S*, aliquorum ministri regum coguntur **a** **16** maius] magis T_1, manus M_1 **17** sanatus *Aac. K* **18** suam *om.* M_1 praetulerunt] con- M_1

lerunt. Noster autem labor pro clementia vestra ducit excubias. Cui enim magis commodat, quod instituta maiorum, quod patriae iura et fata defendimus, quam temporum gloriae? Quae tunc maior est, cum vobis contra morem parentum intellegitis nil licere.

3. Repetimus igitur religionum statum qui rei publicae diu profuit. Certe numerentur principes utriusque sectae, utriusque sententiae; prior eorum pars caerimonias patrum coluit, recentior non removit. Si exemplum non facit religio veterum, faciat dissimulatio proximorum. Quis ita familiaris est barbaris ut aram Victoriae non requirat? Cauti in posterum sumus et talium rerum ostenta vitamus. Reddatur tamen saltem nomini honor, qui numini denegatus est. Multa Victoriae debet aeternitas vestra et adhuc plura

---

26 prior eorum pars] *sc. Iulianus* 27 recentior] *sc. imperatores Christiani, praecipue Valentinianus I et Valens* 29 aram Victoriae] *Caesar Octavianus post pugnam Actiacam a. 29 aram et statuam Victoriae Tarento apportatam in curia Iulia collocavit. Aram Victoriae primum Constantius II removit (cf. l. 40), Victoriae statua usque ad a. 408 e curia non remota est*

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

19 autem] aut T_1 20 commodamus O 21 fata] facta *Apc.* $FLMOP$*Spc.* **dr** 22 temporum] templorum *Apc.* 22 tunc OP σ **ks**, tum (tu R_1, cum L) *cett.* maior est] maiorem EMQ*ac. Sac.*, maiora est W 24 repetimus] respeximus σ religionis O rei] regi *Aac.* 25 numerentur] dinum- σ **sk** utriusque principes *tr.* O 26 prior eorum pars *correxi*, pars eorum prior σ **sk**, proximus (-os K, primus L_1) eorum (*add.* prior O) σ **adrm** (*cf.* ep. 73, 365 sq.: prior eorum numerus caerimonias patrum coluit, recentior non removit) 27 recentior] -io M_1, *add.* fuit *Asl.* M 28 proximorum *om.* M_1 quis] *add.* igitur σ 29 barbaris *om.* σ non requirat uictoriae *tr.* M_1 requiret M 30 talium] aliarum σ **sk**, alium *Mac.* vitamus] uimus M_1 31 tamen *om.* $P\sigma$ **rsk** saltim $BEFLMQSWR_1$ (*item l. 38*) nomini] num- M_1 denegatus est] denegatur M_1 32 plura] pulchra T_1

debebit; aversentur hanc potestatem quibus nihil profuit, vos amicum triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis potentia ista votiva est, nemo colendam neget quam profitetur optandam.

4. Quodsi huius ominis non esset iusta vitatio, ornamentis saltem curiae decuit abstineri. Praestate, oro vos, ut ea quae pueri suscepimus senes posteris relinquamus. Consuetudinis amor magnus est, merito divi Constanti factum diu non stetit. Omnia vobis exempla vitanda sunt, quae mox remota didicistis. Aeternitatem curamus famae et nominis vestri, ne quid futura aetas inveniat corrigendum.

5. Ubi in leges vestras et verba iurabimus? Qua religione mens falsa terrebitur, ne in testimoniis mentiatur? Omnia quidem deo plena sunt nec ullus perfidis tutus est

---

40 divi Constanti factum] *cf.* ep. 73, 322 sqq.: Constantius nondum sacris initiatus mysteriis contaminari se putavit (*sc. cum a. 357 Romam viseret*), si aram illam videret. Iussit auferri, non iussit reponi. *Quae ara ab Iuliano ut videtur reposita et a Gratiano a. 382 iterum remota est* **46** omnia... deo plena] *cf.* Verg. Ecl. 3, 60

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

33 aversentur] aduer- $LQWL_1$ **a**, auertentur σ **34** deserere] desidere M_1 **35** uotiua est ista *tr.* T_1 **35 sq.** profitentur *Mac.* $T_1ac.$ profitetur optandam] profitendam neget M_1 **37** ominis *Fac.* **armsk**, hominis $BEFpc.LMQSWR_1T_1$ **d**, nominis HOL_1M_1, omnis P, omnis hominis AK, *add.* homnis *Msl.* esset] erat O, est etiam **a** iusta] iuxta K, ista M vitatio] uisitatio FLP, uocatio O **38** abstinere B **m** praestante *Aac.* K **39** senex K **40** divi] diu BL Constanti $BEFac.LMac.R_1$ **d**, -ini *Fpc.*, -ii *cett.* **41** nobis T_1 vitanda] *add.* uel uidistis $M_1sl.$ **42** famae] -a R_1, *add.* uel fama *Qsl.* **43** nomini B uestro *Bpc.* **44** et] ac O verba *om.* M_1 iurauimus FLR_1 **45** terrebatur **d** ne] nec M **46** deo *Epr.* O σ **armsk**, a deo *cett.* **d** perfidus *Ear. Mac.* Q tutus] tuus *Eac. Mac.* QW

locus, sed plurimum valet ad metum delinquendi etiam praesentia religionis urgueri. Illa ara concordiam tenet omnium, illa ara fidem convenit singulorum, neque aliud magis auctoritatem facit sententiis nostris quam quod omnia quasi iuratus ordo decernit. Patebit ergo sedes profana periuriis, et hoc incliti principes mei probabile iudicabunt qui sacramento publico tuti sunt?

6. Sed divus Constantius idem fecisse dicitur. Cetera potius illius principis aemulemur, qui nihil tale esset aggressus si quis ante se alius deviasset. Corrigit enim sequentem lapsus prioris et de reprehensione antecedentis exempli nascitur emendatio. Fas fuit ut parens ille clementiae vestrae in re adhuc nova non caveret invidiam. Num potest etiam nobis eadem defensio convenire, si imitemur quod meminimus improbatum?

7. Accipiat aeternitas vestra alia eiusdem principis facta quae in usum dignius trahat. Nil ille decerpsit sacrarum virginum privilegiis, replevit nobilibus sacerdotia, Romanis caerimoniis non negavit impensas et per omnes vias aeternae urbis laetum secutus senatum vidit placido ore

---

62 sqq. *sc. cum Constantius Romam viseret, cf.* Amm. Marc. 16, 10

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

48 praesentiam AK religionis] numinis σ **sk** **49** omnia L arae F aliud] aliquid **m** **50** nostris] uestris O, *om.* σ quam quod] quamquam M **51** iuratus] *add.* noster **rm** sedes] -is *Bac.* $ELMSR_1$, fedis H sedis ergo *tr.* M **52** periuriis] aperiuris (apei- M_1) σ propabiles K **54** dicetur O σ **sk** **55** principes M_1 aemulentur σ esse M_1 **57** prius AK deprehensione σ, -nis **r** exemplo **r** **58** ille *om.* M_1 **59** num] non W **r**, numquid A **d**, *add.* quid *Msl.*, nunc σ **k** **60** imitetur KR_1 **61** quid M meminimus] minimus BR_1, animus FLP, *add.* uel amamus *Psl.* inprobat F **63** usu B dignus $AEac.L$ nihil σ **sk** **64** replevit] -bit *Eac.* M, decreuit σ **k** sacerdotia] a *Mac.* Romanis] -ni *Eac. Mac. Qac.*, -na *Qpc.* WL_1, -nus T_1 **65** impensas] exp- O, *add.* ex L_1 *sl.* impensa sed L **66** secutum F

delubra, legit inscripta fastigiis deum nomina, percunctatus est templorum origines, miratus est conditores, cumque alias religiones ipse sequeretur has servavit imperio.

70 **8.** Suus enim cuique mos, cuique ritus est; varios custodes urbibus cultus mens divina distribuit, ut animae nascentibus ita populis fatales genii dividuntur. Accedit utilitas quae maxime homini deos asserit. Nam cum ratio omnis in operto sit, unde rectius quam de memoria atque 75 documentis rerum secundarum cognitio venit numinum? Iam si longa aetas auctoritatem religionibus faciat, servanda est tot saeculis fides et sequendi sunt nobis parentes qui secuti sunt feliciter suos.

9. Romam nunc putemus assistere atque his vobiscum 80 agere sermonibus: „Optimi principes, patres patriae, reve-

---

70 suus — **93** secretum] *de his locis neoplatonicis ut dicimus cf.* Courcelle, Anti-Christian Arguments and Christian Platonism 157 sq., 175 sq. **71** mens divina = νοῦς **79** Romam ... putemus assistere] *cf.* Cic. Cat. 1, 18

α (= *A B E F* [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1] R_1) σ (= $M_1 T_1$); *edd.* (= **adrmsk**)

---

67 legit] uidit T_1 deum] deorum *P* **mk**, *add.* uel deorum L_1 *sl.*, donum *Sac.* numina *Bac. F L* R_1 percunctatus] perconct- *A*, percont- *Epc. Qac. Spc. W* T_1 **drmsk**, perconatus *Apc. Eac. K M Sac.*, praeconatus *Qpc.* **68** templorum origines est *tr.* σ **sk** est (2)] *add.* et *Q W* L_1 **69** alias *om. F* alias — has] aliam sequeretur ipse religionem hanc *O* regiones *Eac. K W* ipse *om.* σ **70** mos] mox *K* cuique (2)] suus σ **s**, suus cuique *L Spc.* **armk**, *om. M* est] es *M*, esse *H S* **d** uarius *A Epr. m1* **71** urbibus] *add.* uarios *O*, *add.* et **arm** cultus *del. B* **72** populus *F* fatalis *Aac. Bac. Eac. F K M* genii] gemi (?) M_1, ingenii *M* T_1 diuiditur *K* **73** deus R_1 asseruit M_1 cum ratio] curatio *M* **74** operto *Bpc. L P* **armsk**, aperto *O* σ, operato *cett.* **d** de *om. L O* memoria] moria R_1 **75** cognitio] conditio T_1 numidum M_1 **77** tot] totus *Q W*, totius L_1 **r** saeculi *M Q* L_1 **r** nobis sunt *tr.* M_1 **79** putemus] -amus σ, patamus *Eac. Mac.*, petamus *H Sac.* **d** **80** sermonibus agere *tr. O* principes] -um σ **sk**, *add.* et *P* reuertimini *A*

remini annos meos in quos me pius ritus adduxit. Utar caerimoniis avitis; neque enim paenitet, vivam meo more quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit, haec sacra Hannibalem a moenibus, a Capitolio Senonas reppulerunt. Ad hoc ergo servata sum ut longaeva reprehendar?“

10. Videro quale sit quod instituendum putatur, sera tamen et contumeliosa est emendatio senectutis. Ergo diis patriis, diis indigetibus pacem rogamus. Aequum est quicquid omnes colunt unum putari. Eadem spectamus astra, commune caelum est, idem nos mundus involvit; quid interest qua quisque prudentia verum requirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum. Sed haec otiosorum disputatio est; nunc preces, non certamina offerimus.

11. Quanto commodo sacri aerarii vestri Vestalium

---

84 sq. a Capitolio Senonas] *cf.* ep. 73, 32 sq. **87 sq.** sera — senectutis] *cf.* Lact. div. inst. 7, 15, 14: non inscite Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates; *cf.* Flor. 1, 4 sqq., Amm. Marc. 14, 6, 3 sqq. **88 sq.** diis — indigetibus] *cf.* Verg. Georg. 1, 498

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

81 utar] ut a σ, ut utar $ABac.EFHKMOSWL_1R_1$ **ad** **82** auitiis R_1 paenitet vivam] me poenitet vivere **a** paenitet] *add.* ut QWL_1 meo more] me more *ex* me ore B **83** hinc $AEac.M$ redegit] rediit M **84** Senonas] -es O, *add.* e *Msl. Ssl.*, *add.* uel nes *Psl.* **85** seruatus F reprehendar] -at EM (?), -atur A **87** uideo O, -eam **a** quale sit quod σ **sk**, quod **rm**, quid *cett.* constituendum σ **88** tamen] autem T_1 est *om.* **m** **89** diis *om.* FLP indigetibus] ingentibus K, indigentibus $Aac.Bac.Eac.FLMPR_1$, indigenis O **90** spectam HK **91** inuoluit mundus *tr.* P **92** prudentiae L **93** perveniri] -re $EHMQac.Sac.WL_1$, *add.* i *Msl. Ssl.* grande *om.* K haec] hoc *Bac.* **93 sq.** otiosorum disputatio est haec *tr.* T_1, occiosorum disputatio haec est *tr.* M_1 **94** nunc] nos **r** non] nunc AFM_1 **d** certamen afferimus σ **96** commodo] quom(m)odo *Ear. Mac. Qac.* sacri] sacr B, *postea del.*

virginum praerogativa detracta est? Sub largissimis imperatoribus denegatur quod parcissimi praestiterunt? Honor solus est in illo velut stipendio castitatis; ut vittae earum capiti decus faciunt ita insigne ducitur sacerdotii vacare muneribus. Nudum quodammodo nomen immunitatis requirunt, quoniam paupertate a dispendio tutae sunt. Itaque amplius laudi earum tribuunt qui aliquid rei detrahunt, siquidem saluti publicae dicata virginitas crescit merito cum caret praemio.

12. Absint ab aerarii vestri puritate ista compendia. Fiscus bonorum principum non sacerdotum damnis sed hostium spoliis augeatur. Ullumne lucrum compensat invidiam? Atqui avaritia in mores vestros non cadit. Hoc miseriores sunt quibus subsidia vetera decerpta sunt, etenim sub imperatoribus qui alieno abstinent, qui resistunt cupiditati, ad solam detrahitur amittentis iniuriam quod desiderium non movet auferentis.

13. Agros etiam virginibus et ministris deficientium voluntate legatos fiscus retentat. Oro vos, iustitiae sacer-

---

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

97 sub] ubi F **98** denegatur] -etur σ **sk**, -atum M **99** ueluti σ **sk** castitas MR_1 uitae $BFHMSac.R_1$ σ **100** ducitur] dicitur σ sacerdotii] sacrificii(-um *Ear.*) α **adm** uagare M **101** quodammodo] quoddam σ **sk** immunitatis] enim munitatis $Aac.K$, inminutatis M_1 requiruntur σ **102** a] ac AK **d**, *om.* σ **103** laude F rei] regi A, eis $OWpc.$ **104** dicata] dicat $EMac.QWac.$, dicant $Wpc.$ **106** absit F aerariis $Bac.FR_1$ ista] ita $Bac.R_1$ **108** ullumne] illud tene σ, illud tenue *corr. Meyer* **sk**, nullumne $Mpc.$ invidiam σ **sk**, -a *cett.* **109** atqui] adqui T_1, et quia α **adrm** **110** misericordes $Apc.$ quibus] quia $EHMQW$ quibus — **111** imperatoribus *om.* M_1 decepta M **111** qui (2)] quia σ **sk** **112** admittentis T_1 **114** deficientibus M **115** legatos] -o T_1, -us $Bac.FLR_1$, *om.* $EMac.QWL_1$ retentat] -dat F, -tatur σ

dotes, ut urbis vestrae sacris reddatur privata successio. Dictent testamenta securi et sciant sub principibus non avaris stabile esse quod scripserint. Delectet vos ista felicitas generis humani. Coepit causae huius exemplum sollicitare morientes. Ergo Romanae religiones ad Romana iura non pertinent? Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus casus fecit caducas?

14. Capiunt legata liberti, servis testamentorum iusta commoda non negantur; tantum nobiles virgines et fatalium sacrorum ministri excluduntur praediis hereditate quaesitis? Quid iuvat saluti publicae castum corpus dicare et imperii aeternitatem caelestibus fulcire praesidiis, armis vestris, aquilis vestris amicas applicare virtutes, pro omnibus efficacia vota suscipere et ius cum omnibus non habere? Itaque melior est servitus quae hominibus impenditur. Rem publicam laedimus cui numquam expedit ut ingrata sit.

15. Nemo me putet solam causam religionum tueri; ex

---

123 sq. servis testamentorum iusta commoda non negantur] *revera autem nec hereditates nec legata quaelibet servum, sed dominum secuta sunt, cf.* M. Kaser, Das röm. Privatrecht ^{2}I, München 1971, 286

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

117 dictent] dicent (dicen *Eac., corr. m1*) *Bac. Eac.* $MR_1ac.$, dictentes *Epc.*, dictantes QWL_1 **117 sq.** principis non auari B **118** stabiles *Ear.* MQ scripserunt M **119** humani generis *tr.* O humanae B **120** religiones] -ne BLR_1, -ni P ad] sub α **adrm** **121** oblatio T_1 facultatem M **123** cupiunt M_1 ligata *Bac. Eac.* R_1 liberti] -is R_1, liberque T_1, libertati M_1, -a *Mac.* iuxta $KWac.R_1$ **125** excludentur σ **sk** praediis] praesidiis $M_1ac.T_1$ **s** **126** quid] qui R_1 **127** aeternitatem] hereditatem F arma K **128** applicare] a(d)publicare $AEac.HQSWL_1R_1$, aplubl- M, publicare **d** **130** itaque] itane σ **sk** itane — impenditur *om.* $T_1ac.$ melior est] meliorem M_1 quae] quem A **131** laedimus] recidimus *Mac.* numquam *om.* **r** expediit σ **sk** **133** putet me *tr.* M_1 pudet T_1 tueri solam causam religionum *tr.* O σ **sk**

huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta Romani generis incommoda. Honoraverat lex parentum Vestales virgines ac ministros deorum victu modico iustisque privilegiis. Stetit muneris huius integritas usque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem vilium baiulorum sacrae castitatis alimenta verterunt. Secuta est hoc factum fames publica et spem provinciarum omnium messis aegra decepit.

16. Non sunt haec vitia terrarum, nihil imputamus austris nec rubigo segetibus obfuit nec avena fruges necavit; sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus quod religionibus negabatur. Certe si est huius mali aliquod exemplum, imputemus tantam famem vicibus annorum, gravis hanc sterilitatem causa constrinxit. Silve-

---

137 trapezitas] *i.q. argentarii coactores* **138** baiulorum] *i.e. operariorum, saccariorum* **139** fames publica] *a. 393* messis aegra *in Hispania, Africa et Aegypto fuit neque tamen in aliis provinciis, cf.* ep. 73, 227 sq.: plerasque novimus provincias redundasse frugibus

---

α (= $A\,B\,E\,F\,[H]\,K\,L\,M\,O\,P\,Q\,S\,W\,[L_1]\,R_1$) σ (= $M_1\,T_1$); *edd.* (= **adrmsk**)

---

134 Romani] humani $L\,P$ *Prudentius, add.* uel ro *Psl.* generis] orbis O **135** commoda *Eac.* honerauerat T_1 **136** modico uictu *tr.* M_1 **137** degeneras $A\,K$ trapezetas *Bpc.* $F\,L\,O\,P\,M_1$ **138** uigilium M sacrae] -a σ **sk** **139** uerteretur M factum] officium M famis *Bac.* $F\,R_1$ **140** omnium prouinciarum *tr.* M_1 messis omnium *tr.* O messis] mensis K **141** imputemus $L\,P$ σ **sk** **141 sq.** austris imputemus *tr.* M_1 **142** austris σ **sk**, astris *cett.* **142** nec (2) — **143** fuit *om.* B abena T_1 negauit $E\,H\,M\,Q\,S\,W\,L_1\,R_1$ **144 sq.** mali huius *tr.* M_1 **145** imputamus *Bac.* famam *Bac. Eac.* L *Mac.* L_1 vicibus] uitibus $E\,Q\,W$, *add.* uel (al. Q) uitiis *Qsl. Wsl.*, uiticibus T_1, uiribus **m** **146** causa σ **sk**, aura *cett.* (*cf.* ep. 73, 212: causa constrinxerit) constrinxit] contraxit σ **sk**

stribus arbustis vita producitur et rursus ad Dodoneas arbores plebis rusticae inopia convolavit. **17.** Quid tale provinciae pertulerunt, cum religionum ministros honor publicus pasceret? Quando in usum hominum concussa quercus, quando vulsae sunt herbarum radices, quando alternos regionum defectus deseruit fecunditas mutua, cum populo et virginibus sacris communis esset annona? Commendabat enim terrarum proventus victus antistitum et remedium magis quam largitas erat. An dubium est semper pro copia omnium datum quod nunc inopia omnium vindicavit?

18. Dicet aliquis sumptum publicum denegatum alienae religionis impendiis. Absit a bonis principibus ista sententia, ut quod olim de communi quibusdam tributum est in iure fisci esse videatur. Nam cum res publica de singulis constet, quod ab ea proficiscitur fit rursus proprium singulorum. Omnia regitis, sed suum cuique servatis, plusque apud vos iustitia quam licentia valet. Consulite certe

---

147 sq. Dodoneas arbores] *cf.* Verg. Georg. 1, 149 **150** concussa quercus] *cf.* Verg. Georg. 1, 159 **151** vulsae sunt herbarum radices] *cf.* Verg. Aen. 3, 650

α (= *ABEF*[*H*]*KLMOPQSW*[L_1]R_1) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**) R_1 *des. l. 150* pertulerunt

---

147 arbustibus *M* produxit *M* Dodoneas] idoneas *FH* σ, doneas *MSac.* **148** inopiae *MQac.* convolavit] -bit *QW* L_1, conuiolauit *Apc.M*, conualuit T_1, contulit M_1 **150** publicos *M* pasceretur *Aac.* quando] *add.* a *Lsl.* usu *AK* **151** euulse *Ear.M* **d** **152** alternos] -us *Bac.Eac.FHQSac.W*, -is *Mac.*, -ius *L* regionum] religionum *EHMOQW* L_1 **d** **154** terram *F* proventum σ **sk** **155** largitus *EMac.QW* **156** nunc] tunc *F* omnium] hominum *M* **158** delegatum *O* alienae] aligenae T_1, alienigene M_1 **159** religioni *W* L_1 impendiis] -dis *KQWac.*, -di *Wpc.* L_1 a *om. F* **160** olim *AH KMsl.OS* σ **adsk**, *om. cett.* de *om. B* commune *B* de quibusdam communi *tr.* T_1*ac.* **161** fisci iure *tr.* M_1 **162** proficitur *L* **163** sed] *add.* si *Esl.P* **164** valet *om.* M_1 consulit *B*

munificentiam vestram, an haec publica velit existimari quae in alios transtulistis. Semel honori urbis delata compendia desinunt esse tribuentium et quod a principio beneficium fuit usu atque aetate fit debitum.

19. Inanem igitur metum divino animo vestro temptat incutere, si quis asserit conscientiam vos habere praebentium, nisi detrahentium subieritis invidiam. Faveant clementiae vestrae sectarum omnium arcana praesidia et haec maxime quae maiores vestros aliquando iuverunt. Vos defendant, a nobis colantur. Eum religionum statum petimus, qui divo parenti culminis vestri servavit imperium, qui fortunato principi legitimos suffecit heredes.

20. Spectat senior ille divus ex arce siderea lacrimas sacerdotum et se culpatum putat more violato quem libenter ipse servavit. Praestate etiam divo fratri vestro alieni

---

175 divo parenti] *sc. Valentiniano I* (*Gratiani et Valentiniani II patri*), *de quo* Amm. Marc. 30, 9, 5 *dixit*: inter religionum diversitates medius stetit nec quemquam inquietavit neque ut hoc coleretur imperavit aut illud **177** arce siderea] *cf.* Ovid. am. 3, 10, 21; Val. Flac. 1, 498 *al.* **179 sq.** praestate — correctionem] *haec Gratiani lex non servata sed ab Honorio citata est, cf.* cod. Theod. 16, 10, 20

α (= *A B E F* [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1] R_1) σ (= $M_1 T_1$); *edd.* (= **adrmsk**)

---

165 haec] adhuc σ **sk**, *om. O* aestimari *M* **166** transtulisti *Eac. M* **169** metum] mecum *EQac.* T_1 **170** conscientiam] non scientiam *P*, *add.* uestram *Asl. H M* **d** vos] *add.* non *O*, *add.* uestram *S* praebentium] praesentium *E F H L M P Q W*, praesenti L_1 **171** trahentium σ **175** culminis] numinis (no- M_1) σ **sk** parenti vestro culminis **r** seruabit σ **176** sufficit *B F* heredes] honores M_1 **177** spectat *Epc. O* σ **armsk**, ex(s)pectat *cett.* sidere *Aac.* lacrimas] alacrimas (-is *pc.*) *B* **178** more uiolato putat *tr.* M_1 morem uiolatum *A* **178 sq.** libenter *om. Mac.*, *add. post* ipse *M* **179** seruabit *Bac. F Mac. Sac.* T_1 **d**, -bat **a** alieno *M*

180 consilii correctionem, tegite factum quod senatui displicuisse nescivit. Siquidem constat ideo exclusam legationem, ne ad eum iudicium publicum perveniret. Pro existimatione est temporum superiorum, ut non dubitetis abolere quod probandum est principis non fuisse.

α (= $ABEF[H]KLMOPQSW[L_1]R_1$) σ (= M_1T_1); *edd.* (= **adrmsk**)

---

180 correctionem] -ne M, correp- M_1 **181** legatione K **182** indicium O perveniret] -uenit M, -uenisset F pro] per T_1 **183** est *om.* M_1 non *om.* $EMac.QW$ probandum] probatum P **m**, approbandum O est *om.* M_1 **184** fuisse] *add.* Explicit relatio symmachi (simm-, sim-) uiri clarissimi praefecti urbis $ABEKLMQSW$, *add.* romae B, *add.* Explicit O, *add.* Explicit relatio simmachi P

LXXIII (*Maur. 18*)

Ambrosius episcopus beatissimo principi et clementissimo Imperatori Valentiniano Augusto

1. Cum vir clarissimus praefectus urbi Symmachus ad clementiam tuam retulisset, ut ara quae de urbis Romae curia sublata fuerat redderetur loco, et tu, imperator, licet adhuc in minoris aevi tirocinio florentibus novus annis, fidei tamen virtute veteranus obsecrata gentilium non probares, eodem quo comperi puncto libellum obtuli, quo, licet comprehenderim quae suggestioni necessaria viderentur, poposci tamen exemplum mihi relationis dari.

2. Itaque non fidei tuae ambiguus sed providus cautionis et pii certus examinis hoc sermone relationis assertioni respondeo, hoc unum petens ut non verborum elegantiam sed vim rerum expectandam putes. Aurea enim, sicut

---

Scripta aestate a. 384 exeunte, cf. Paul. 26: relatione accepta praeclarissimum libellum conscripsit, ut contra nihil umquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere **15 sq.** *cf.* Prov. 15, 2

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

1 LXXIII *A Wac.*, LXXIIII *O Wpc.*, LXXV *B F K L* **d**, LXXVII *P*, XXXI **a**, XII **r**, *om. E H M Q S* Incipit ambrosi(i) episcopi contra relationem (*om. S*) *A B E K L M Q S W*, Libellus sancti Ambrosii contra ipsam relationem *P*, Incipit contra relationem simachi libellus secundus beati ambrosii episcopi ad valentinianum augustum *O* **2** Ambrosius episcopus *post* **3** Augusto *tr. P* **k** **3** ualentino *L, add.* iuniori *Msl.* Augusto] aduersus relationem symmachi *F* **4** urbi *correxi*, urbis *codd. edd.* (*cf. l. 25*) **6** fuerit *B* **7** in *om. LO* aeuoa *Eac.* tyrocinio *A E K L M O Q S W* **a** **9** quo] co *Eac.Mpc., om. Mac.* optulit *M* **11** relationis mihi *tr. P* **15** expectandam] -um *M*, spec- *O*, expendendam **r**

scriptura divina docet, est lingua sapientium litteratorum, quae faleratis dotata sermonibus et quodam splendentis eloquii velut coloris pretiosi corusco resultans capit animorum oculos specie formosa visuque perstringit. Sed aurum, si diligentius manu tractes, foris pretium, intus metallum est. Volve, quaeso, atque excute sectam gentilium; pretiosa et grandia sonant, veri effeta defendunt; deum loquuntur, simulacrum adorant.

3. Tria igitur in relatione sua vir clarissimus praefectus urbi proposuit quae valida putavit: quod Roma veteres, ut ait, suos cultus requirat et quod sacerdotibus suis virginibusque vestalibus emolumenta tribuenda sint et quod emolumentis sacerdotum negatis fames secuta publica sit.

4. In prima propositione flebili Roma questu sermonis illacrimat veteres, ut ait, cultus caerimoniarum requirens. Haec sacra, inquit, Hannibalem a moenibus, a Capitolio Senonas repulerunt. Itaque dum sacrorum potentia praedi-

---

22 veri effeta] *cf.* Verg. Aen. 7, 440.452 32 sq. a Capitolio Senonas] *a. ante Chr. n. 390, cf.* Liv. 5, 47, 4

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

16 diuina scriptura *tr. O* scriptura *om. F* litteratorum *om.* **r** 17 dotata] dit- *M*, donata *AK* 18 eloqui *F* corusco] corco *Qac.*, croco fulgore *Qpc.*, *postea del.* fulgore 19 formosa] -osi *Aac.Epr.Fac.H K M Q S W* **arm**, -onsi *B Ear.Fpc.* visuque] -umque *Apc.O*, -usque *P* **r** perstringit] -itur *F*, -unt *Mar.* aurum] *add.* hoc **rm** 20 si *om. Eac.F* manu *om.* **r** tractes] -as *L*, retractes *P* 22 effeta] effecta *A Bac.Fac.L M Q W* L_1 **d**, *add.* uel efeta *Qsl.*, effoeta **arm** 25 urbi *B Esl.m1 F H M Q W*, *om. Eac.*, urbis *cett.* 26 cultos *Mac.* 27 sunt *M* 28 famis *Bac. F* publica secuta *tr. P* 30 flebilis *Apc.* 31 illacrimat] -ans *ex* -as *B*, -atur *P* 32 annibalem *F M O* **rm** (*item l. 34*) a (2) *om. L* 32 sq. senones a capitolio *tr. O* 33 Senonas] *add.* e *s.* a *M*

catur infirmitas proditur: Ergo Hannibal diu sacris insultavit Romanis et diis contra se dimicantibus usque ad muros urbis vincendo pervenit. Cur se obsideri passi sunt, pro quibus deorum suorum arma pugnabant? **5.** Nam de Senonibus quid loquar, quos Capitolii secreta penetrantes Romanae reliquiae non tulissent nisi eos pavido anser strepitu prodidisset? En quales templa Romana praesules habent. Ubi tunc erat Iuppiter? An in ansere loquebatur? **6.** Verum quid negem sacrorum ritus militasse Romanis? Sed etiam Hannibal eosdem deos colebat. Utrum volunt igitur? Eligant. Si in Romanis vicerunt sacra, in Carthaginensibus ergo superata sunt; si in Carthaginensibus triumphata, nec Romanis utique profuerunt.

7. Facessat igitur invidiosa illa populi Romani querela, non haec Roma mandavit. Aliis illa eos interpellat vocibus: Quid me casso cottidie gregis innoxii sanguine cruentatis? Non in fibris pecudum sed in viribus bellatorum tropaea victoriae sunt. Aliis ego disciplinis orbem subegi. Militabat Camillus, qui sublata Capitolio signa caesis Tarpeiae rupis triumphatoribus reportavit; stravit virtus quos religio non removit. Quid de Atilio loquar qui militiam

---

52 *M. Furius Camillus quinquies dictator creatus Senonas fudit et profligavit* 54 de Atilio] *M. Atilius Regulus a. ante Chr. n. 250 a Carthaginiensibus victus et captus est; quod ad eius mortem attinet cf.* RE II, 2, 2088 sqq.

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

36 obsederi *Aac. Bac. E K L M Sac.* **37** senioribus *K* **42** quid negem] quid *E Mac. Q W*, quidem $O L_1$ Romanis] *add.* profuit *Wsl.* **44** si *om. B* carthaginiensibus *Qpc.* **rk** **47** facescat *P Wac.* querellam *Bac.* **48** non haec] non hanc *B F L P* **mk**, *om. E M Q W* L_1, *add.* non ec *Msl.* Roma] re *B* illa *om.* $O Q W L_1$ eo interpella *M* **51** tropaea *Bpc. K N* **k**, troph(a)ea *cett.* ego] ergo *F K M*, autem *A* **52** sublata] *add.* a $O L_1$ capitolia *H M Qac. Sac.* caesis] caesar *F* Tarpeiae] star paeiae *M*, tarpiae *B* **54** Atilio] alio *Mac.*

etiam mortis impendit? Africanus non inter Capitolii aras sed inter Hannibalis acies triumphum invenit. Quid mihi veterum exempla profertis? Odi ritus Neronum. Quid dicam bimenstres imperatores et terminos regum cum exordiis copulatos? Aut forte illud est novum barbaros suis excessisse finibus? Numquid etiam illi Christiani fuerunt, quorum miserabili novoque exemplo alter captivus imperator, sub altero captivus orbis fefellisse quae victoriam promittebant suas caerimonias prodiderunt? Numquid et tunc non erat ara Victoriae? Paenitet lapsus, vetusta canities pudendi sanguinis traxit ruborem. Non erubesco cum toto orbe longaeva converti. Verum certe est quia nulla aetas ad perdiscendum sera est. Erubescat senectus quae emendare se non potest. Non annorum canities est

---

61 alter captivus] *sc. imperator Valerianus, qui a. 260 a Persis captus est* **62** sub altero] *sc. filio eius Gallieno (260—268)* **67** nulla aetas ad perdiscendum sera] *cf.* Cato dist. 3, 1; Senec. ep. 76, 3 *al.* **68 sq.** *cf.* Sap. 4, 8 sq.

ABEF[*H*]*KLMOPQSW*[L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

55 morti **r** capitolio *F* **57** veterum] horum *Esr. Mac. OQW* L_1, uerum *Bac. F*, uana *L* exemplo *Lac.* profiteris **d** odi] odii *Qac. W*, *add.* ri *Qsl.*, *add.* ał odiri ritus *Wmg.* nerorum *B* **58** bimestres **rm** cum *om. LO* **60** excessisse] excess se *Eac.*, excesse *Mac. Qac. W*, excessis se *B* finibus] fu- *Q*, sedibus *Pac.* illi *P* **rmk**, illic *cett.* **61** quorum] quando *O* captivus] *add.* id est ualerianus *Psl.* **62** altero] *add.* id est gallieno *Psl.* fefellisse quae *OP* **armk**, fefellisseque quae *AKMpc.* **d**, fefellisque quae *BEFLMac.*, fefellis queque *W*, fefellisque qui *Q*, sese fefelisse quae *H*, sese fefelisseque quae *S*, *add.* ał ipsi fefellerunt *Qsl. Wmg.*, fefellitque per L_1 **63** promittebat *Aac. BEFKLM* L_1 suis *F* **64** lapsus] *add.* et *AKO* **adrk** **65** non] *add.* ego roma *Asl. mp.* **66** verum] vestrum *ABEar. FLMPQW*, *add.* uel uerum *Psl.*

laudanda sed morum. Nullus pudor est ad meliora transire. Hoc solum habebam commune cum barbaris quia deum antea nesciebam. Sacrificium vestrum ritus est bestiarum cruore respergi. Quid in mortuis pecudibus quaeritis dei voces? Venite et discite in terris caelestem militiam. Hic vivimus et illic militamus. Caeli mysterium doceat me deus ipse qui condidit, non homo qui se ipsum ignoravit. Cui magis de deo quam deo credam? Quomodo possum vobis credere qui fatemini vos ignorare quod colitis?

8. Uno, inquit, itinere non potest perveniri ad tam grande secretum. Quod vos ignoratis id nos dei voce cognovimus, et quod vos suspicionibus quaeritis nos ex ipsa sapientia dei et veritate compertum habemus. Non congruunt igitur vestra nobiscum: vos pacem diis vestris ab imperatoribus obsecratis, nos ipsis imperatoribus a Christo pacem rogamus; vos manuum vestrarum adoratis opera, nos iniuriam ducimus omne quod fieri potest deum putari. Non vult se deus in lapidibus coli; denique etiam ipsi philosophi vestri ista riserunt.

9. Quod si vos ideo Christum deum negatis quia illum mortuum esse non creditis, — nescitis enim quod mors illa

---

71 sq. *alludit ad taurobolium; de hac re cf.* Prud. Peristeph. 10, 1006—1050 **77** *cf.* Act. 17, 23 **84 sq.** *cf.* Sap. 13, 10 **86 sq.** *cf.* Min. Fel. 20, 2; Tert. apol. 12, 6; 14, 7; 46, 4; Lact. div. inst. 2, 2, 14 *al.*

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

69 laudanda *A K Mpc.O* **ark**, laudati *F*, laudata *cett.* **70** habebam] habeam *O*, *add.* in *F* **71** ante *B Fac.* **73** discedite *Mac.* **74** illi *O* **76** de deo *om. L* **78** peruenire *Bac. H M* **79** nos] non *Bac.* **81** ueritatem *Ear.* congruuntur *L* **82** nostra uobiscum *P* **83** ipsis] *add.* ab *M* a *om. B* **85** in iniuriam *P* **88** Christum deum *A H K S edd.*, deum christum *cett.* illum] deum *O* **89** non mortuum esse *tr. S*, non *om. H*

carnis fuerit non divinitatis, quae fecit ut credentium iam nemo moriatur —, quid vobis imprudentius, qui contumeliose colitis et honorifice derogatis? Vestrum enim deum lignum putatis. O contumeliosa reverentia! Christum mori potuisse non creditis. O honorifica pervicacia!

10. Sed vetera, inquit, reddenda sunt altaria simulacris, ornamenta delubris. Reposcantur haec a consorte superstitionis, Christianus imperator aram solius Christi didicit honorare. Quid manus pias et ora fidelia ministerium suis cogunt sacrilegiis exhibere? Vox imperatoris nostri Christum resultet et illum solum quem sentit loquatur, quia *cor regis in manu dei*. Numquid imperator gentilis aram Christo levavit? Dum ea quae fuerunt reposcunt, exemplo sui admonent, quantum Christiani imperatores religioni quam sequuntur debeant deferre reverentiae, quando gentiles superstitionibus suis omnia detulerunt.

11. Dudum coepimus et iam sequuntur exclusos. Nos sanguine gloriamur, illos dispendium movet. Nos haec victoriae loco ducimus, illi iniuriam putant. Numquam nobis amplius contulerunt quam cum verberari Christianos atque proscribi ac necari iuberent. Praemium fecit religio quod perfidia putabat esse supplicium. Videte magnanimos! Per iniurias per inopiam per supplicium nos crevimus,

---

90 sq. *cf.* Ioh. 3, 15 101 Prov. 21, 1

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

90 credentium] *add.* fidem *M* **92** derogatis] denegatis $E H M Q S L_1$ **d** **93** Christum] deum *O* **94** o *om. L* **96** reposcantur] rea poscantur *K* **98** ministerium] -ia *LO*, -iam *F* **101** manum *K Lac.* dei] *add.* est *F* **103** sui] suo *Bmg.* **m** admonet *F* imperatoribus *F* **104** deferre] re- $B E H Mac. Q S W L_1$ **d** **106** dudum] dum **a** et iam] etiam **a** sequamur **ar** sequitur exclusus *A* **109** cum *om. F* **110** ac] atque *L* necari] negari *Bac. E F L M Q Wac.* iubent *E H M Q W* **112** per (1)] fere *Eac.*, ferre *Epc. H* L_1, ferri *M Q W*, fieri per *S* **d**, *add.* per *Msl.* crevimus] credimus *Epc. H S* **adr**

illi caerimonias suas sine quaestu manere posse non credunt.

Habeant, inquit, vestales virgines immunitatem suam. Dicant hoc qui nesciunt credere quod possit esse gratuita virginitas, provocent lucris qui diffidunt virtutibus. Quantas tamen illis virgines praemia promissa fecerunt? Vix septem Vestales capiuntur puellae. En totus numerus quem infulae vittati capitis, purpuratarum vestium murices, pompa lecticae ministrorum circumfusa comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, praescripta denique pudicitiae tempora coegerunt.

12. Attollant mentis et corporis oculos, videant plebem pudoris, populum integritatis, concilium virginitatis. Non vittae capiti decus, sed ignobile velamen usui, nobile castitati; non exquisita sed abdicata lenocinia pulchritudinis, non illa purpurarum insignia, non luxus deliciarum sed usus ieiuniorum, non privilegia, non lucra; omnia postremo talia ut revocari studia putes dum exercentur officia, sed dum exercetur officium studium provocatur. Suis castitas cumulatur dispendiis. Non est virginitas quae pretio emitur, non virtutis studio possidetur; non est integritas quae

---

118 sq. vix septem Vestales capiuntur puellae] *capere i. q. eligere maxime de virginibus Vestalibus et sacerdotibus pontificis, cf.* Gell. 1, 12

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

113 non posse *tr. M* **116** posset *A Bac. E F H K L M Q S W* esset *Ear.* **117** quid *M* quantas] quot **a** **119** uestales septem *tr. O* **121** comitatu] comitatur *B*, com(m)ittatu *E M Qac. W S* **122** perscripta *M* pudicia et *B* **125** pudoris] doloris *E H Mac. Q S W* L_1, *add.* pu *Ssl.* **125 sq.** non vittae] nouitate *Aac. K*, non uittati *O* **126** capiti] -is *O*, -a *Bac.* usu **r** castitatis *E H M O Q S W* **adr** **128** illa] *add.* ulla *Psl.* **130** talia] alia **m** studia] a studia *Bac.*, a studio *Bpc.* **m** putet *M* **131** studium officium *tr. M*, *add.* dum *Msl.* **133 sq.** quae tamquam *O* **k**, quaecumque tamquam *A K Mpc. S* **adr**, quae L_1, quaecumque *cett.*

tamquam in auctione nummario ad tempus licitatur compendio. Prima castitatis victoria est facultatum cupiditates vincere, quia lucri studium temptamentum pudoris est. Ponamus tamen subsidia largitatum conferenda virginibus: quae Christianis munera redundabunt? Quod tantas opes sufficiet aerarium? Aut si arbitrantur solis vestalibus conferendum, non pudet, ut qui totum sibi sub imperatoribus gentilibus vindicarunt, idem sub principibus Christianis non putent nobis sortem debere esse communem?

13. Sacerdotibus quoque suis et ministris queruntur alimenta publica non praeberi. Quantus hinc verborum tumultus increpuit! At contra nobis etiam privatae successionis emolumenta recentibus legibus denegantur et nemo conqueritur; non enim putamus iniuriam quia dispendium non dolemus. Si privilegium quaerat sacerdos ut onus curiale declinet, patria atque avita et omnium facultatum possessione cedendum est. Quomodo hanc gentiles si habe-

---

146 recentibus legibus] *i.e. lex cod. Theod. 16, 2, 20 (a. 370) ad Damasum papam directa:* Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant... ut nec per subiectam personam valeant aliquid vel donatione vel testamento percipere **148 sqq.** *cf.* cod. Theod. 16, 2, 3; 2, 6; 2, 19; 2, 21; 2, 22; 12, 1, 59; 1, 104

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

134 auctione] -em *O*, cautione *F* nummario] *add.* uel mulario *Psl.* licitatur] incitatur *O*, so(l)licitatur *A K* **dr**, *add.* id est comparatur *Wsl.*, *add.* consilio et *M* **135** cupiditatis *Eac.* **138** quod] *add.* ad *O* **139** sufficiat *A F K* **140** putet *B F* **141** idem *om. O* **143** quaeruntur *L O W* L_1 **144** alimenta] aliena *M* non] *add.* minime *A K Msl.*, minime **d** praeberi] deberi **m** hic *B M* **145** at] a *Eac.* **146** molumenta *B* denegatur *Eac.* **148** quaerat] qua/erat *E*, qua erat *Mac. S Wac.*, quo erat *Wpc.* **149** abita *L*

rent ingravarent querelam, quod sacerdos ferias ministerii sui emat totius patrimonii sui damno et privati universae commoditatis dispendio usum publici mercetur obsequii? Praetendens communis salutis excubias domesticae inopiae se mercede solatur, quia ministerium non vendidit sed gratiam comparavit.

14. Conferte causas. Vos excusare vultis decurionem cum ecclesiae excusare non liceat sacerdotem. Scribuntur testamenta templorum ministris, nullus excipitur profanus, nullus ultimae conditionis, nullus prodigus verecundiae; soli ex omnibus clerico commune ius clauditur a quo solo pro omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur, nulla legata vel gravium viduarum, nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehenditur tamen officio multa praescribitur. Quod sacerdotibus fani legaverit Christiana vidua valet, quod ministris dei non valet. Quod ego non ut querar sed ut sciant quid non querar comprehendi; malo enim nos pecunia minores esse quam gratia.

15. Sed referunt ea quae vel donata vel relicta sunt ecclesiae non esse temerata. Dicant et ipsi quis templis

---

170 sq. *cf.* Soz. 5, 5; Theod. 3, 12

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

152 priuatus *H Mpc. O P S* **dr** **153** publici] subplici *B* **154** praetendens] *om. Mac., add.* ad *Asl. Mpc.* **d** **155** soletur *H S* **drm** **159** testamenta templorum] templa temtamenta *M* **160** conditionis ultimae *tr. P* **163** difertur *E Qac. Spc.*, differtur *H M O W* gravium] *add.* uel *F* **165** mulcta *Apc.* **arm** perscribitur *M* fana *M* ligauerit *Bac. Epc. F K P Qac. Wac.* **167** ut (1) *O* L_1 **rm**, *om. cett.* querar] -at *Mac.*, quaeror *P* quod *O* **168** malo] *add.* id est magis uolo *Asl.* vos **a** pecuniam *L* minores] *add.* pecunia *M* esset *B*

dona detraxerit, quod factum est Christianis. Quae si facta essent gentilibus, redderetur potius quam inferretur iniuria. Nuncine demum iustitia praetenditur, aequitas postulatur? Ubi tunc erat ista sententia, cum direptis Christianorum omnium facultatibus ipsos vitales anhelitus invideret et nullis usquam negata defunctis inhiberent supremae commercia sepulturae? Quos gentiles praecipitarunt maria reddiderunt. Fidei ista victoria est, quod et ipsi iam facta maiorum carpunt suorum. Sed quae, malum, ratio ut eorum munera petant quorum gesta condemnant.

16. Nemo tamen donaria delubris et legata haruspicibus denegavit; sola sublata sunt praedia, quia non religiose utebantur his quae religionis iure defenderent. Qui nostro utuntur exemplo, cur non utebantur officio? Nihil ecclesia sibi nisi fidem possidet. Hos redditus praebet, hos fructus. Possessio ecclesiae sumptus est egenorum. Numerent quos redemerint templa captivos, quae contulerint alimenta

---

177 sq. *alludit ad passionem Vincentii martyris, cf.* Prud. Perist. 5, 437—520

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

171 detraxit *M*, -xeret *Eac.* **172** infertur *M* **173** nuncine] nuncc- *A H K Mpc. P* **drm**, nunc *O Qpc.* L_1, nunc ne *Qac. W*, nunc me *Mac.* iustitiae *K* postulatur *om. B* **175** omnibus *O* vitales] -is *O*, *om. L* anhelitus L_1 **rmk**, *add.* spiritus *cett.* **ad** **176** nullus *L* usquam *A K* **armk**, umquam *cett.* inhiberent] inhererent *B* **177** praecipitauerunt *M* **178** iam] tam *A* **179** carpunt] -ant *H S* **dr** suorum] quorum gesta condemnant **m** quae]quam L_1 malum] male *L*, malunt *Epc.*, *add.* maluit *Asl.*, malorum *Qpc.*, *add.* al lorum *W*, mala L_1 malum ratio] melioratio *H Sac.* **ad** **180** condam(p)nant *E M Q* **181** ligata *Bac. E F K M Q Wac.* **182** denegavit] *add.* uel ro *Psl.* praedia] praesidia *L* quia] qui *F L P* **183** his] iis **arm** uestro *Mac.* **184** utantur *O* exemplo] templo *M* ecclesiae *M* **186** quos] quot *F* **187** redemerint] redi- *Bac. F L Qac. W*, redimerent *Eac. M*

pauperibus, quibus exulibus vivendi subsidia ministraverint. Praedia igitur intercepta, non iura sunt.

17. En quod factum, quae triste piaret nefas, fames, ut aiunt, publica vindicavit, quia usui omnium proficere coepit quod proficiebat commodis sacerdotum. Propterea ergo detractis, ut aiunt, arbusta exuta corticibus suco miserabili deficientium ora lambebant. Propterea Chaoniam frugem glande mutantes rursus in pecudum pastus et ad infelicis victus alimenta revocati concussa quercu famem in silvis miseram solabantur. Nova videlicet prodigia terrarum, quae numquam ante acciderant, cum superstitio gentilis toto orbe ferveret. Revera quando ante vacuis avenis seges avari vota lusit agricolae et spem rusticae plebis quaesita sulcis frugis herba destituit.

---

190 quae — nefas] *cf.* Verg. Aen. 2, 184 **194** ora lambebant] *cf.* Verg. Aen. 2, 211 **194 sq.** Chaoniam ... glande mutantes] *cf.* Verg. Georg. 1, 8 **196 sq.** famem in silvis ... solabantur] *cf.* Verg. Georg. 1, 158 sq. **199 sq.** vacuis avenis seges ... lusit] *cf.* Verg. Georg. 1, 226; 1, 47 **201** quaesita sulcis ... herba] *cf.* Verg. Georg. 1, 134

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

188 subministrauerint *K* **189** praeda *B E F H L M Qac. Sac. W* L_1 intercepta] inter praecepta *Mac.* non *om. Mac.* **190** quae] quam *L*, quod *P* **a** piaret *O Q W* L_1 **rmk**, piare *cett.* **191** aiunt] agiunt *K* proficere] de- *Bpc.* **192** commodi *Eac. M* **193** exuta *om. O* **194** Chaoniam] ca- *L* **d**, achanoniam *B*, omnia *F*, chaononiam *M*, licaoniam L_1 **195** glande] cl- *L*, grande *Eac. H Mac. Qac.*, *om. B* **196** felicis *L* **197** solabantur *Apc. Eac. H M S* **adrm**, solamur *P*, -bamur *cett.* **198** antea *F L P* **199** avenis] hab- *E H L P Q S W*, abenis *M*, hauenis *Bpc. F* **200** seges] *add.* fallax *A K Msl. O* **adr**, fallax seges *S* luxit *F* **201** sulcis] fulcis *F* distituit *B E F M*

18. Et unde Graecis oracula habitae suae quercus, nisi quia remedium silvestris alimoniae caelestis religionis donum putarunt? Talia enim suorum munera credunt deorum. Quis Dodonaeas arbores nisi gentium populus adoravit, cum pabulum triste agri nemorum honore donaret? Non est verisimile quod indignantes eorum dii id pro poena intulerint quod solebant placati conferre pro munere. Quae autem aequitas ut paucis sacerdotibus dolentes victum negatum ipsi omnibus denegarent, cum inclementior esset vindicta quam culpa? Non est igitur idonea quae tantam aegritudinem mundi fallentis causa constrinxerit, ut virentibus segetibus subito spes anni adulta moreretur.

19. Et certe ante plurimos annos templorum iura toto orbe sublata sunt. Modone demum diis gentilium venit in mentem suas iniurias ultum ire? Propterea nec assueto cursu Nilus intumuit, ut urbicorum sacerdotum dispendia vindicaret, qui non vindicavit suorum?

20. Esto tamen; si superiore anno deorum suorum iniurias vindicatas putant, cur praesenti anno contemptui fuere? Iam enim nec herbarum vulsis radicibus rusticana

---

202 Graecis oracula habitae suae quercus] *cf.* Verg. Georg. 2, 16 **221 sq.** herbarum vulsis radicibus ... pascitur ... baccae] *cf.* Verg. Aen. 3, 649 sq.

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

202 et] sed *M* habitae *A B K S* **ark**, -ta *cett.* **dm** **203** regionis *F* dono *L* **204** putauerunt *M* **205** quis] quos *F L* **206** pabulum] *add.* iste *F* agri nemorum] sacri nemoris *A K Ssl.* **ark**, agri nemoris **d**, agrine morum *M*, *add.* s *ante* a *M*, agri memorum *L* honorem *M* **207** est] *add.* igitur *A K O* **d** dii] deorum *F L* **208** intulerunt *H M* **r** inferre *Pac.* **210** denegatum *P* **213** subito *O* **mk**, -a *cett.* moretur *M*, morentur *H* **216** ultu *B W* iri **a** nec] ne **d** assueto] adsuatu (-o *pc.*) *M* **217** orbicorum *M* **219** si *om. E H M Q S W* L_1 superiore anno] superiorum *Mac.* **220** uindicatus aputauit (am- *pc.*) *M*

plebs pascitur nec baccae silvestris explorat solatia nec cibum de sentibus rapit, sed operum laeta felicium, dum messes suas et ipsa miratur, explevit voti satietate ieiunium; usurarios nobis reddidit terra proventus.

21. Quis ergo tam novus humanis usibus ut vices stupeat annorum? Et tamen etiam superiore anno plerasque novimus provincias redundasse frugibus. De Galliis quid loquar solito ditioribus? Frumentum Pannoniae quod non severant vendiderunt et secunda Raetia fertilitatis suae novit invidiam; nam quae solebat tutior esse ieiunio, fecunditate hostem in se excitavit, Liguriam Venetiasque autumni frumenta paverunt. Ergo nec ille sacrilegio annus exaruit et iste fidei fructibus annus effloruit. Negent etiam quod largo fetu vineae redundaverint? Itaque et messem feneratam recepimus et liberalioris vindemiae beneficia possidemus.

22. Postremus superest et maximus locus, utrum ea quae vobis profuerint, imperatores, restituere subsidia debeatis; ait enim: Vos defendant, a nobis colantur. Hoc est, fidelissimi principes, quod ferre non possumus, quia exprobrant nobis vestro se nomine diis suis supplicare et vobis

---

224 messes suas et ipsa miratur] *cf.* Verg. Georg. 1, 103

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

223 rapit] sapit *F* felicium] fidelium *M*, *add.* al. fidelium *Smg.* 224 voti] uoci *B*, uota *F* satietatem *A M* 226 nouas *P* ut *A H K Msl. O S* L_1 **adrk**, *om. cett.* 228 fructibus *B F L P* **m** Galliis *H O S edd.*, -lis *cett.* 229 solitis *M* 230 severant] serue- *K*, seruarent *A* **d** secunda] fe- *O*, faecunda (foe- **r**) **ar** 232 in se hostem *tr. O P* uenetiamque *O* 235 f(o)eto *Bac. E F Mac.* redundaverint] -arunt *P*, -abunt *M* 236 liberaliores *Bac. E F H Mpc.*, -re *Mac.*, -tioris **a** 238 utrum] ut *O* 239 profuerunt *P* subsidia restituere *tr. P* 240 defendat *A K* collocantur *M* est] enim *Lac.*, etenim *Lpc.* 241 principis *Bac. F L* exprobrant] -rarunt *E H Q W* L_1 **d**, -bauerunt *M* 242 suis] uestris *M* subplicari *F* et] *om. M*

non mandantibus sacrilegium immane committunt dissimulationem pro consensu interpretantes. Sibi habeant praesidia sua, suos si possunt illa defendant. Nam si his a quibus coluntur auxilio esse non possunt, quomodo possunt vos defendere a quibus non coluntur?

23. Sed maiorum, inquit, servandus est ritus. Quid quod omnia postea in melius profecerunt? Mundus ipse qui vel primum coactis elementorum per inane seminibus tenero orbe concreverat vel confuso adhuc indigesti operis caligabat horrore, nonne postea distincto caeli maris terrarumque discrimine rerum formas quibus speciosus videtur accepit? Exutae umentibus tenebris novum terrae stupuere solem. Dies in exordio non refulget, sed in processu temporis incremento luminis micat et caloris exaestuat.

24. Luna ipsa, qua propheticis oraculis species ecclesiae figuratur, cum primum resurgens in menstruas reparatur aetates, tenebris noctis absconditur paulatimque cornua sua complens vel e regione solis absolvens clari splendore fulgoris irrutilat.

25. Exerceri in fructus terrae antea nesciebant. Post

---

249 sqq. mundus... coactis... per inane seminibus tenero orbe concreverat... confuso adhuc indigesti operis... maris terrarumque... rerum formas... novum terrae stupuere solem] *cf.* Verg. Buc. 6, 31—38 **257 sqq.** luna... cornua... complens] *cf.* Verg. Aen. 3, 645 luna — figuratur] *cf.* Hex. 4, 8, 32—9, 34 **262 sq.** exerceri... imperare arvis... agricola] *cf.* Verg. Georg. 1, 99

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

243 non *om. W* **244** habent *F L P* **244 sq.** praesidias suas *Bac.*, praedia sua *A M* **245** his] iis **arm** **246** uos quomodo possunt *tr. A* **248 sq.** quid quod] quicquid *F Wac.*, quod quid *M* **249** in *om. M* **252** distinctio *B Qac.* **254** exutae umentibus] iuxta eum entibus *Mac.* terrae] testamentum *Mac.* **256** calores *Bpc.* **257** qua *O P* L_1 **drmk**, quae *cett.* **258** resurgens] ipse surgens *O* **259** noctis] nobis **m** **260** vel — absolvens *om. E Mac. O Q Sac. W* L_1 splendori *K* **262** ante **rm**

ubi imperare arvis sollicitus coepit agricola et informe solum vestire vinetis, silvestres animos domesticis mollitae cultibus exuerunt.

26. Anni ipsius aetas prima quae † nos usu parili coloravit † nuda gignentium sed in processu lapsuris floribus vernat, postremis adolescit fructibus.

27. Nos quoque aevi rudes sensus habemus infantiae, sed mutati in annos ingenii rudimenta deponimus.

28. Dicant igitur in suis omnia manere debuisse principiis; mundum tenebris obductum, quia splendore solis illuxerit, displicere. Et quanto gratius est animi tenebras depulisse quam corporis, fideique iubar emicuisse quam solis? Ergo et mundi sicut omnium rerum primaeva nutarunt ut venerabilis canae fidei sequeretur senectus. Quos hoc movet reprehendant messem, quia sera fecunditas est, reprehendant vindemiam, quia in occasu anni est, reprehendant olivam, quia postremus est fructus.

29. Ergo et messis nostra fides animorum est; eccle-

---

267 nuda gignentium] *cf.* Sall. Iug. 79, 6; In ps. 118, 5, 13; In Luc. 8, 28; De Cain 8, 26; Hex. 1, 8, 28 **269 sq.** *cf.* 1 Cor. 13, 11 **276** venerabilis — senectus] *cf.* Sap. 4, 8 sq.

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

263 sollicite *O* **264** vinetis] uinctis **d** domesticos *Lac.* **266** quae — **267** coloravit *codd.* **admk**, *hic locus corruptus videtur*, campos visu parili coloravit **r** nuda **r**, nutu *codd.* **admk** usu parili] usurpari *M* **267** sed *om. O* **268** postremo *O* **269** rudis *A K* habuimus *P* infantiae **ar**, -am *codd.* **dmk** **270** deposuimus *P* **271 sq.** principis *Eac. Mac. Qac. W* L_1 **273** grauius *M* **274** fideique — **276** canae *om. E Mac. Q W* iubare micuisse *A F H K Lac. P S* **ad** **275** sol *S* **275** primaeva] prima aeua *Apc.* **d**, primitiua *H*, primui *S*, primaeva viam **ar** nutarunt] nit- *Bac.*, nituerunt *Bpc.*, mut- *Apc.* **adr** **276** ut *om. F* uenerabiles cenae *K* **277** hoc] homo **d** reprehendat *Bac.* foecunditatis **d** est] et *F L P* **279** fructus est *tr. O P* **280** nostra] non una *F* animarum *H S* **adr** est] in **r**, *add.* est *M* ecclesia *Bac. E F L M Q S W* L_1 **r**

siae gratia meritorum vindemia est, qua ab ortu mundi virebat in sanctis, sed postrema aetate se diffudit in populos, ut adverterent omnes non rudibus animis irrepsisse fidem Christi — nulla enim sine adversario corona victoriae —, sed explosa opinione quae ante convaluit, quod erat verum iure praelatum.

30. Si ritus viteres delectabant, cur in alienos ritus eadem Roma successit? Omitto absconditam pretio humum et pastorales casas auro degeneri renitentes. Quid ut de ipso respondeam quod queruntur captarum simulacra urbium victosque deos et peregrinos ritus sacrorum alienae superstitionis aemuli receperunt? Unde igitur exemplum quod currus suos simulato Almonis in flumine lavat Cybebe? Unde Phrygii vates et semper invisa Romanis non aequae Carthaginis numina? Quam caelestem Afri, Mithram Persae, plerique Venerem colunt pro diversitate nomi-

284 sq. *cf.* 2 Tim. 3, 12 **289** pastorales casas] *alludit ad casam Romuli in monte Palatino sitam* **293 sq.** Almonis — Cybebe] *cf.* Ovid. fast. 4, 339—342: est locus in Tiberim qua lubricus influit Almo ... illic purpurea canus cum veste sacerdos Almonis dominam sacraque lavit aquis (*sc. Mart. 27*) **294** Phrygii vates] *Cybebe dea Phrygia inde ab a. 204 a. Chr. n. a Romanis colebatur*

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

281 qua] quae *F H M* ab ortu] ad ortum (hor- *L*) *Bac. F L P* **282** se *om. B* **283** populis *F* animis] annis *O* **284** nulla — **285** victoriae *om. O* **285** explosa] *add.* ea *A H K S* **adr**, explorata *M*, *add.* i. eiecta *Lsl.* convaluit] *add.* id *A K Mpc. S* **adr** **286** verum] *add.* fit **m** iure] in iure *B F L*, iniuri(a)e *E H M Q S W* L_1 perlatum *M* **287** ritis *F* **289** pastoralibus *M* ut *Bpc. O* **armk**, quod *cett.* **291** et] ut *E H M S W* **d** **293** cursus *F P* simulato *om. P* Almonis] alchmenis *P*, *add.* uel almonis *Psl.* labatur *P* Cybebe *Aac. B E F K M Qac. W*, cybele *cett. edd.* **294** inuita **d** **294 sq.** non aequae] noueque *L*, non aequa *P*, *add.* eque *Psl.* **295** quam] qua *E M Q W* caelestem Afri] caeleste (-em *Qpc.*) mari *E M Q W*, celestem mauri *H S* **d**, caelestem maris L_1 **296** Venerem] uenerent *O*

nis, non pro numinis varietate. Sic deam esse et victoriam crediderunt, quae utique munus est, non potestas; donatur non dominatur, legionum gratia non religionum potentia. Magna igitur dea quam militum multitudo sibi vindicat vel proeliorum donat eventus?

31. Huius aram strui in urbis Romae curia petunt, hoc est quo plures conveniunt Christiani. Omnibus in templis arae, ara etiam in templo victoriarum. Quoniam numero delectantur, sacrificia sua ubique concelebrant. Quid est nisi insultare fidei unius arae sacrificium vindicare? Ferendumne istud ut gentilis sacrificet et Christianus intersit? Hauriant, inquit, hauriant vel inviti fumum oculis, symphoniam auribus, cinerem faucibus, tus naribus et aversantium licet ora excitata focis nostris favilla respergat. Non illis satis sunt lavacra, non porticus, non plateae occupatae simulacris? Etiamne in communi illo concilio non erit communis conditio? Obstringetur pia senatus portio obtestantium vocibus, adiurantium sacramentis? Si refutet vidébitur mendacium prodere, si acquiescat sacrilegium confiteri.

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

297 varietate] -em *Mac.*, uaria aetate *B* **298** manus *Bac.* non *om. W* **299** religionum] legionum *F* **300** dea quam] deamque *M*, dea qua *F* multitudo militum *tr. Oac.* sibi] sui *Bac.*, suorum *Bpc.* vel *om. F* **302** struit *M* romanae *P* **303** quo] quod *Bac. E F M Q W*, ubi *P*, *add.* uel quo *Psl.* **304** arae ara] ara aerea *Lpc.*, ara *del. B* victoriarum] -iae *O*, -iam *M* quoniam] quō *E Q*, quomodo *M S*, quando **a**, *add.* etiam *O* **305** quid] *add.* ergo *Ssl.* **306** insulta *M* arae] arte *M* **308** hauriant (1)] *add.* omnes *Asl. H M S* **adr** inquiunt *O* **309** aduersantium *codd.* **ad** **311** illi **m** **312** etiamne] et itemne *B* commune *F* **313** conditio] dicio *L*, uel edictio *Psl.* obstringetur] -itur *Bpc. E H M O Q S W* L_1 **314** sacramentis] -um *M*, simulachris *P*

32. „Ubi", inquit, „in leges vestras et verba iurabimus?" Ergo mens vestra quae legibus tenetur inclusa caerimoniis gentium suffragium colligit, fidem stringit? Iam non solum praesentium sed absentium etiam et quod est amplius, imperatores, fides vestra pulsatur; vos enim cogitis si iubetis. Constantius augustae memoriae nondum sacris initiatus mysteriis contaminari se putavit, si aram illam videret. Iussit auferri, non iussit reponi. Illud auctoritatem facti habet, hoc praecepti non habet.

33. Nemo sibi de absentia blandiatur; praesentior est qui se animis inserit quam qui oculis protestatur. Plus enim est mente connecti quam corpore copulari. Vos senatus cogendi concilii praesules habet, vobis coit, vobis conscientiam suam non diis gentium praestat, vos liberis suis non tamen fidei suae praefert. Haec est caritas expetenda, haec est caritas maior imperio, si fides tuta sit quae servat imperium.

34. Sed fortasse aliquem moveat ita fidelissimum principem destitutum, proinde quasi meritorum pretium caducis aestimetur praesentium. Quis enim sapiens non in orbe

---

322 sq. Constantius ... nondum sacris initiatus mysteriis] *Constantius in fine vitae baptizatus est, cf. Socr. 2, 47* **334 sq.** fidelissimum principem destitutum] *sc. Gratianum, qui ab exercitu destitutus Maximo usurpatore auctore Lugduni a. 383 occisus est*

ABEF[*H*]*KLMOPQSW*[L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

317 in] per *B* iurabimus] -uimus *BFL*, -bimur *EMQW* **318** mens vestra] mensuram *W* **a** **321** enim] ergo *F* **322** Constantius] -inus *P*, *add.* uel tius *Psl.* **326** sibi] si **d** **327** se *om. M* inseret *F* **327 sq.** est enim *tr. OL*$_1$ **328** corpori *F* **329** consilii **r** coit (cogit *Mpc.O*) vobis *AKMpc.O edd., om. cett.* **330** prestet *M* vos] uobis *EMQW* **331** praefert] prestet *M* est *om. O* expectanda *B* **332** est *om. O* **d** caritas *om. B* tuta] tua *EHMQSW*

quodam atque circuitu locata humanarum rerum novit negotia, quia non eosdem semper successus habent sed variant status et mutant vices?

35. Quem beatiorem Gnaeo Pompeio Romana templa miserunt? At is cum tribus triumphis terrarum cinxisset orbem pulsus acie bello profugus et sui terminis exsul imperii Canopei manu spadonis occubuit. **36.** Quem nobiliorem Cyro Persarum totius Orientis terrae regem dederunt? Is quoque cum principes potentissimos adversantes vicisset, victos reservasset, muliebribus armis fusus interiit. Et ille rex qui superatos etiam consessus honore donaverat exsecto capite et intra utrem plenum cruoris incluso femineis imperiis ludibrio fuit. Adeo in istius vitae curriculo non paria paribus sed longe diversa referuntur.

37. Quem etiam magis sacrificiis deditum quam Carthaginensium ducem Hamilcarem reperimus? Qui cum toto proelii tempore inter acies positus dimicantes sacrificium faceret, ubi partem suorum victam esse cognovit, in ipsos quos adolebat se praecipitavit ignes, ut eos vel corpore suo restingueret quos sibi nihil profuisse cognoverat.

---

340 sqq. *de Pompei morte cf.* Plut. vit. Pomp. **343** Canopei... spadonis] *a Canopo Aegypti civitate vocati* **346** muliebribus] *Tomyris Scytharum regina Cyrum dolo devicit, cf.* Herod. 1, 205 sqq.; Frontin. Strat. 2, 5, 5; Iust. 1, 8 **347** superatos] *e.g. Croesum regem Lydorum, cf.* Herod. 1, 86 sqq.

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

338 qui *K* habet *F* **340** Gnaeo] geneo *B*, negio *Mac.*, gneio *Lac.O* **341** miserunt] *add.* uel ui *Bsl.* at is] actis *F* terrarum *om. P* **342** sui terminis] suis t. *E M O Q W*, terminis suis *H S* **d** **343** canopeiae *F* **344** terrae orientis *tr. M* **345** his *Bac.E Mac.Qac.War.* **347** consessus *om. O* **348** cruoris] *add.* satiari iussus *A H K Msl.S edd.* **351** sacrificiis] -ium *F L* **352** Hamilcarem] hannibalem *Pac., add.* uel hannibalem *sl. et del.* **354** partem] parem *Bac.Eac.F Mac.* **355** praecipitabat *B* vel *om. P* corpore] cruore **a** **356** restringueret *B* quos] quo *Eac.M Q W*

38. Nam de Iuliano quid loquar? Qui cum responsis haruspicum male credulus esset ademit sibi subsidia revertendi. Ergo in communi casu non est communis offensa, neminem etenim promissa nostra luserunt.

39. Respondi lacessentibus tamquam non lacessitus, refellendae etenim relationis, non exponendae superstitionis mihi studium fuit. Te tamen, imperator, ipsa eorum relatio faciat cautiorem. Nam cum de superioribus principibus texuisset, quia prior eorum numerus caerimonias patrum coluit, recentior non removit, addidisset etiam: Si exemplum religio veterum non facit, faciat dissimulatio proximorum; evidenter docuit quod et fidei tuae debeas, ut gentilicii ritus non sequaris exemplum, et pietati ut fratris statuta non violes. Si enim pro suis dumtaxat partibus eorum dissimulationem principum praedicarunt, qui cum essent christiani decreta tamen gentilium minime removerunt. Quanto magis amori debent deferre fraterno, ut qui dissimulare deberes etiamsi quid forsitan non probares, ne fraternis derogares statutis, et nunc teneas quod et fidei tuae et germanitatis necessitudini iudicas convenire.

---

357 Iuliano] *de eius fine cf.* Amm. Marc. 25, 3, 6 sqq. 358 ademit sibi subsidia revertendi] *cum naves incendendas curavisset, cf.* Amm. Marc. 24, 7, 4

A B E F [*H*] *K L M O P Q S W* [L_1]; *edd.* (= **adrmk**)

---

358 esset] est *B E M Q W* L_1, et *P* 359 casu] usu *O* 360 nostra luserunt] nomina luxerunt *F* 363 te tamen *A H K Mpc. O S edd.*, etame *E M Q*, etiame *Wac.*, etiam et *Wpc.*, et tamen L_1, te tum (tecum *F L*) enim *B F L P* 364 faciet *M P* 365 texuisset] ex- *F L P* numerus *om. O* 367 religio] *add.* mihi *Msl.* faciat] facit *B* 368 quid **m** 369 gentilici *B Eac. F L M O Q Wac.*, gentilium *H* 370 partibus dumtaxat *tr. Oac.* 373 debent] debes *B* **m** referre *O* ut *om. F* qui] quid *M Q Wpc.* L_1 374 simulare *O* dissimulare deberes] dissimulares *F* 375 derogares] -re *E Q W*, -et *M* 376 convenire] *add.* Explicit libellus ambrosii oblatus ab eodem ualentiniano augusto *O*

LXXIIII (*Maur. 40*)

Clementissimo principi ac beatissimo Imperatori Theodosio Augusto Ambrosius episcopus

1. Exercitus semper iugibus fere curis sum, imperator beatissime, sed numquam tanto in aestu fui quanto nunc, cum video cavendum ne quid sit quod ascribatur mihi etiam de sacrilegii periculo. Itaque peto ut patienter sermonem meum audias; nam si indignus sum qui a te audiar, indignus sum qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas committas preces. Ipse ergo non audies eum quem pro te audiri velis, non audies pro se agentem quem pro aliis

---

Scripta aestate a. 388, cf. Proleg. I 2.4. — Haec epistula ante editionem nonnullis locis mutata est, cf. Proleg, I 1.2; epistula revera ad imperatorem missa una cum epistula de eadem re ad sororem directa servata est (= ep. extra coll. 1 a)

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1R_1$ *Hinc.* [*l. 1—76*]) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

1 LXXIIII *A*, LXXV *W*, LXXVI *EKLMNQ* **d**, LXXVII *F*, LXXVIII *O*, XXXVII *P*, *om.* $BHSB_1R_1$, XXIX **a**, XVII **r** Incipit epistula sancti ambrosii ad theodosium $BB_1L_1O_1R_1$, Epistula sancti (beati *O*) ambrosii ad theodosium augustum *FO*, Epistula sancti ambrosii ad imperatorem theodosium in qua rogat ne incensa synagoga uindicetur in christianos uel ab episcopo reedificetur *P* 2 Clementissimo — 3 episcopus] Ambrosius Theodosio Imperatori β Clementissimo] Clarissimo *S* principi *om. N* imperatori] *add.* Valentiniano *S* 3 Augusto *om.* B_1 episcopus *om.* B_1 4 exercitus semper] exercitiis semper (*add.* ac *P*, et *Hinc.*) *LP Hinc.*, semper *om.* **r** fere] seu *L* 4 **sq.** imperator beatissime] *add.* deditus *LP Hinc.*, *om.* β 5 aesto *Bac. Lac.* B_1*ac.* 6 video] *add.* mihi β sit] si *A* quod *om. Mac.* 8 meum] *add.* imperator β 9 pro *om. Mac.* 10 audies] -as FO_1 11 uellis *Bac.*

audisti? Nec vereris iudicium tuum, ne cum indignum putaris quem audias, indignum feceris qui pro te audiatur?

2. Sed neque imperiale est libertatem dicendi negare neque sacerdotale quod sentiat non dicere. Nihil enim in vobis imperatoribus tam populare et tam amabile est quam libertatem etiam in his diligere qui obsequio militiae vobis subditi sunt. Siquidem hoc interest inter bonos et malos principes quod boni libertatem amant, servitutem improbi. Nihil etiam in sacerdote tam periculosum apud deum, tam turpe apud homines quam quod sentiat non libere denuntiare. Siquidem scriptum est: *Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar*, et alibi: *Fili hominis, speculatorem te posui domui Israhel, in eo*, inquit, *ut si avertatur iustus a iustitiis suis et fecerit delictum, quia non distinxisti ei*, hoc est non dixisti quid sit cavendum, *non retinebitur memoria iustitiae eius et sanguinem eius de manu tua exquiram. Tu autem si distinxeris iusto ut non peccet et ipse non peccaverit, iustus vita vivet quia distinxisti ei et tu animam tuam liberabis.*

---

22 Ps. 118, 46 23 Ez. 3, 17 24—30 Ez. 3, 20 sq.

α (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*R*$_1$ *Hinc.* [*l. 1—76*]) *β* (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**)

---

12 audisti] audiat dominus *β* vereris] uerberis *Apc.Spc.* **13** putaris] uereris *β* putaris — indignum *om.* *R*$_1$ audiatur] -iam *B*$_1$ **14** negare] dene- **rm** **15** sentiat] -as *BLPac.R*$_1$ *Hinc.* *β* **m** **17** his] iis **rm** uobis militiae *tr.* *β* **20** etiam] enim *β* sacerdotem *Ear.* **21** quod sentiat] cons- *L* denuntiare] pro- *HP* **r** **22** et loquebar *om.* *K* in] de *AHL*$_1$ **adr**, de in *Qac.*, *add.* al. *ante* de *Qsl.* in testimoniis tuis *om.* *β* **23** filii *M* **m** **25** aduertatur *R*$_1$ **26** distinxisti] dixisti *FHO* dixisti] distinxisti *β*, *add.* ei *FPL*$_1$ **28** exquiram] requiram *BEac.FHMSB*$_1$*O*$_1$ *(Vulg.)* distinxeris] dixeris *FH* non ut *tr.* *A* **29** iustus *om.* *P* distinxisti *B*$_1$ *β*, dixisti *α edd.* **29 sq.** tu — tuam] tuam animam *B*$_1$ **30** liberasti *FP*

3. Malo igitur, imperator, bonorum mihi esse tecum quam malorum consortium et ideo clementiae tuae displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentii mei periculo involveris, libertatis bono iuvaris. Non ergo importunus indebitis me intersero, alienis ingero, sed debitis obtempero, mandatis dei nostri oboedio. Quod facio primum tui amore, tui gratia, tuae studio conservandae salutis. Si id mihi vel non creditur vel interdicitur, dico sane divinae offensae metu. Nam si meum periculum te exueret, patienter me pro te offerrem sed non libenter; malo enim te sine meo acceptum deo esse et gloriosum periculo. Sin autem silentii mei dissimulationisque culpa et me ingravat nec te liberat, malo importuniorem me quam inutiliorem aut turpiorem iudices. Siquidem scriptum est dicente sancto apostolo Paulo, cuius non potes doctrinam refellere: *Insta opportune importune, argue obsecra increpa in omni patientia et doctrina.*

4. Habemus ergo et nos cui displicere plus periculi sit, praesertim cum etiam imperatoribus non displiceat suo quemque fungi munere et patienter audiatis unumquemque

46 2 Tim. 4, 2

α (= *A B E F* [*H*] *K L M N P Q S W* B_1 [L_1] O_1 R_1 *Hinc.* [*l. 1—76*]) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

33 sacerdotibus *Mac.* silentio R_1 **33 sq.** silentii mei] si silentio in β **35** importunis *A* indebites R_1 me indebitis *tr. H* alienis] *add.* et β ingero — debitis] ingeris debitis sed *A* ingero] insero *H* **37** tui gratia] gratiae *A K* **38** vel (1) *om. E F H Mac. P Q W* L_1 O_1 **d** vel (2) *om. Mac.* interducitur *L* **39** metu] memor β meum] mecum *B* periculo R_1 **39 sq.** te exueret] texueret *B*, te *om. Aac.*, tu auxeris β **40** me *om.* B_1 offerrem] offerem LP_1, offeram *Bac.* **41** sine meo] metu *Mac.*, sine metu *Mpc.* esse] *add.* periculo *Q W* L_1, *add. in mg.* al. quam tecum esse in periculo *W* gloriosum] periculosum *E F Mac. Q W* L_1 O_1 et periculosum] quam tecum esse in *Qpc.* **42** mei dissimulationisque] dissimulationis mei quae B_1 **43** liberat *om.* B_1 molo *F* **45** sancto *et* Paulo *om. K* potest *A K* doctrina *E* **46** repellere B_1 opportune] *add.* et *Msl.*

pro suo suggerentem officio, immo corripiatis si non utatur militiae suae ordine. Quod ergo in his libenter accipitis qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus potest molestum videri cum id loquamur non quod volumus sed quod iubemur? Scis enim lectum: *Cum stabitis ante reges et praesides nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Et tamen si in causis rei publicae loquar quamvis etiam illic iustitia servanda sit, non tanto astringar metu si non audiar; in causa vero dei quem audies, si sacerdotem non audies, cuius maiore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere si sacerdos non audeat?

5. Novi te pium clementem mitem atque tranquillum, fidem ac timorem domini cordi habentem; sed plerumque aliqua nos fallunt. *Habent* aliqui *zelum dei sed non secundum scientiam.* Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat cavendum arbitror. Novi pietatem tuam erga deum, lenitatem in homines; obligatus sum beneficiis tuarum indulgentiarum. Et ideo plus metuo, amplius sollicitor, ne etiam ipse tuo me postea iudicio condemnes, quod mea aut dissimulatione aut adulatione prolapsionem non evitaveris.

---

55 Mt. 10, 18—20 66 Rom. 10, 2

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1R_1$ *Hinc.* [*l. 1—76*]) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

51 corripiatis] corripiatur β **52** ergo — **53** hoc *om. Mac.* his] iis **rm** accepitis *Bac.* R_1 **53** num] non *Bpc.m1 Wac.* **55** lectum] *add.* est *Msl.* stabitis] stabis *Bac.*, fratribus *Mac.* **57** loquimini] -amini *F* **58** et] cui β **61** audies (2)] -as *P* peccatur] peccatum *Epc.Fpc.MQW* L_1, peccat *Fac.*, *add.* peccatur *Msl.* **61sq.** periculo peccatur *tr. A* **63** audiat *EFNac.* **67** fidelibus] *add.* se B_1 **71** postea me *tr. A*, postea *om. P* mea] me *EFac.Mac.QW* O_1 R_1 **72** dissimulationes *Ear.*

Si in me peccari viderem, non deberem tacere, scriptum est enim: *Si frater tuus in te peccaverit, corripe illum primo, deinde increpa duobus et tribus testibus; si te non audierit dic ecclesiae.* Causam ergo dei tacebo? Quid igitur sit quod metuam consideremus.

6. Relatum est a comite orientis militarium partium incensam esse synagogam idque auctore factum episcopo. Iussisti vindicari in ceteros, synagogam ab ipso exaedificari episcopo. Non astruo expectandam fuisse assertionem episcopi; sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum et ipsi moventur iniuria dei aut ecclesiae contumelia. Sit aliqui iste episcopus ferventior in

---

74 Mt. 18, 15—17 **78** a comite orientis] *inde a Constantino comites cuiusdam rei causa in provincias missi sunt, qui post reditum de hac re imperatorem certiorem faciebant, cf.* c. Theod. 1, 16, 6 (a. 331): comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium voces ad nostram scientiam referentibus; *comes orientis inde a saeculo quarto medio locum vicarii tenuit, cf.* RE IV 622 sqq. **79** incensam esse synagogam] *sc. Callinici (hodie ar-Raqqah, cf.* Paredi Politica 99), *cf. l. 144*

α (= *ABEF*[*H*]*KLMNOPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*R*$_1$ *Hinc.* [*l. 1—76*]) β (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**) *Hinc. des. l. 76* tacebo

---

74 si — peccaverit] quodsi peccaverit in te frater tuus vade et β illum — **75** audierit] eum inter te et ipsum; si te audierit lucratus es fratrem tuum, si autem non te audierit adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum; quodsi non audierit eos β primo] secreto primum *P* **75** increpa] *add.* coram *Ssl.L*$_1$*sl. Hinc.* et] aut *P Hinc.* **m** testibus] uicibus *O*$_1$ **76** causam — tacebo] advertis ergo, imperator, quod causam dei dissimulasse non queam β **78** partum *B* **79** idque] atque *Mpc.* auctorem *ABar. Ear.Fac.KMNar.Qac.B*$_1$*R*$_1$ factum] factorem *M*, facto *R*$_1$ episcopi *AK* **80** iussisti — in] iusti uindicare inter *M* iussisti] *add.* primo β synagogam] -a *M*, *add.* uero *Wsl.* exaedificari] edificare *M*, (a)edificari *Epr.HQSWL*$_1$ **ad** **81** non] nuntium *O* astruo] asseruo *L* adserationem *B*$_1$ **84** sit] fit *LL*$_1$ aliqui] -quis β **ar**, -quid *P*, alioquin *Fpc.QW* **m** aliqui iste] -quis te *B*$_1$ in *om.* β

exustione synagogae, timidior in iudicio, non vereris, imperator, ne acquiescat sententiae tuae, ne praevaricetur non times?

7. Non etiam vereris quod futurum est, ne verbis resistat comiti tuo? Necesse erit igitur, ut aut praevaricatorem aut martyrem faciat; utrumque alienum temporibus tuis, utrumque persecutionis instar, si aut praevaricari cogatur aut subire martyrium. Vides quo inclinet causae exitus. Si fortem episcopum putas, caveto martyrium fortioris, si inconstantem, declina lapsum fragilioris; plus enim astringitur qui labi infirmum coegerit.

8. Hac proposita condicione puto dicturum episcopum quod ipse ignes sparserit, turbas compulerit, populos conduxerit, ne amittat occasionem martyrii et pro invalidis subiaciat validiorem. O beatum mendacium, quo acquiritur sibi aliorum absolutio, sui gratia. Hoc est, imperator, quod poposci et ego ut in me magis vindicares et hoc si crimen putares mihi ascriberes. Quid mandas in absentes iudicium? Habes praesentem, habes confitentem reum. Proclamo quod ego synagogam incenderim, certe quod ego illis mandaverim, ne esset locus in quo Christus negaretur. Si

---

α (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*R*$_1$) *β* (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**)

---

86 praeuaricaretur *Qpc.* **87** timeo *β* **88** uereris etiam ne uerbis quod futurum est *tr. P* **89** igitur erit *tr. P* **91** utrumque] utrum *W* praevaricari] -catio *M* **92** martyrium subire *tr. β* quod *B* causa *P* **93** exitus *om. LP* si fortem] si forte *Aac.Eac.FKMN Qac.WO*$_1$, exsortem *LP* **95** adstringetur *Mac.* cogitur *M* **96** hac] ac *B*$_1$*ac.*, a *B*$_1$*pc.*, haec *A* praeposita *FO*$_1$ **97** igne *FO*$_1$ populus *Bac.R*$_1$ conduxerit] concluserit *HS* **a** **99** subiaciat] *add.* se *WL*$_1$ invalidiorem **m** quod *Ear.MQW* **100** absolutione *W* **101** magis *om. P* si hoc *tr.* **m** **102** quod *W* **104** ego (1)] *add.* confitentem *M* certe *om. L* **105** in quo] in *Eac.Fac.O*$_1$*ac.*, ut *Epc.Mac.QW*

obiciatur mihi cur hic non incenderim, divino iam cremari coepit iudicio, meum cessavit opus. Et si verum quaeritur ideo segnior fui, quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerem quod nullo ultore sine praemio foret? Tangunt haec verecundiam, sed revocant gratiam, ne fiat quod dei summi contrahatur offensio.

9. Esto tamen, nemo episcopum ad hoc munus conveniat; rogavi enim clementiam tuam et licet ipse hoc revocatum adhuc non legerim revocatum tamen constituamus. Quid si alii timidiores dum mortem reformidant offerant, ut de suis facultatibus reparetur synagoga, aut comes ubi hoc compererit primo constitutum ipse de Christianorum censu exaedificari iubeat? Habebis, imperator, comitem praevaricatorem et huic vexilla committes victricia, huic labarum hoc est Christi sacratum nomine, qui synagogam instauret quae Christum nesciat? Iube labarum synagogae inferri, videamus si non resistunt.

10. Erit igitur locus Iudaeorum perfidiae factus de exuviis ecclesiae et patrimonium quod favore Christi acquisitum est Christianis hoc transferetur ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus condita de ma-

119 labarum] *i. e. velum augustale, cf.* Euseb. vit. Const. 1, 31; 2, 8

α (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSW* B_1[L_1]O_1R_1) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**) R_1*des. l. 119* praevaricatorem

---

106 hic] hanc β **107** iudicium R_1 **108** fuit *Lac. M* **110** fiat] fiant *L*, *add.* opus *HS* **adr** quod] quo de *Aac.*, quo *Apc.Fpr.HPSL*$_1$ *edd.* **111** contrahat *Fac.*, -hatus O_1 porum *EFHMQSW* L_1O_1 **ad** **115** alia B_1 morte R_1 **116** ubi] ut *EFMac.QW* L_1O_1 hoc *om. L* **117** constituto B_1 christianorum de *tr. P* censum *Fac.* R_1 **118** habebit *B* **119** committis *Epc.H* **120** sacratum] sacramentum B_1 nomine] *add.* signum **r** **121** quae] qui *Bac.* **122** resistunt] *add.* milites β **123** Iudaeorum locus *tr. H* β perfidia *A* factus] fructus B_1 **123 sq.** de exuviis] dexuuiis *F*, de subiis *A* **126** legimus] legibus *Bac.*

nubiis Cimbrorum, de spoliis reliquorum hostium. Hunc titulum Iudaei in fronte synagogae suae scribent: „Templum impietatis factum de manubiis Christianorum."

11. Sed disciplinae te ratio, imperator, movet. Quid igitur est amplius, disciplinae species an causa religionis? Cedat oportet censura devotioni.

12. Non audisti, imperator, quia cum iussisset Iulianus reparari templum Hierosolymis, divino qui faciebant repurgium igne flagrarunt? Non caves ne etiam nunc fiat? Adeo a te non fuit iubendum ut Iulianus hoc iusserit.

13. Quid tamen movet, utrum quia quodcumque aedificium publicum exustum est an quia synagogae locus? Si aedificio incenso moveris vilissimo — quod enim in tam ignobili castro esse potuit? —, non recordaris, imperator, quantorum Romae domus praefectorum incensae sint et nemo vindicavit? Immo si quis imperatorum voluit factum severius reprehendere, eius magis qui tanto est perculsus dispendio causam gravavit. Quid igitur dignius ut Callinici castri in parte aliqua aedificiorum incendium an urbis

---

126 sq. de manubiis Cimbrorum] *Qui ex extremis regionibus (Jütland) a. fere 120 a. Chr. n. profecti cum Teutonibus primi Germani Romanis nonnullas clades intulerunt et demum a Mario et Catulo a. 101 apud Vercellas devicti sunt, cf.* RE III 2547 sqq. **133 sq.** *cf.* Amm. Marc. 23, 1, 2 sq.; Theod. 3, 20 **139 sq.** in tam ignobili castro] *aliter* Amm. Marc. 23, 3, 7: munimentum robustum et commercandi opimitate gratissimum **141** Romae — sint] *a. 365 et 388, cf.* Palanque 213 not. 82

α (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$) *β* (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**)

---

130 disciplinae] -a et *β* moveat **r** **131** amplius est *tr. N* **132** devotioni] religioni *P* **133.135** non] num *P* **134** Hierosolymis] *add.* quod **r** **135** flagrarunt] -rint **r**, -uerint *β* fiat] faciat *AEHMQSW* **ad**, *add.* uel (al. *Q*) fiat *Qsl. Wsl.*, faciantur *FO*$_1$ **136** a te] autem *β* iusserit] dixerit *EFHMQSWL*$_1$*O*$_1$ **137** mouetur *FO*$_1$ **139** aedificium *M* moueris incenso *tr. P* quod] quid **rm** **140** non] num *P* **141** sunt *EHQWL*$_1$ **142** imperator *L* **144** gravavit *Bpc. L β* **rm**, grauit *Bac.*, curauit *P*, grauet *cett.* **ad**

Romae vindicandum aestimaretur, si oporteret tamen? Constantinopoli dudum domus episcopi incensa est et filius clementiae tuae intercessit apud patrem, ut et suam hoc est filii imperatoris iniuriam et domus sacerdotalis incendium non vindicares. Non consideras, imperator, ne et hoc cum vindicari iusseris ipse iterum interveniat ne vindicetur? Sed bene illud acquisitum est a patre filio, dignum erat enim ut suam iniuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratiae distinctione divisum est ut et filius pro sua et pater pro filii iniuria rogaretur; hic nihil est quod filio reserves et vide ne quid deo deroges.

14. Non est ergo causa tantae commotioni idonea, ut propter aedificii exustionem in populum tam severe vindicetur, multo autem minus quia synagoga incensa est, perfidiae locus, impietatis domus, amentiae receptaculum, quod deus damnavit ipse; sic enim legimus per os Ieremiae dicente domino deo nostro: *Et faciam domui ubi invocatum est nomen meum super ipsam, in qua confiditis vos, et loco quem dedi vobis et patribus vestris sicut feci Selon; et*

---

147 Constantinopoli dudum domus episcopi incensa est] *cf.* Socr. 5, 13 *qui domum Nectarii episcopi (ab a. 381) ab Arrianis incensam esse narrat* filius] *sc.* Arcadius **162** *Ier. 7, 14—17

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1$) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

146 existimaretur **r** oporteret] *add.* et $EFHQSWL_1O_1$ **d**, -eri et M tam B_1 **147** Constantinopoli] -politani β episcopi] -ii β et] ei B **149** est] *add.* et P imperatoris] *add.* an *Wac.* **150** non (2)] num P **151** interuenias *Qpc.* **155** hinc **m** **158** exustionem] excusationem $EFac.MO_1$ **161** deus *om.* $EFMac.QWO_1$ **161 sq.** dicente per os Ieremiae *tr.* B_1 β **162** deo nostro *om.* K nostro deo *tr.* B_1 **163** meum] tuum $Mpc.$ loco *om.* B_1 **164** Selon] zelon L, sylo HPS **a**, selom B_1, silo **dr**

proiciam vos a facie mea sicut proieci fratres vestros omne semen Effrem. Et tu noli orare pro populo isto et noli postulare illis misericordiam et neque accesseris ad me pro illis, quia non exaudiam te. Aut non vides quid isti faciunt in civitatibus Iuda? Deus se pro illis prohibet rogari quos tu vindicandos putas.

15. At certe si iure gentium agerem, dicerem quantas ecclesiae basilicas Iudaei tempore imperii Iuliani incenderint. Duas Damasci, quarum una vix reparata est sed ecclesiae non synagogae impendiis, altera basilica informibus horret ruinis. Incensae sunt basilicae Gazis, Ascalone, Beryto et illis fere locis omnibus et vindictam nemo quaesivit. Incensa est basilica et Alexandriae a gentilibus et Iudaeis quae sola praestabat ceteris. Ecclesia non vindicata est, vindicabitur synagoga?

16. Vindicabitur etiam Valentinianorum fanum incensum? Quid est enim nisi fanum in quo est conventus

---

171 sq. *aliter* Theod. 3, 7, 1; 4, 22, 10; Soz. 5, 9 **180** Valentinianorum] *cf.* Aug. de haer. 11: Valentiniani a Valentino, qui de natura rerum multa fabulosa confinxit, triginta aeonas id est saecula asserens extitisse, quorum principium esse profundum et silentium, quod profundum etiam patrem appellat. Ex quibus duobus velut ex coniugio processisse perhibet intellectum et veritatem, et protulisse in honorem patris aeonas octo; de intellectu autem et veritate processisse verbum et vitam, et protulisse aeonas decem; porro de verbo et vita processisse

---

a (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$) *β* (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**)

---

166 noli (2) *om.* *β* **168** quid] quod *EFHQSWO*$_1$, quod (*del.*) quod *M* **170** uindicando *EFac.Mac.O*$_1$ vindicandos putas] uindicas *β* **171** at] aut *HS* **d** **172** imperii] imperatoris *HS* **174** impendiis] -ii *EFac.Mac.O*$_1$, -io *Fpc.* basilica *om.* **r** **175** gazae *P* ascalonae *ABEFMNPQB*$_1$*O*$_1$ **rm** **176** in illis fere omnibus locis *P* **177** gentibus *EFHMQSWL*$_1$*O*$_1$ et (2) *eras. B*, *om. P* **178** ecclesia] -as *Bac.*, -iis *Bpc.* **179** vindicabitur synagoga] *om. Bac.*, *add.* synagoga *Bsl.*

gentilium? Licet gentiles duodecim deos appellent, isti triginta et duos Aeonas colant quos appellant deos. Nam et de ipsis comperi relatum et praeceptum, ut in monachos vindicaretur qui prohibentibus iter Valentinianis quo psalmos canentes ex consuetudine usuque veteri pergebant ad celebritatem Machabaeorum martyrum moti insolentia incenderunt fanum eorum in quodam rurali vico tumultuarie conditum.

17. Quanti se offerre habent tali optioni, cum memine-

---

hominem et ecclesiam, et protulisse aeonas duodecim; itaque octo et decem et duodecim fieri triginta aeonas habentes, ut diximus, primum principium de profundo et silentio; Christum autem a patre missum id est a profundo spiritale vel caeleste corpus secum attulisse nihilque assumpsisse de virgine Maria, sed per illam tamquam per rivum aut per fistulam sine ulla de illa assumpta carne transisse. Negat etiam resurrectionem carnis, solum per Christum spiritum et animam salutem accipere affirmans. *Cf.* Iren. adv. haer. 1; Tert. adv. Val.; Epiphan. haer. 31 182 duodecim deos] *cf.* Varro r. r. 1, 1, 4; Liv. 22, 10, 9; G. Wissowa, Rel. u. Kultus d. Römer ^{2}61; K. Latte, Röm. Religionsgesch. 253 183 tringinta et duos Aeonas] *hic errat Ambrosius, erant solum triginta, cf. s. ad l. 180; recte* Paul. 22: Valentinianorum enim haeresis triginta deos colit 187 celebritatem Machabaeorum martyrum] *sc. Kal. Aug.; hi martyres sub Antiocho Eumene a. ante Chr. n. 168 Hierosolymis vel Antiochiae mortui sunt*

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1$) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

182 appellant *B* 183 et duos *om.* **r** aenos colunt *M* 184 et *om.* *P* 185 quo] quod AKB_1 186 veteri] uenturi *LP* 187 martyrium *B* 190 quanti] quot **ar** optioni] oblationi *M* meminerint] -runt *A*, *add.* u. *Msl.*

rint tempore Iuliani illum qui aram deiecit et turbavit sacrificium damnatum a iudice fecisse martyrium? Itaque numquam alias ille iudex qui audivit eum nisi persecutor habitus est, nemo illum congressu, nemo illum umquam osculo dignum putavit; qui nisi iam esset defunctus, timerem, imperator, ne in eum tu vindicares, quamquam vindictam caelestem non evaserit suo superstes heredi.

18. Sed refertur cognitionem mandatam iudici scriptumque eo quod non referre debuerit sed vindicare, requirenda quoque sublata donaria. Ut omittam alia, incensae sunt a Iudaeis ecclesiarum basilicae et nihil redditum est, nihil repetitum, nihil quaesitum. Quid autem habere potuit synagoga in castro ultimo, cum totum quicquid illic est non multum sit, nihil pretiosum, nihil copiosum? Quid deinde incendio potuit rapi Iudaeis insidiantibus? Artes istae sunt Iudaeorum volentium calumniari, ut dum ista queruntur mandetur extra ordinem militaris censura iudicii, mittatur miles fortasse dicturus quod hic aliquando ante tuum, imperator, dixit adventum: „Quomodo nos poterit Christus

---

191 illum] *in priori huius epistulae redactione* (= ep. extra 1 a) *Ambrosius eum Capitolinum nominavit, quod nomen et Hier. chron. a. 363 et Theod. iudici dederunt; cf.* Theod. 3, 7, 5 ἐν Δοροστόλῳ δὲ (πόλις δὲ αὕτη τῆς Θρᾴκης ἐπίσημος) Αἰμιλιανὸς ὁ νικηφόρος ἀγωνιστὴς ὑπὸ Καπετωλίνου τοῦ τῆς Θρᾴκης ἁπάσης ἄρχοντος παρεδόθη πυρί

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1$) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

191 illum] Capitolinum β qui] quia $BEFHKLMQSO_1$ **193** eum *om.* β **195** nisi] ni B defunctus esset *tr.* P timorem A **197** heredi superstes *tr.* β **198** referatur $B_1pc.$ mandata EFO_1 iudici] -ii *Ear.*, -is $ABKMpc.$ **199** refferri N **200** ut $AHKSB_1\beta$ **adr**, *om. cett.* incensa B **201** a *om.* A nihil] nisi *Mac.* **203** castro in *tr.* β ultimo] multimum B **204** deinde] *add.* de $AKNB_1$ r **205** rapi potuit insidiantibus Iudaeis *tr.* β insipiantibus *Bac.*, -ientibus *Bpc.* **206** ut] et B_1 quaeruntur $AEFLO_1\beta$ **dr** queruntur ista *tr.* P **209** poterit nos *tr.* $EFHMNQSWL_1O_1$ *edd.*

iuvare qui pro Iudaeis adversus Christum militamus, qui mittimur ad vindictam Iudaeorum? Suos perdiderunt exercitus, nostros volunt perdere."

19. In quas praeterea non prosiliant calumnias qui etiam Christo falsis testimoniis calumniati sunt? In quas non prosiliant calumnias homines et circa divina mendaces? Quos non auctores seditionis fuisse dicant? Quos non appetant, etiam quos non recognoscant ut catenatorum ordines innumeros spectent de Christiano populo, ut captiva videant colla plebis fidelis, ut condantur in tenebras dei servuli, ut feriantur securibus, dentur ignibus, tradantur metallis, ne poena cito transeat.

20. Hunc dabis triumphum Iudaeis de ecclesia dei? Hoc tropaeum de Christi populo? Haec gaudia, imperator, perfidis? Hanc celebritatem synagogae, hos luctus ecclesiae? Referet Iudaeorum populus hanc sollemnitatem in dies festos suos et inter illos profecto numerabit, quibus aut de Amorreis aut de Chananeis triumphavit aut de Pharao rege Aegypti aut de Nabuchodonosor regis Babylo-

---

227 de Amorreis] *cf.* Num. 21, 21—31 de Chananeis] *cf.* Num. 21, 1—3 228 Pharao] *cf.* Ex. 14 Nabuchodonosor] *qui Israhelitas in captivitatem Babylonicam deduxit, cf.* 4 Reg. 25; *eos Cyrus rex Persarum reduxit, cf.* 1 Esd. 1

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1$) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

210 adiuuare N 211 mittimur ad vindictam] militamus vindictae β mittimur] -untur **ar**, -itur N 212 perdere] perdentibus $EFMac.QWO_1$, equare perdentibus L_1 213 in *om.* $BEFMac.O_1$, i $Qac.$ prosiliant] -ent B_1, praeliant $EFMQac.WL_1O_1$ 214 christum B in — 216 mendaces *om.* β 217 recognoscunt $Nac.$ β 218 spectent] exp- AKB_1 219 videant] uiuant $EFac.HMSac.L_1O_1$ 220 traduntur B, tradamur B_1 223 tropaeum $Bpc.FKNO_1$, -paeo $Bac.$, -phaeum *cett.* imperator] omnibus β 225 referet] -rret $Aac.B_1$, refert $Wac.$ populus] *add.* et WL_1 in] inter β 226 profecto] perfectio B 228 pharaone $B_1pc.L_1$ β **adr** nabucodonosor BM, nabugo- P babylonii (babi- L_1) WL_1

niae manu liberari potuit. Addet hanc celebritatem signifi-
230 cans se de Christi populo triumphum egisse.

21. Et cum ipsi Romanis legibus teneri se negent ita ut crimina leges putent, nunc velut Romanis legibus se vindicandos putant. Ubi erant istae leges cum incenderent ipsi sacratarum basilicarum culmina? Si Iulianus non est
235 ultus ecclesiam quia praevaricator erat, tu, imperator, ulcisceris synagogae iniuriam quia Christianus es?

22. Et quid tecum posthac Christus loquetur? Non recordaris quid David sancto per Nathan prophetam mandaverit? Ego te de fratribus tuis minorem elegi et de
240 privato imperatorem feci. Ego de fructu seminis tui in sede imperiali locavi. Ego tibi subieci nationes barbaras, ego tibi pacem dedi, ego tibi inimicum tuum in potestatem tuam captivum deduxi. Frumentum non habebas ad exercitus alimoniam, ipsorum hostium manu patefeci tibi portas.
245 aperui horrea; dederunt tibi hostes tui commeatus suos quos sibi paraverant. Ego perturbavi hostis tui consilia ut se ipse nudaret. Ego ipsum usurpatorem imperii ita vinxi

---

239 sq. *cf.* 2 Reg. 7, 8 **240 sq.** *cf.* 2 Reg. 7, 12 **243** frumentum non habebas] *Theodosius ad bellum cum Maximo usurpatore gerendum non satis praeparatus erat, cf.* Pac. Pan. 23, 4; 40, 2; Oros. 7, 35, 2 **247** ego — **250** clauderet] *Maximus Sisciae et Petavione a Theodosio devictus se cum suis Aquileiae clausit, cf.* Pac. 42; Zos. 4, 46

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1$) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

229 liberali *N* potuit] putauit β addet *HS* β **arm**, adde (aut de *Eac.*) *cett.* **d** **229 sq.** significans se] -casse *OP* **230** se de] sed e *M* **232** crimina leges] criminales *Bac.* β se] sed *Bac.* **233** uindicandos] -o *K*, iud- *Mac.* putent *AEFHMSO*$_1$ **236** ulciscens *Mac.* quia — es *om.* β **237** et *om. B* posthac tecum *tr. P* num *P* **238** sanctum *Bac.* **241** imperiali] impli *E*, templi *MQWL*$_1$ subiecit *Bac.* **245** aperui] *add.* tibi *P* commeatos *Bac.* **246** sibi *om.* **m** **247** ego — **253** congregavi *om.* β

ac mentem eius ligavi, ut cum haberet adhuc fugiendi copiam tamen cum omnibus suis tamquam metuens ne quis tibi periret ipse se clauderet. Ego comitem eius atque exercitum ex altera parte naturae quos ante disperseram ne ad belli societatem coirent ad supplementum tibi victoriae congregavi. Ego exercitum tuum ex multis indomitis convenam nationibus quasi unius gentis fidem et tranquillitatem et concordiam servare praecepi. Ego cum periculum summum esset ne Alpes infida barbarorum penetrarent consilia, intra ipsum Alpium vallum victoriam tibi contuli, ut sine damno vinceres. Ego ergo te triumphare feci de inimico tuo et tu de plebe mea das meis inimicis triumphum!

23. Nonne propterea Maximus destitutus est, quia ante ipsos expeditionis dies, cum audisset Romae synagogam incensam, edictum Romam miserat quasi vindex disciplinae publicae? Unde populus Christianus ait: „Nihil boni

---

250 comitem] *sc. Andragathium, a quo Gratianus captus et Maximo traditus est*; Zos. 4, 46, 3, Oros. 7, 35, 5, *et alii Andragathium Maximo devicto se in mare praecipitasse narrant; aliter* Pac. 34: ipsum illum vexillarium sacrilegae factionis avidis gurgitibus absorbuit (*sc. flumen Sava apud Sisciam*) et... cadaver abscondit, *item* Claudian. 8, 91 *al.* **251** ex altera parte naturae] *sc. mari, cf.* De Noe 33, 124 **253 sq.** ex multis indomitis... nationibus] *Theodosii exercitus e Gothis, Hunnis et Alanis constabat* **263** edictum Romam miserat] *verisim. ad Iulianum Rusticum pr. urbi, cf.* RE s. v. (I A 1241 sq.)

α (= $ABEF[H]KLMNPQSWB_1[L_1]O_1$) β (= OP_1); *edd.* (= **adrm**)

---

248 ac] hanc K haberent AK **249** omnibus] hominibus B_1 **254** convenam] -niam $Fac.Har.MNar.O_1$, -narum $Fpc.$, conuenire P **255** praecipi EO_1, praecoepi B **257** uallium $Ear.Fac.O_1$ **259** inimicis meis *tr.* P **262** dies *om.* β **264** nil β

huic imminet, rex iste Iudaeus factus est; defensorem istum disciplinae audivimus quem mox Christus probavit qui pro peccatoribus mortuus est." Si de sermone hoc dictum est, quid de ultione dicetur? Ille igitur statim a Francis, a Saxonum gente, in Sicilia, Sisciae, Petavione, ubique denique terrarum victus est. Quid pio commune cum perfido? Abolenda cum impio sunt etiam impietatis exempla. Quod illi nocuit et quod victus offendit, hoc non sequi debet sed damnare qui vicit.

24. Itaque illa tibi non quasi ingrato recensui sed quasi iure collata enumeravi, ut his admonitus cui plus collatum est plus diligas. Denique hoc respondenti Simoni dixit dominus Iesus: *Recte iudicasti.* Statimque conversus ad mulierem, quae pedes eius unguento unxit typum ecclesiae gerens, ait Simoni: *Propter quod dico tibi: Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit.* Haec est mulier quae in domum Pharisaei intravit et eiecit Iudaeum, Christum autem acquisivit. Ecclesia enim synagogam exclusit, cur

---

266 sq. *cf.* Rom. 5, 6 **269** Sisciae, Petavione] *oppidis in Pannonia superiore (prima) sitis (= Sisak et Pettau, Ptuj)* **277** Luc. 7, 43 **279** Luc. 7, 47

α $(= A B E F [H] K L M N P Q S W B_1 [L_1] O_1)$ β $(= O P_1)$; *edd.* (= **adrm**)

---

265 imminet $Fpr.P$ β **arm**, imminere $Bpc.Qpc.W$, immineret *cett.* defensorem — **267** est *om.* β **268** de — statim *om.* β **269** Sisciae] scicilia N, scithiae P, scitie β **271** etiam] et B_1 impietates *Bac.* **272** quid AK nocuit et quod AKB_1 β **a**, nocuit (a)equo *Bac.EFac.* $MNQWO_1$, nocuit et quo *Bpc.Fpc.HSL*$_1$ **dr**, nocuit (-ui L) te quoque LP, nocuit quo **m** sequi non *tr.* B_1 **275** enumeravi] -ari A, mun- B **276** diligat AKN **279** gerens] generans *Bac.* **280** multa eius *tr.* A autem *om.* **r** **281** haec] hoc **d** in *om.* B **282** domo B_1 et *om.* **m** christus A **283** ecclesiam *Eac.M*

iterum temptatur, ut apud Christi famulum hoc est de pectore fidei de domo Christi synagoga excludat ecclesiam?

25. Haec ego, imperator, amore et studio tui in hunc sermonem contuli. Debeo enim beneficiis tuis quibus me petente liberasti plurimos de exiliis de carceribus de ultimae necis poenis, ut malle debeam pro salute tua etiam offensionem tui animi non timere, — nemo maiore fiducia utitur quam qui ex affectu diligit, nemo certe debet laedere qui sibi consulit —, ne tot annorum conceptam cuiuscumque sacerdotis gratiam uno momento amittam. Et tamen non damnum gratiae deprecor sed salutis periculum.

26. Quantum est, imperator, ut quaerendum aut vindicandum non putes quod in hunc diem nemo quaesivit, nemo umquam vindicavit? Grave est fidem tuam pro Iudaeis periclitari. Gedeon cum occidisset sacratum vitulum, dixerunt gentiles: „Dii ipsi iniuriam suam vindicent." Quis habet synagogam vindicare? Christus quem occiderunt, quem negaverunt? An deus pater vindicabit eos qui nec patrem recipiunt, quia filium non receperunt? Quis habet Valentinianorum haeresim vindicare, quam pietas tua quo-

---

299 sq. *cf.* Iud. 6, 28—31 **302 sq.** *cf.* Ioh. 8, 18 sq.

α (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$) β (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**)

---

284 famulam β **285** peccatore *Fac.O*$_1$ excludat] -it *Bac.L*$_1$, -am **d** ecclesia *O*$_1$ **287** ergo *EFHQac.SW* **d** **288** contulit *Fac.* **290** malle] male *L* **d**, *add.* infinitiuum *Amp.* malle debeam] malebam β tuae *Aac.K* **291** offensiones *A* **294** sacerdotis] -i in *Bac.EF Mac.NO*$_1$, -is in *Aac.KPQW*, in *del. AB*, -ii *HS* **adr**, -io *B*$_1$, -e *Mpc.* **296** quantum *L*$_1$ β, quamquam quantum *HSmg. edd.*, quam quantum *cett.* ut] aut *AK* aut vindicandum *om. B* **297** non *om. WL*$_1$ quaesivit nemo *om.* **r** **298** tuam] nostram *B*$_1$ β **301** uindicarent *Aac.* **303** quia — receperunt *Apc.KSpc.B*$_1$ β **arm**, *om. cett.* quia] dum **rm**, qui *A* **a** **304** quam pietas] quamquam pre ceteris ipse β

modo vindicat, cum eos excludi iusserit nec conveniendi usurpare copiam? Si Iosiam tibi obiciam regem deo probatum, hoc in istis damnabis quod in illo probatum est.

27. Certe si mihi parum fidei defertur, iube adesse quos putaveris episcopos; tractetur, imperator, quid salva fide agi debeat. Si de causis pecuniariis comites tuos consulis, quanto magis in causa religionis sacerdotes domini aequum est consulas?

28. Consideret clementia tua quantos insidiatores habeat ecclesia, quantos exploratores; levem rimam si offenderint figent aculeum. Secundum homines loquor; ceterum plus omnibus deus timetur qui etiam imperatoribus iure praefertur. Si amico suo aliquis, si parenti aut propinquo deferendum existimat, recte ego et deferendum deo et eum praeferendum omnibus iudicavi. Consule tibi, imperator, aut patere me consulere mihi.

29. Quid respondebo postea, si compertum fuerit data hinc auctoritate aliquos Christianorum aut gladio aut fustibus aut plumbis necatos? Quomodo hoc purgabo factum?

---

306 sq. *cf.* 4 Reg. 22, 2—20

---

a (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$) *β* (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**)

---

305 vindicas *β* iusseris *β* **306** iosian *BEKN* **307** hoc — est *om. Eac.* damnabis] damnabilis **d** illum *ABFac.KLPB*$_1$*O*$_1$ **308** iube adesse] iubeas esse *W* **311** causis *P*, caus *Bac.* **311 sq.** aequum est sacerdotes domini consulas *tr. P* **313 sq.** habeat ecclesia] -eant -ae *A*, habet -a **d**, *add.* tua *B* **315** hominem *K* **316** omnibus] hominibus *SB*$_1$ *β* **rm** deum *W* iure] *add.* et merito *β* **317** suo *om.* **m** aliqui *Aac.Bpc.EFHKLMac.NPQSB*$_1$*O*$_1$, alicui *L*$_1$ si (2) *om. β* **318** existimat — deferendum *AHKMpc.SB*$_1$ *β edd., om. cett., add.* et *Fsl.* deo et] dum etenim *W*, deum etenim *L*$_1$ eum *om. L*$_1$ **319** omnibus iudicavi] dici omnibus *β* **323** plumbeis **m** negatos *EFQac.Wac.L*$_1$*O*$_1$

Quomodo excusabo apud episcopos qui nunc quia per triginta et innumeros annos presbyterii quidam gradu functi vel ministri ecclesiae retrahuntur a munere sacro et curiae deputantur graviter gemunt? Nam si qui vobis militant, certo militiae tempore serventur, quanto magis etiam eos considerare debetis qui deo militant? Quomodo, inquam, hoc excusabo apud episcopos, qui queruntur de clericis et impressione gravi vastari scribunt ecclesias?

30. Hoc tamen in notitiam clementiae tuae pervenire volui, de hoc ut placet arbitrio tuo consulere et temperare dignaberis; illud autem quod me angit et iure angit exclude atque eice. Ipse facis quicquid fieri iussisti; aut si ille facturus non est, malo te magis esse clementem quam illum non fecisse quod iussus est.

31. Habes in quibus domini adhuc debes circa imperium Romanum invitare clementiam, habes quibus amplius quam tibi speres, illorum gratia, illorum salus te in hoc sermone conveniat. ⟨Ti⟩meo ne causam tuam alieno com-

---

α $(= A\,B\,E\,F\,[H]\,K\,L\,M\,N\,P\,Q\,S\,W\,B_1\,[L_1]\,O_1)$ β $(= O\,P_1)$; *edd.* (= **adrm**)

---

325 innumeros] -osi (-o si *B*) $B\,E\,F\,H\,N\,B_1 ar.\,(?)O_1$, *add.* iam β presbyteri **am** quidam] quodam *ex* quadam *F* gradus $E\,H\,M\,Q\,S\,W\,L_1$ **326** retrahuntur] si trahantur *B*, trahuntur β a *om.* β **327** si] cum *S*, cum hi *H* **d**, cum ii **ar** **327 sq.** quis... militat β **328** certe *BN* serventur] -antur $Fpc.\,L_1$ **m**, reseruentur *M*, re *add. Asl.*, tuetur β **329** eos *om. FNac.* considerare debetis] considerari oportet β militantur O_1 **330** hoc inquam *tr. P* **331** uastari scribunt impressione graui *tr.* β **333** placet] *add.* pro β consulere — **334** dignaberis] consule et tempera β **334** iure] iuge $F\,O_1$ **334 sq.** exclude atque] -deat que *Bac.*, excludatque *Mac.*, excludere atque $A\,Mpc.$ **d**, excludetque B_1 **335** eicere *A* **d** **336** malim B_1 **337** iussus est] tu iusseris β **338** adhuc domini *tr.* β debes] deberes **m** **339** Romanum] *add.* eius *H S* invitare] *om. LP*, *add.* et emereri β **m**, iniuriare *O* **340** salus te] salute B_1 **341** timeo β **m**, meo α **adr**, moneo *L* ne] nec *A*

mittas iudicio. Integra adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego deo nostro pro te obligo nec verearis sacramentum. Numquid deo displicere poterit quod pro eius emendatur honorificentia? Nihil mutaveris certe in illa epistula sive missa sive nondum missa est; dictari iube aliam quae plena fidei, plena pietatis sit. Tibi integrum est emendare, mihi non est integrum dissimulare.

32. Antiochenis tuam donasti iniuriam, inimici tui filias revocasti nutriendas, apud affinem dedisti, matri hostis tui misisti de aerario tuo sumptus. Haec tanta pietas, tanta erga deum fides hoc facto obfuscabitur. Tu igitur qui armatis pepercisti hostibus et servasti inimicos tuos, ne, quaeso, tanto studio putes vindicandum in Christianos.

33. Nunc te, imperator, rogo, ut non aspernanter acceperis me et pro te et pro me timentem; sancti enim vox est: *Ut quid factus sum videre contritionem populi mei?* Ut offensam incurram dei? Ego certe quod honorificentius fieri potuit feci, ut me magis audires in regia, ne si necesse esset audires in ecclesia.

---

349 *cf.* Chrysost. or. 21 ad populum Antiochenum ... in imperatoris cum civitate reconciliationem (PG 49, 211 sqq.) **349.351** inimici ... hostis] *sc. Maximi* **358** 1 Macch. 2, 7

α (= *ABEF*[*H*]*KLMNPQSWB*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$) β (= *OP*$_1$); *edd.* (= **adrm**)

---

343 pro te *om.* β nec] non *K* **344** emundatur *M* **345** honorificentiam *EMac.* **347** est] sit **r** emundare *Mac.* **350** filias] -us *Bac.*, -os *Bpc.* nutriendos *Bpc.* affinem] finem *Wac.*, te finem *Wpc.* **351** tui] tu β misisti *om. S* sumptos *Bac.* **352** deum] domini *EWO*$_1$, dominum *M* tu — **361** ecclesia *deest in* β **354** putes vindicandum] dicandum *B*, *tr. P* **356** te *om. L* aspernanter] -antur *Bac.* acciperis *Aac.Bac.EFLMNSO*$_1$ **357** pro me et pro te *tr.* *B*$_1$ **359** incursam *B* **361** ecclesia] *add.* explicit sancti ambrosii epistula ad imperatorem theodosium *P*

LXXV (*Maur. 21*)

Clementissimo Imperatori et beatissimo Augusto Valentiniano Ambrosius episcopus

1. Dalmatius me tribunus et notarius mandato, ut allegavit, clementiae convenit tuae postulans, ut et ipse iudices legerem sicut elegisset Auxentius. Nec tamen expressit eorum nomina qui fuerant postulati, sed id addidit quod in consistorio esset futura certatio arbitro pietatis iudicio tuae.

2. Cui rei respondeo, ut arbitror, competenter. Nec quisquam contumacem iudicare me debet, cum hoc asseram quod augustae memoriae pater tuus non solum sermone

---

Scripta Martio mense a. 386, cf. Proleg. I 2.5 **6** Auxentius] *i.e. episcopus Arrianus Durostorensis, qui postquam Mediolanum venit, Auxentii nomen sibi assumpsit; Durostorum est oppidum in Scythia situm (hodie Silistra)* **12** pater tuus] *sc. Valentinianus I*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

1 Incipit contra auxentium (*add.* episcopum hereticum *A Emp.S*) *A B E F K L M N Q S W O*$_1$ *W*$_1$, Incipit liber beati ambrosii episcopi contra auxentium *C*$_1$, Libellus beati ambrosii oblatus ab eodem ualentiniano augusto *O*, Incipit libellus sancti ambrosii ad valentinianum imperatorem contra auxentium *P* LXXV *A O*, LXXVI *W*, LXXVII *B E K M N Q O*$_1$ **d**, LXXVIII *F P*, XXXII **a**, XIII **r**, *om. H L S C*$_1$ *L*$_1$ *W*$_1$ **2** imperatori et beatissimo *om. L* et *om. B* Valentiniano] *add.* minori *Emp.H S* **d** **3** episcopus] *add.* contra Auxentium episcopum haereticum **d** **5** alligauit *Bac.E K Lac.M P Q C*$_1$ *O*$_1$ *W*$_1$ tuae conuenit *tr. A S W*$_1$ tuae] que *C*$_1$ et *om. O* **6** legerem] legem *Apc.E F M Q W L*$_1$ *O*$_1$, elegerem *H* **7** fuerint *O* **8** futura esset *tr. P* arbitro] -rio *Aac.B Ear.H K M Q W*, arbitror *Far.* **10** cui] et cui *Apc.E F H M Q W L*$_1$ *O*$_1$ **d** rei *om.* **d** ut arbitror respondeo *tr. O* nec] ne *A* **11** quisquam *om. C*$_1$ **12** sermonem *A K*

respondit sed etiam legibus suis sanxit: „In causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis eum iudicare debere qui nec munere impar sit nec iure dissimilis." Haec enim verba rescripti sunt hoc est sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare; quin etiam si alias quoque argueretur episcopus et morum esset examinanda causa, etiam hanc voluit ad episcopale iudicium pertinere.

3. Quis igitur contumaciter respondit clementiae tuae, ille qui te patris similem esse desiderat an qui vult esse dissimilem? Nisi forte vilis quibusdam tanti imperatoris aestimatur sententia, cuius et fides confessionis constantia comprobata est et sapientia melioratae rei publicae profectibus praedicatur.

4. Quando audisti, clementissime imperator, in causa fidei laicos de episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatione curvamur, ut sacerdotalis iuris simus immemores et quod deus donavit mihi hoc ipse aliis putem esse credendum? Si docendus est episcopus a laico quid sequatur?

---

13 *lex non extat, cf. de hac re* Soz. 6, 7 *et* Theod. 4, 6
23 confessionis] *Valentinianus I Iuliani praefectus ad Christianam fidem conversus ministrum quendam, a quo aqua lustrali aspersus erat, pugno in faciem dato occidit*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1 W_1; *edd.* (= **adrm**)

---

13 respondit] *add.* pater tuus ualentinianus senior *S* sanxit suis *tr. P* 14 ecclesiastice W_1 qui] quo *Wac.*, quid *Wpc.* 15 iure] in re *O* dissimilis] *add.* per *Asl. H Msl. S* C_1 W_1 **d** 17 iudicare] uind- *Wpc.* 18 morum] horum W_1 hanc] haec **m**, *om.* **d** noluit **d** 21 patri *Fpr. L P* **ar** similis *W* esse(1)] se *Aac. K* 23 extimatur **d**, existimatur **r** fides] *add.* et *E H M Q S W* C_1 L_1 **d** constantiam *Qac.* 24 sapientiae *Aac. K N* melioratae *om. P* 27 de episcopo laicos *tr. P* ita] *add.* ne *H S* **d** quaedam *C* 28 ut] aut *Aac. Bac. Ear. K Lac. Mac. N Qac. W* O_1 30 sequatur] -itur C_1, -etur *Fpc. O* **rm**

Laicus ergo disputet et episcopus audiat, episcopus discat a laico. At certe si vel scripturarum seriem divinarum vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquam fidei, episcopos solere de imperatoribus Christianis, non imperatores de episcopis iudicare?

5. Eris deo favente etiam senectutis maturitate provectior et tunc de hoc censebis, qualis ille episcopus sit qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus deo favente vir maturioris aevi dicebat: „Non est meum iudicare inter episcopos"; tua nunc dicit clementia: „Ego debeo iudicare". Et ille baptizatus in Christo inhabilem se ponderi tanti putabat esse iudicii; clementia tua cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta servantur, arrogat de fide iudicium, cum fidei ipsius sacramenta non noverit.

6. Quales autem elegerit iudices possumus aestimationi relinquere, quando eorum nomina timet prodere. Veniant plane si qui sunt ad ecclesiam, audiant cum populo; non ut quisquam iudex resideat sed ut unusquisque de suo

---

36 sq. *Valentinianus II a. 386 quindecim annos natus erat* **42 sq.** *Valentinianus II baptismate dilato a. 392 ab Arbogaste in custodia habitus ab Ambrosio baptizari cupiebat, sed mortuus est priusquam episcopus accitus ad Viennensem urbem veniret, cf.* ob. Val. **51—55** **45** elegerit] *sc. Auxentius*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

32 at] aut *O* vel (2)] uelut *Aac.K* **33** vetera] cetera *Aac.K* **34** fidei in causa *om. K*, in causa *om. Aac.* causam W_1 episcopos] ep̄s *Eac.M Qac.W*, -is *Epc.*, -um *Qpc.* **36 sq.** uectior *Bac.* **37** et — **38** substernit *om. O* **37** qui] *add.* a *Ear.Far.M Q W O*$_1$ **38** laicus *Aac.* tuus] *add.* theodosius *Esl.H S* **d** **40** tua] tunc C_1 **41** ponderis C_1 **42** putabat] putat *Aac.*, *add.* se C_1 **44** nouerat *Eac.* **45** aestimationi] -ne *A*, existi- **am** **47** quis *Ear.Qac.W* **48** ut (1)] ad *Mar.* (?) *Qac.* iudex — unusquisque *om.* C_1 residat *Aac.Bac.E F K M N O Q S W L*$_1$*ac.O*$_1$ ut (2) *om. B H N O P S O*$_1$ W_1

affectu habeat examen, eligat quem sequatur. Agitur de istius ecclesiae sacerdote; si audierit illum populus et putaverit melius disputare, sequatur fidem eius, non invidebo.

7. Omitto quia iam ipse populus iudicavit, taceo quia eum quem habet de patre tuae clementiae postulavit, taceo quia pater pietatis tuae quietem futuram spopondit si electus susciperet sacerdotium; hanc fidem secutus sum promissorum. **8.** Quod si de aliquorum peregrinorum assentatione se iactat, ibi sit episcopus unde sunt hi qui eum episcopatus putant nomine esse donandum. Nam ego nec episcopum novi nec unde sit scio. **9.** Ubi illud constituimus, imperator, quod iam ipse tuum iudicium declarasti, immo etiam dedisti leges, ne cui esset liberum aliud iudicare? Quod cum praescripsisti aliis, praescripsisti et tibi; leges enim imperator fert, quas primus ipse custodiat. Visne igitur experiar, ut incipiant hi qui iudices eliguntur aut adversus tuam venire sententiam aut certe excusare quod imperatoris tam severo et tam districto imperio non potuerint obviare?

---

53 sqq. *de Ambrosii electione cf.* Paul. 6—9 **62** leges] *lege Ian. 23 a. 386 data et Arrianis in ecclesias conveniendi copia data et capitis poena tam iis, qui huic constitutioni resisterent, quam iis, qui contra hanc supplices libellos offerrent, denuntiata est, cf. Proleg. I 2.5.3;* Soz. 7, 13

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1 W_1; *edd.* (= **adrm**) W_1 *des. l. 64* leges

---

49 habet *O* quem] quid *P* **53** populus ipse *tr. P* **54** patri tuo *L* clementiae tuae *tr. O* **56** susciperet] *add.* in *Mmg.* **57** aliquorum] aliorum *A* **58** hi] ii *O* **arm**, *om.* L_1 **59** putant] -arent *W*, *om. O* **60** sit] scit C_1 **61** tuo iudicio *Wpc.* C_1 W_1 **62** ne] nec *Bar.* **63** praescripsisti (1)] per- *F* aliis praescripsisti *om. Aac.* **64** legis *Bac.* **65** hi] ii *O* **arm** **68** poterint *E F M Q* O_1

10. Sed hoc contumacis non modesti est sacerdotis. Ecce imperator, legem tuam iam ex parte rescindis, sed utinam non ex parte sed in universum! Legem enim tuam nollem esse supra dei legem. Dei lex nos docuit quid sequamur, humanae leges hoc docere non possunt; extorquere solent timidis commutationem, fidem inspirare non possunt.

11. Quis erit igitur ille qui cum legat per tot provincias uno momento esse mandatum, ut quicumque obviaverit imperatori feriatur gladio, quicumque dei templum non tradiderit protinus occidatur? Quis, inquam, est qui possit vel unus vel inter paucos dicere imperatori: „Lex tua mihi non probatur?" Non permittitur hoc dicere sacerdotibus, permittitur laicis? Et iudicabit de fide qui aut gratiam sperat aut metuit offensam?

12. Deinde ipse committam, ut eligam iudices laicos, qui cum tenuerint fidei veritatem aut proscribantur aut necentur, quod lex de fide lata decernit? Ego igitur aut praevaricationi offeram homines aut poenae.

13. Non tanti est Ambrosius, ut propter se deiciat sacerdotium; non tanti est unius vita quanti est dignitas omnium sacerdotum, quorum de consilio ista dictavi, inti-

---

90 *lege lata Ambrosius statim episcopos ad deliberandum convocavit*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1; *edd.* (= **adrm**)

---

70 iam *om. Aac. K P* ex parte *om. P* **72** lex] *add.* hoc *Msl.* **73** leges *om.* C_1 hoc] haec C_1, *om. E F Mac. O Q W* L_1 O_1 extorquere] et tor- *K* **76** igitur erit *tr. H K L* cum] eum *M* **77** quicumque] quae- *Aac.*, quicquid *W* obuiarit C_1 **80** unos *Bac.* vel (2) *om. P* **82** permittetur *P* **86** decernit] dicerint C_1 **87** praeuaricatione *Aac. Bac. Eac.* **88** est] estis *Aar. K* **89** dignitas *om.* C_1 **90** dictauit C_1 intimantibus] *add.* uel tium *Msl.*

mantibus ne forte etiam gentilis esset aliquis aut Iudaeus qui ab Auxentio esset electus, quibus traderemus de Christo triumphum, si de Christo iudicium committeremus. Quid illos aliud nisi Christi iniuriam audire delectat? Quid illis aliud potest placere nisi, quod absit, ut Christi divinitas denegetur? Cum his plane bene convenit Arriano qui creaturam Christum dicit, quod etiam gentiles ac Iudaei promptissime confitentur.

14. Hoc scriptum est in Ariminensi synodo; meritoque concilium illud exhorreo sequens tractatum concilii Nicaeni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare. Quam fidem etiam parens clementiae tuae Theodosius beatissimus imperator et sequitur et probavit; hanc fidem Galliae tenent, hanc Hispaniae et cum pia divini spiritus confessione custodiunt.

15. Si tractandum est tractare in ecclesia didici; quod maiores fecerunt mei. Si conferendum de fide sacerdotum debet esse ista còllatio, sicut factum est sub Constantino

---

99 in Ariminensi synodo] *a. 359 habita, cf.* ep. extra coll. 14, 699 sqq.; Mansi III 293—335; Hefele-Leclercq I 929—955 **101** *cf.* Rom. 8, 38 **102** parens] *Theodosius Valentiniani tutor honoris causa sic appellatur*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1; *edd.* (= **adrm**)

---

91 etiam *om. P* aut iudeus aliquis *tr. P* iudaeis *Eac.* **92** qui *om. O* electus *om. O* traderemus] -demur *Eac.*, -demus *Bac.*, -deretur *M*, -deremur *Epc.* **93** triumphum] -us *Apc. Mpc., om.* C_1 **94** illos] -is *Aac.* delectat nisi christi iniuriam audire *tr. P* delectatur *Fac.* O_1 quid] quis *Fac.*, quid si *Fpc.* **94 sq.** illis quid *tr. A* **95** divinitas *om.* C_1 **96** his] iis **arm** qui] quia *Apc. Bac. E H M Q S W* L_1 O_1 **d** **97** creatura *N* **99** est *om.* **d** synodo] concilio C_1 **101** me *post* poterit *tr.* C_1 mors nec *om. B* **102** clementia *A* **102 sq.** imperator beatissimus *tr.* **d** **105** custodiant C_1 **107** conferen *B* **108** ista esse *tr. N* est *om. B F L P* C_1

augustae memoriae principe, qui nullas leges ante praemisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus.

Factum est etiam sub Constantio augustae memoriae imperatore paternae dignitatis herede, sed quod bene coepit, aliter consummatum est. Nam episcopi sinceram primo scripserant fidem, sed dum volunt quidam de fide intra palatium iudicare, id egerunt ut circumscriptionibus illa episcoporum iudicia mutarentur. Qui tamen inflexam statim revocavere sententiam et certe maior numerus Arimini Nicaeni concilii fidem probavit, Arriana decreta damnavit.

16. Si ad synodum provocat Auxentius ut de fide disputet, licet non sit necesse propter unum tot episcopos fatigari, qui etiam si *angelus de caelo* esset paci ecclesiarum non deberet praeferri, cum audiero synodum congregari, et ipse non deero. Tolle igitur legem, si vis esse certamen.

17. Venissem, imperator, ad consistorium clementiae tuae, ut haec coram suggererem, si me vel episcopi vel populus permisissent dicentes de fide in ecclesia coram populo debere tractari.

---

111 sqq. *cf.* Socr. 1, 22 **117** maior numerus] *cf.* ep. 75a, 296 (*apparat. font.*) **122** Gal. 1, 8

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1; *edd.* (= **adrm**)

---

109 leges *om. O* **111** est *om.* C_1 constantino *Aac.B Fac.K War.* **113** alter C_1 episcopi *om.* C_1 **114** scripserat C_1 **114 sq.** intra palatium de fide *tr. O* **115** iudicare] disputare *P, add.* uel iudicare *Psl.* **117** revocavere] -are *Aac.F Wac.* **a**, *add.* fecit *Fsl.* **118** Arimini] ariani C_1, armi *B, del. B* **120** si] sed C_1, *add.* ed *Fsl.* de fide] fidem *A* **122** qui] quod si *O* ecclesiae *O* **123** deberet] -ere *E Mac.Q W*, debet L_1 praeferri] in- *O* **126** uenisset O_1 **127** hoc $FO_1pc.$ **128** permisissent] qui mis- *A*, rem- *LP* ecclesiam *B L* **129** deberem *Ear. Mac. W, om. H*

18. Atque utinam, imperator, non denuntiasses, ut quo vellem pergerem? Cottidie prodibam, nemo me asservabat. Debuisti me quo volueras destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc mihi a sacerdotibus dicitur non multum interesse utrum volens relinquas an tradas altare Christi, cum enim reliqueris trades.

19. Atque utinam liquido mihi pateret quod Arrianis ecclesia minime traderetur! Sponte me offerrem tuae pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiam de aliis omnibus invadendis ecclesiis est praeceptum? Utinam confirmetur ut ecclesiis nullus molestus sit! Opto ut de me qualis videtur sententia proferatur.

20. Dignanter igitur, imperator, accipe quod ad consistorium venire non potui. Ego in consistorio nisi pro te stare non didici et intra palatium certare non possum, qui palatii secreta nec quaero nec novi.

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1; *edd.* (= **adrm**)

---

131 quod *W* prodebam *Bpc.* asservabat] obs- WC_1 **133** ducitur *Aac.K* **134** interesse] esse FO_1, -est *P* **arm** **135** relinqueris *Aar.Ear.Mac.Qac.* WC_1O_1 **136** pateret] putaret *Bac.*, poterit C_1 **138** de aliis *om. Aac.K* **142** igitur *om. B* **143** in *om. Aac.K* consistorium *A* **144** qui] quia **d** **145** palatini FO_1 novi] *add.* Ego — Valentiniano *P* **arm**

EGO AMBROSIUS EPISCOPUS HUNC LIBELLUM OBTULI CLEMENTISSIMO IMPERATORI ET BEATISSIMO AUGUSTO VALENTINIANO.

LXXVa (*Maur. 21a*)

Contra Auxentium de basilicis tradendis

1. Video vos praeter solitum subito esse turbatos atque asservantes mei; miror quod hoc fit, nisi forte quia per tribunos me vidistis alii, audistis alii imperiali mandato esse conventum, ut quo vellem abirem hinc et si qui vellent sequendi potestatem haberent. Metuistis ergo ne ecclesiam desererem et dum saluti meae timeo vos relinquerem? Sed quid et ipse mandaverim potuistis advertere: deserendae ecclesiae mihi voluntatem subesse non posse, quia plus dominum mundi quam saeculi huius imperatorem timerem,

---

Sermo die palmarum a. 386 in basilica Portiana habitus, cf. Proleg. I 2.5 **5** imperiali mandato] *cf.* ep. 75,4 sq.

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

Ego . . .] *praem.* De basilicis tradendis contra auxentium LXXVI *A* imperatori *om. P* Valentiniano] *add.* minori *Emp.*, *add.* explicit *O* **1** LXXVa] LXXVI *AO*, LXXVII *W*, LXXVIII *EKLMNQ O*$_1$ **d**, LXXVIIII *FP*, *om. BFHSC*$_1$*L*$_1$*O*$_1$*W*$_1$ **ar** **2** Incipit (Item *F*) contra . . . tradendis *BEFKLMNOQSWO*$_1$, Sermo beati ambrosii episcopi *O*, Incipit tractatus sancti ambrosii episcopi ad ciues suos de basilicis tradendis contra auxentium *P*, Sancti Ambrosii in Auxentium de basilicis tr. . . . Oratio **a**, De basilicis non tradendis haereticis . . . Concio **r**, *om. HC*$_1$*L*$_1$*W*$_1$ **3** esse turbatos subito *tr. P* **4** asservantes] obs- *W* mei] me *Bpr. C*$_1$*W*$_1$ quod] quid *FLpc.OC*$_1$*W*$_1$ **rm**, *om. Lac.* fit] sit *MWC*$_1$*L*$_1$*W*$_1$ **rm** sit hoc *tr. C*$_1$*W*$_1$ quia forte *tr. K* **5** alii (1)] alia *B*, aut *SWpc.W*$_1$ **arm** audistis *om. Sac.* alii (2)] alia *B*, ab *FO*$_1$, *om. OQSW*$_1$ **arm**, *del. W* **6** quod *Aac.W* si] se *K*, *om. C*$_1$*W*$_1$ **8** et — relinquerem *om. Aac.K* timeo] consulo *P* **11** dominum] deum *O* quam *om.* **d**

sane si me vis aliqua abduceret ab ecclesia, carnem meam exturbari posse non mentem, paratum me esse, ut si ille faceret quod solet esse regiae potestatis, ego subirem quod sacerdotis esse consuevit.

2. Quid ergo turbamini? Volens numquam vos deseram, coactus repugnare non novi. Dolere potero, potero flere, potero gemere; adversus arma milites Gothos quoque lacrimae meae arma sunt, talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Fugere autem et relinquere ecclesiam non soleo, ne quis gravioris poenae metu factum interpretetur. Scitis et vos ipsi quod imperatoribus soleam deferre non cedere, suppliciis me libenter offerre nec metuere quae parantur.

3. Utinam essem securus quod ecclesia haereticis minime traderetur! Ad palatium imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, ut in palatio magis certarem quam in ecclesia. Sed in consistorio non reus solet Christus esse sed iudex. Causam fidei in ecclesia agendam quis abnuat? Si quis confidit huc veniat; inclinatum iam vel imperatoris iudicium, quod lata lege patefecit, quod

---

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

12 sane *om. F* sane si me] sane $O_1ac.$, sine $O_1pc.$ abduceret] -ere C_1W_1, add- *AK* **14** quod solet] quod FOL_1O_1, *om. EMac.QW* esset $FOWpc.L_1O_1$ subirem] ubi rem *Eac.Mac.Qac.Wac.*, abirem *Epc.H*, uero facerem *Wpc.* **15** esse] est *B* **17** dolore *Aac.K* **17 sq.** flere potero *tr. AC*$_1$*W*$_1$ **18** potero *om. Aac.C*$_1$, *add. post* gemere *Amp.* **19** meae] *add.* mea W_1 monimenta *Bac.L* **20** sacerdotes *Bac.* aliter] *add.* enim C_1 **21** nec W_1 quod C_1 grauiores *Bac.* **22** fractum *Fpc.* interpretatur *L* **23** soliam *Bac.* **24** metuerem *AEKMac.* (?) *NP* **25** esse *Bac.Wac.* **28** solet $FNpc.OC_1L_1O_1W_1$ **arm**, soleat *cett.* solet reus *tr.* C_1W_1 **29** esse *om.* $C_1ac.$ Christus] -ianus *K* **30** hunc *Aac.* **31** legem *A* imperas *Nac.* quod (2) $BLMpc.PC_1$ **m**, quo *cett.* **ard**

impugnat fidem, vel sperata ambientium quorundam studia non requirat. Non committo ut quisquam vendat iniuriam Christi.

4. Circumfusi milites, armorum crepitus, quibus vallata est ecclesia, fidem non terrent meam, sed mentem exagitant, ne dum me tenetis perniciosum aliquid vestrae oboriatur saluti. Ego enim iam didici non timere, sed vobis timere plus coepi. Sinite, quaeso, vestrum sacerdotem congredi; habemus adversarium qui lacessit, adversarius enim noster *diabolus sicut leo rugiens circuit quaerens quem devoret*, ut apostolus dixit. Accepit sine dubio, accepit — non fallimur sed admonemur — temptandi huiusmodi potestatem, ne forte corporis mei vulneribus possim a fidei intentione revocari. Legitis et vos quia multis his temptavit sanctum Iob diabolus, ad postremum potestatem huiusmodi petiit et accepit, ut temptaret corpus eius, quod perfudit ulceribus.

5. Cum esset propositum, ut ecclesiae vasa iam traderemus, hoc responsi reddidi: me si de meis aliquid poscere-

---

41 1 Petr. 5, 8 **46 sq.** *cf.* Iob 2, 7 **49** ecclesiae vasa] *cf.* off. 2, 28, 136

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

32 spera *A* ambientium] -ndum W_1, -ntum *E L M N Q S W O*$_1$ **35** militum W_1 crepitus] strepitus **r** **36** meam non terrent *tr. P* **38** oboriatur] ab- *O*, obau- *Aac.* didici iam *tr.* $C_1 W_1$ **39** caepit *F* uester *H Sac.* **40** adversarius] *add.* est *S* **41** uester C_1 **42** dixit] ait *P*, dicit $C_1 W_1$ accepit (2)] accipit $C_1 W_1$ **44** possim a] pessima *O Qac. W* L_1 **45** legistis **m** multos *F* his] aliis $C_1 W_1$ **ar** temptavit] *add.* in FO_1, -abit *Bac.* **46** postremum] extremum *P* huiusmodi *om. O* **48** ulceribus] uulneribus BW_1 **49** vasa iam] basilicam $C_1 W_1$ **50** responsi] -sum PC_1 reddidit **d** me] meum est $C_1 W_1$ meis] me *E F H M O Q S W O*$_1$ **d**, meo L_1

tur, aut fundus aut domus aut aurum aut argentum, id quod mei iuris esset libenter offerre, templo dei nihil posse decerpere nec tradere illud quod custodiendum non tradendum acceperim; deinde consulere me etiam imperatoris saluti, quia nec mihi expediret tradere nec illi accipere; accipiat enim vocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse consultum, recedat a Christi iniuria.

6. Haec plena humilitatis sunt et ut arbitror plena affectus eius quem imperatori debet sacerdos. Sed quia *lucta nobis est non solum adversus carnem et sanguinem sed* etiam quod gravius est *adversus spiritalia nequitiae quae sunt in caelestibus*, temptator ille diabolus per ministros suos certamen auget et vulneribus corporis mei experiendum arbitratur. Scio, fratres, vulnera haec, quae pro Christo excipimus, non esse vulnera; quibus vita non amittitur sed propagatur. Sinite, quaeso, esse certamen, spectatores vos esse decet. Considerate quia si quem habet civitas vel athletam vel alterius nobilis artis peritum, optat offerre certamini. Cur in maioribus rebus repudiatis quod in mi-

60 Eph. 6, 12

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1 W_1; *edd.* (= **adrm**)

52 offerem $C_1 W_1$ posse] *add.* se *A E K M Nac. Q Wac.*, *add.* sed *Bar.*, *add.* me $F O_1$, *add.* nec *Wpc.* **53** quod *eras. F* custodiendum] *add.* est *Fac.* **54** acceperim] accip- *B*, -erimus $F O_1$ **54 sq.** saluti imperatoris *tr. O* **55** salutem *F* expediret] -ire *E M O Qac. Wac.*, -it $C_1 W_1$ **56** accipiat *Fpr. H S* $C_1 L_1 W_1$ *edd.*, -iant *cett.* liberis *L* **57** a *om. F* **58** humilitati *E Mac. Qac.* **59** effectus *Qac.* **60** lucta] luctamen *Apc.* **d**, luctatio C_1 **61** est grauius *tr. Bpc.*, est *om. Bac.* **63** auget et $F C_1 O_1 W_1$, augetur *Aar. Bac. E Far. K Mar. Nac. Qac.*, auget *cett. edd.* **64** arbitratus $F O_1$ **65** excipimus *B L P* non (2) *om.* **ar** ammittitur $A L_1$ **66** propagatur] inuenitur $C_1 W_1$ **67** quem $O C_1 W_1$ **r**, quidem *cett.* **adm**, *add.* uel quem *Msl. Ssl.* **68** adletam C_1 **69** rebus *om. L P* quod *Bpc. L Npc. O Qpc. Wpc.* $C_1 L_1 W_1$, quod uel *H S* **adr**, quod velle **r**, uel *cett.*

noribus velle consuestis? Non metuit arma, non barbaros, qui mortem non timet, qui nulla carnis voluntate retinetur.

7. Certe si dominus huic nos certamini deputavit, frustra pervigiles tot noctibus et diebus custodias exhibetis, implebitur Christi voluntas. Omnipotens enim noster est dominus Iesus, haec est fides nostra; et ideo quod fieri mandat implebitur nec convenit vos divinae obviare sententiae.

8. Audistis quod hodie lectum sit: Pullum sibi asinae salvator per apostolos iussit adduci mandavitque, ut si quis resisteret diceretur: *Dominus operam eius desiderat*. Quid si et nunc pullum istum asinae hoc est eius animalis quod gravem sarcinam portare consuevit, sicut est humana conditio cui dicitur: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam, tollite iugum meum quia leve est*, quid si, inquam, pullum istum ad se modo iussit adduci missis apostolis illis, qui iam exuti corpore incomprehensibilem oculis nostris angelorum speciem gerunt? Nonne si ab aliquo resistatur dicent: *Dominus operam eius desiderat*?

---

78 sq. *cf.* Luc. 19, 30 sq. 80 Luc. 19, 31 83 Mt. 11, 28—30 88 Luc. 19, 31

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

70 consuestis] -etis *A K W ac.*, -istis *M*, -euistis C_1 barbarus *A ac. K* **71** timet] metuit *K* uoluptate *B pc. C*$_1$ *W*$_1$ **rm** **72** nos dominus huic *tr.* C_1 certamina *A K ac.* **73** peruigilis *B ac.* exhibetis] exiuitis *B ac.*, exhibuistis *B pc.*, exuitis *P*, *add.* uel excubiis *Psl.*, excubiis *L*, exhibuistis et excubias **m** **76** nos *Fac. H S* **drm** obviare] obseruare *E H Mac. O Q W*, *add.* uel obuiare *Qsl.* **78** quid O_1 sit] est W_1 **79** mandauit C_1 W_1 **80** duceretur C_1 opera C_1 W_1 quid] quod *B* si] sibi C_1 **81** animal *O* **83** honorati C_1 L_1 **85** quid *om.* W_1 si] sit C_1 adduci ad se modo iussit *tr. O*, iussit modo adduci ad se *tr.* L_1 **86** illis *om. K* C_1 **87** uestris C_1 **88** opera C_1 W_1 desiderat] -ant *Bac.*, -atur *Far.* O_1

Si resistat vel vitae huius cupiditas, si resistat caro et sanguis, si resistat conversatio corporalis, quia aliquibus forsitan grati videmur. Sed qui nos hic diligit, multo amplius diligit, si sinat fieri hostiam Christi, quia *dissolvi et cum Christo esse multo melius, etsi manere in carne magis necessarium propter vos.* Nihil est ergo quod vereamini, fratres dilectissimi; scio enim quia quicquid passus fuero pro Christo patiar. Et legi quod eos timere non debeam, qui possunt carnem occidere, et audivi dicentem: *Qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam.*

9. Ergo si vult dominus certum est quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina quid veremini? Servum Christi non custodia corporalis sed domini providentia saepire consuevit.

10. Turbati estis quia apertas repperistis geminas fores, quas captus oculis quidam, dum hospitium proprium repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce unus qui videndi munus amisit, solvit vestra universa munimina et custo-

---

92 Phil. 1, 23 sq. 96 sq. *cf.* Mt. 10, 28 97 Mt. 10, 39

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

89 si (1) *om. Aac. K* resistat (1)] restat *Bac.* si (2) *om. A B K* 90 si *om. B* quia] qui *A Bac. E K L M N P Q W L*$_1$, qua *C*$_1$ *W*$_1$, quod *O* 91 multum *W*$_1$ 92 diligit] -et *C*$_1$ *W*$_1$ si sinat] si nata *C*$_1$ dissolvi et] dissoluret *Wac.*, -ure et *Wpc.* 94 est ergo] est igitur *O*, *om. C*$_1$ 95 fratres] *add.* mei *L* quicquid *om. C*$_1$ 96 patior *C*$_1$*ac.* legi] elegi *W*$_1$ 97 carnem possunt *tr. W*$_1$ et *om. C*$_1$ *W*$_1$ audivi] *add.* eos *F O*$_1$, *add.* ad *Fsl.* 99 subsistat *B* 100 differt] defert *Fac. O*$_1$, *om. L* 101 corporali *B L* 101 sq. prouidentia domini *tr. L* 104 hospitio *Eac. Mac. Qac. W* 105 repetit] repperit *Fac. O*$_1$ 105 sq. quod nihil] quia mihi *C*$_1$ 106 uendendi *Aac. Fac. K* 107 nostra *O L*$_1$ uniuersam *L*$_1$ munimina *F Ssl. C*$_1$ *O*$_1$ *W*$_1$ **arm**, lumina *L*$_1$, omnia *B*, nomina *cett.* **d**, *add.* uel munimenta *Psl.*

dias lusit; dominus autem suae misericordiae custodiam non amisit. Nonne ante biduum, ut meministis, etiam illud repertum est quod a parte laeva basilicae ingressus quidam pervius fuit, quem putabatis clausum esse atque munitum? Saepserunt nempe armati basilicam, explorabant hos atque illos aditus; caecitate perfusi sunt, ut quod apertum erat videre non possent, itaque per plurimas noctes quod apertum fuerit non ignoratis. Desinite ergo sollicitari, quia hoc erit quod Christus iubet et hoc esse expedit.

11. Denique exempla vobis legis proferam. Helisaeus quaerebatur a rege Syriae, missus erat exercitus qui eum caperet, circumvallatus erat undique; coepit timere eius servulus quia servulus erat, hoc est non erat liberae mentis et liberae potestatis. Petivit aperiri eius oculos sanctus propheta et ait: „Respice et vide quanto plures sint pro nobis quam contra nos." Et respexit et vidit angelorum milia. Advertitis igitur quod servulos Christi hi magis custodiant qui non videntur quam qui videntur. Sed et illi si custodiunt vestris custodiunt orationibus advocati;

117—124 *cf.* 4 Reg. 6, 12—17

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

108 autem dominus *tr. B* **109** nonne] non *AK* **110** repertum] apertum W_1 a parte] aperte *B* laeva] -ae *H* **d**, *add.* est W_1 quidam] quia C_1 **111** claudum *P* esse *om.* W_1 munitum] muratum C_1 **112** nempe] sepe *K* **113** aditus] au- *Eac.Mac.W* erat *om. L* erat — **115** apertum] *om. F*, *add. s.* quod apertum *sl.* non inuenirent *F* **114** possent] -int *ABac.EKLMNac.QWO*$_1$ **116** hoc] quod **m** **117** legis uobis *tr. O* Helis(a)eus *LOPC*$_1$*W*$_1$ **ad**, el- *cett.* **118** Syriae *om. O* **120** mentes *Bac.* **121** aperire C_1 oculos eius *tr.* PC_1 sanctus] sicut *O* **122** et (1) *om. EMOPQac.Wac.O*$_1$ et vide *om. Aac.K* sint] sunt W_1 **124** advertitis] -tis *Bac.*, -tistis LPC_1 **m**, auertistis W_1, auer- *A* hi] ii *O* **arm** **126** si *om. K* custodiunt (2)] -ant *Bpc.*

legistis nempe eos ipsos qui Helisaeum quaerebant ingressos esse Samariam ad eum ipsum quem capere gestiebant, cui non solum non potuerunt nocere sed ipsius adversus quem venerant intercessione servati sunt.

12. Petrus quoque apostolus utriusque rei vobis edat exemplum. Nam ubi eum Herodes quaesivit et cepit, recepit in carcerem, non enim recesserat dei servulus sed steterat timoris ignarus; orabat pro eo ecclesia, sed apostolus in carcere quiescebat quod est indicium non timentis; missus est angelus qui dormientem excitaret, per quem Petrus productus e carcere mortem ad tempus evasit.

13. Idem Petrus postea victo Simone, cum praecepta dei populo seminaret, doceret castimoniam, excitavit animos gentilium; quibus eum quaerentibus Christianae animae deprecatae sunt, ut paulisper cederet, et quamvis esset cupidus passionis tamen contemplatione populi precantis inflexus est; rogabatur enim ut ad instituendum et confirmandum populum se reservaret. Quid multa? Nocte muros egredi coepit et videns sibi in porta Christum occur-

---

127—130 *cf.* 4 Reg. 6, 18—23 **132—138** *cf.* Act. 12, 3—10 **139—156** *cf.* Eus. hist. eccl. 2, 14 sq.; Heges. Hist. 3, 2

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

127 legis *O* eos] illos W_1 qui] *add.* eum C_1 quaerebant] *add.* per eum *Fsl.m1* **128** ad *HOPSC*$_1$*L*$_1$*W*$_1$ *edd.*, id (id est *F*) *cett.* **129** non (1) *om.* C_1 nocere non potuerunt *tr. P* aduersum *K* **130** venerant *om.* C_1 servati] saluati FO_1 **131** vobis edat] dedit uobis C_1, uobis dedit W_1 **r** **132** et — recepit] praecepit recipi C_1W_1 recipit FO_1 **133** seruus *AK* **134** ignarus timoris *tr. F* eo *om.* C_1 **135** indicium — **136** est *om. Aac.* **137** productus] eductus W_1, *om.* C_1 ad tempus] ad *EMac.Qac.Wac.*, *om. FMpc.OQpc.Wpc.*L_1O_1 **r**, adeptus C_1 **140** docere *AK* castimonia *A* **143** precantis populi *tr. O* precantes *Bac.* **144** rogabant OL_1 **146** muro *EHMOQ SWL*$_1$ **r** portam C_1 occurre *Bac.*

rere urbemque ingredi ait: „Domine, quo venis?“ Respondit Christus: „Venio iterum crucifigi“. Intellexit Petrus ad suam crucem divinum pertinere responsum; Christus enim non poterat iterum crucifigi, qui carnem passione susceptae mortis exuerat; *quod enim mortuus est mortuus est semel, quod autem vivit vivit deo.* Intellexit ergo Petrus quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo itaque sponte remeavit; interrogantibus Christianis responsum reddidit statimque correptus per crucem suam honorificavit dominum Iesum.

14. Videtis igitur quod in servulis suis pati velit Christus. Quid si et huic servulo dicit: *Illum volo manere, tu autem me sequere* et de hac arbore gustare vult fructum? Nam si illius cibus erat ut faceret voluntatem patris, itidem cibus illius est ut nostris passionibus epuletur. Nonne ut de ipso domino sumamus exemplum, quando voluit passus est et cum quaereretur inventus est, quando autem hora non venerat passionis, per medium quaerentium transibat et

---

147 sq. *cf.* Actus Petri cum Simone (*vel* Actus Vercellenses), *ed.* Lipsius-Bonnet I, 45—103; Hennecke-Schneemelcher II 218 sq. **151** Rom. 6, 10 **158** Ioh. 21, 22 **160** *cf.* Ioh. 4, 34 **163** quando — **165** poterant] *cf.* Ioh. 7, 30 **164** per — transibat] *cf.* Luc. 4, 30

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1 W_1; *edd.* (= **adrm**)

---

147 ait *om. L* venis] uadis *FP* **rm**, *add.* uel uenis *P* **148** Christus *om.* C_1 W_1 venio] *add.* romam *P* **150** non *om.* C_1 **151** est (1)] *add.* peccato *LP* **rm**, *om. F* mortuus est (2) *om. Bac.* **d** **152** quod] quid *E* **153** crucifigendus — **154** interrogantibus] crucifigentibus W_1 **154** remeavit] *add.* et C_1 **157** velit] pius uult C_1 W_1 **158** si] sit *A*, non W_1 et huic] adhuc C_1 volo] *add.* sic C_1 W_1 **r**, *om. S* **160** itidem *Bpc.* W_1 **m**, id idem C_1, ididem *Bac. LP*, idem *cett.* **adr** **161** ut (1)] *add.* in W_1 passionis W_1 **163** hora — **167** autem *om.* C_1 **164** quaerentium] *add.* se W_1 transibat] -iebat *Aac. B E F H M N Qac. S W* L_1 O_1 W_1, -ibant *K*

videntes eum tenere non poterant? Quod utique evidenter ostendit quia quando dominus vult, unusquisque invenitur et capitur, quod autem differt, etiamsi quaerentium occurrat oculis, non tenetur.

15. Ego ipse non cottidie vel visitandi gratia prodibam vel pergebam ad martyres? Non regiam palatii praetexebam eundo atque redeundo? Et tamen nemo me tenuit, cum exturbandi me haberent, ut prodiderunt postea, voluntatem dicentes: „Exi de civitate et vade quo vis". Expectabam, fateor, magnum aliquid aut gladium pro Christi nomine aut incendium, at illi delicias mihi pro passionibus obtulerunt, sed athleta Christi non delicias sed passiones suas exigit. Nemo ergo vos turbet, quod aut carrum praeparaverunt aut dura, ut videbatur sibi, Auxentii ipsius, qui se dicit episcopum, ore iactata.

16. Plerique narrabant percussores praemissos, poenam mortis esse decretam. Nec illa timeo et ista non desero. Quo enim abibo, ubi non omnia plena gemitus sint atque lacrimarum, quando per ecclesias iubentur eici catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, curiales proscribi

---

184 curiales] *i.q. decuriones municipii*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

165 quod] quando *Qpc.*, quo **r** **167** quaerentium] *add.* manibus *Emp.H S* **adr** occurrat] *add.* et *Emp.H S* **adr** **169** ego *OC*$_1$ *L*$_1$ *W*$_1$ **ar**, ergo *cett.* **dm** num *P* vel] sed *O* prodebam *Bac.* **170** non] nonne *W*$_1$ **d**, num *P* praetexebam] pro- *W*$_1$, -bant **m** **171** atque] et *P* **172** postea prodiderunt *tr. P* **173** spectabam *C*$_1$ *W*$_1$ **176** adleta *E M Qac.*, ad laeta *Wac.* passiones] -is *Bac.*, -ibus *K* **177** exigit] exegit *C*$_1$ **d**, -et *B L* perturbet *L* praeparaverunt *B* **m**, -rint *H*, -rant *cett.* **adr** **178** aut] autem **d** dura] raedam *C*$_1$ *W*$_1$ uidebantur *Fpc.* **179** iactare *W*$_1$, iactat *L* **180** percussores] percurs- *Lac. P*, precurs- *Bac.* **181** illa] ullam *C*$_1$ et] nec *O* non *om. O* **184** ferire *Apc.Bac.E F K M N Q W C*$_1$ *O*$_1$ feriri curiales] feriales *Aac.*

omnes, nisi mandatum impleverint? Et haec episcopi manu scripta et ore dictata, qui se ut probaret doctissimum vetus non omisit exemplum; legimus enim in propheta quod viderit falcem volantem, hanc imitatus Auxentius gladium volantem per omnes urbes direxit. Et *satanas transfigurat se in angelum lucis* et in malum imitatur eius potentiam.

17. Tu, domine Iesu, uno momento mundum redemisti, Auxentius uno momento tot populos quot in ipso est trucidabit alios gladio, alios sacrilegio. Mihi basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus. Cui bene praesens respondit lectio: *Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas?* id est non convenit paci et furori, non convenit Christo et Belial. Meministis etiam quod lectum sit hodie Nabuthae sanctum virum possessorem vineae suae interpellatum petitione regia, ut vineam suam daret, ubi rex succisis vitibus holus vile sereret, eumque respondisse: *Absit ut ego patrum meorum tradam hereditа-*

---

187 sq. *cf.* *Zach. 5, 2 **189** 2 Cor. 11, 14 **195** Ps. 49, 16 **197** *cf.* 2 Cor. 6, 15 **198—205** *cf.* 3 Reg. 21, 1—13 **201** 3 Reg. 21, 3

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

185 mandatum] manducatum *N* impleuerunt *Aac.* et *om.* $C_1 W_1$ **186** dictata] producta *P*, *add.* uel dictata *Psl.* **187** omisit] am- *LP*, misit *S* in $FC_1O_1W_1$ **arm**, quo *Npc.*, *om. cett.* prophetam *Q* **188** uidit *O* volantem] uoluntatem *S* imitatus] em- *A Bac. Eac. K*, *add.* est C_1W_1*sl.* ausentius *B* **190** imitatur *F H L S* $L_1O_1C_1W_1$ *edd.*, -us *P*, -um *cett.* **191** redimisti *B* **192** quot] quod *A B F K O* $C_1O_1W_1$ **arm** est] sunt *Npc.* **193** trucidabit] -uit W_1, -bat *Wac.* gladio] *om. Bac.*, gladios *Bsl.* mihi] meam **arm**, et his (is W_1) mihi C_1W_1 **194 sq.** respondit praesens *tr.* **d** **195** respondet *P* **196** paci — **197** convenit *om. Aac.* **197** meministi *A N* quid C_1W_1 **198** sit] est *A K N P* **arm** Nabuthae] -e *B H P S edd.*, -tem *O*

tem; regem contristatum esse, quod sibi esset alienum ius relatione iusta negatum, sed muliebri consilio deceptum ⟨Nabuthae⟩ morte in agrum venisse; sanctus enim Nabuthae vites suas vel proprio cruore defendit. Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus ecclesiam Christi?

18. Quid igitur a me responsum est contumaciter? Dixi enim conventus: „Absit a me ut tradam Christi hereditatem." Si ille patrum hereditatem non tradidit, ego tradam Christi hereditatem? Sed et hoc addidi: „Absit ut tradam hereditatem patrum hoc est hereditatem Dionysii qui in exilio in causa fidei defunctus est, hereditatem Eustorgii confessoris, hereditatem Mirocletis atque om-

---

211 Dionysii] *episcopi Mediolanensis ab a. ca. 351; qui a. 355 ab imperatore Valente una cum Eusebio episcopo Vercellensi in exilium expulsus est, quod in synodo Mediolanensi a. 355 habita Athanasii condemnationi subscribere recusavit; cf.* Paredi, Il prefazio di S. Dionisio 341 sqq.; Athanas. hist. arian. 33—35; Hilar. CSEL 65, 186 sq.; Ruf. hist. 10, 21; Socr. 2, 36; Savio 114—122; *cf.* ep. extra coll. 14, 699 sqq. 213 Eustorgii confessoris] *episcopi Mediolanensis a. 344—ca. 350; cf.* Savio 108—114; 718 sqq. Mirocletis] *hic a. 313 concilio Romano in causa Caeciliani interfuit* (*cf.* Optat. 1, 23); *cf.* Savio 94—98

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

202 regemque *P* **r** 203 deceptus *P* 204 Nabuthae morte in agrum *correxi*, morte (*praec. lacuna ca. 7 litterarum in* W_1) magnum C_1W_1, *om. cett. edd.* venisse sanctus enim C_1W_1, *om. cett. edd.* 205 uitis *A Bac. Eac.* 206 suam non tradidit *tr. O* nos trademus] nostra demus *Aac.* tradimus *B* 207 responsum est a me *tr. N* 208 conuentui *L* 209 si — hereditatem *om. Aac. K O* illa *Bac.* 210 et *om. Nac. S* addidit *B L Nac.* 212 exilio] auxilio *Mac.* 213 Eustorgii] ext- *Aac. B K N*, extorgi *E F L Mac. P O*$_1$, eustorgi *O Q Wac.* confessoris *om. K* Mirocletis *A Spc. C*$_1$ **d**, meroclitis *Mpc.*, mirocli W_1, merocli *B E K Mac. N O Q Sac. L*$_1$ *O*$_1$, metrocli *F P*, nerodi *L*, merodi *H*, Myroclis **arm**

nium retro fidelium episcoporum." Respondi ego quod sacerdotis est; quod imperatoris est faciat imperator. Prius est ut animam mihi quam fidem auferat.

19. Ac cui tradam? Praesens lectio evangelii docere nos debet quid petatur, a quibus petatur. Audistis nempe legi quod, cum Christus pullum asinae sederet, clamabant pueruli et moleste ferebant Iudaei. Denique interpellaverunt dominum Iesum dicentes ut faceret eos tacere; respondit: *Si hi tacebunt lapides clamabunt.* Deinde ingressus templum eiecit nummularios et cathedras et columbas vendentes in templo dei. Lectio nempe ista nulla nostra dispositione recitata sed casu est, quae praesentibus bene aptatur temporibus. Semper ergo Christi laudes verbera perfidorum sunt. Et nunc cum laudatur Christus, dicunt haeretici quia seditio commovetur, dicunt haeretici quia his mors parabatur; et vere mortem habent in laudibus Christi. Quomodo enim laudes eius ferre possunt, cuius infirmitatem praedicant? Itaque et hodie cum laudatur Christus, Arrianorum amentia verberatur.

219—224 *cf.* Luc. 19, 35—45 **222** Luc. 19, 40

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[L_1]O_1W_1; *edd.* (= **adrm**)

---

214 ego *om.* C_1 **215** imperator] -ur *Bac.*, *add.* ut *B*, *add.* et *LP* est ut *del. B* **217** ac] at *Apc.* L_1C_1 **rm**, hac *Fac. Qac.* O_1, haec *Fpc.*, hanc *OQpc. Wpc.*, aut W_1 cui] cum C_1 **219** Christus] *add.* super **arm** clamabant] lauda- C_1W_1 **220** pueri C_1W_1 interpellauerant C_1W_1 **222** hi] ii *O* **m** tacuerint **rm** ingressus] *add.* est C_1W_1 **223** templum] *add.* et C_1 eiecit] eicit *EFMQSWL*$_1$$O_1$, cepit eicere *O* et (2) *om.* W_1 **224** uendentis *Bac.* ista nempe *tr. O* **225** dispositionem *E* est sed casu *tr.* **rm** **226** ergo christi semper *tr. O* uerba *A* **228** quia — haeretici (2) *om. MWac.* L_1, *add.* seditio commouetur *Msl.* **229** paratur *Npc.* **ar** et] ut *C* **230** ferre] offere C_1, *add.* non *S* **231** praedicantur *EFar.* (?) *Mac.* O_1 et *om.* C_1W_1

20. Geraseni praesentiam Christi ferre non poterant, isti peiores Gerasenis nec laudationem Christi sustinere possunt. Vident puerulos Christi gloriam concinentes, quia scriptum est: *Ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem.* Irrident istam aetatulam plenam fidei cum dicunt: Ecce quid clamant? Sed respondit his Christus: *Si hi tacuerint lapides clamabunt*, hoc est fortiores clamabunt, clamabunt et iuvenes, clamabunt et maturiores, clamabunt et senes, isti lapides ad illum iam solidati lapidem, de quo scriptum est: *Lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli.*

21. His igitur laudationibus invitatus templum suum Christus ingreditur et flagellum prendit et eicit de templo nummularios. Non patitur enim in suo templo pecuniae esse vernaculos, non patitur in suo templo esse eos qui vendant cathedras. Quid sunt cathedrae nisi honores? Quid

---

233 *cf.* Luc. 8, 37 236 Ps. 8, 3 238 Luc. 19, 40
242 Ps. 117, 22 245 sq. *cf.* Ioh. 2, 15

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

233 ferre] -i *Bac.*, sustinere *P* 234 sustinere] ferre *PC*$_1$, *add.* non *C*$_1$ 235 puerulos *C*$_1$*W*$_1$, pueros *cett.* gloriam christi *tr. O* continentes *Aac. K* 236 lactentium *H L M O P Spc. L*$_1$ *edd.* 237 plena *K* fidei plenam *tr.* **rm** 238 quid] quod *B*, qui *C*$_1$*W*$_1$ respondet *P* his] iis **arm** hi] ii *O* **m** 239 tacuerint] -it **d**, tacebunt **m** clamabunt lapides *tr. C*$_1$ hoc — clamabunt (2) *om. C*$_1$ 240 clamabunt (1)] clamant enim *C*$_1$*W*$_1$, *om. A O* iuuenes et *tr. O* clamabunt (2)] clamant *C*$_1$*W*$_1$, *om. A* clamabunt (3) *F N O*$_1$ **arm**, clamant *cett.*, *add.* clamant *A* 241 lapides *C*$_1$*W*$_1$ **arm**, laudes *cett.* iam ad illum *tr. C*$_1$ 242 hic — 243 anguli *om. K* 245 pr(a)ehendit *Apc. W*$_1$ *edd.* eicit] eiecit *L M Nac. Q W C*$_1$*W*$_1$, eicet *Bac.* 246 templo] *add.* esse *Psl.* pecuniae — 247 esse (2) *om. C*$_1$*W*$_1$ 247 esse (1) *om. P* vernaculos — esse (2) *om. L* templo *om. Aac.* 248 uendunt *P* quid (2)] qui *B*

sunt columbae nisi simplices mentes vel animae fidem candidam et puram sequentes? Ego ergo inducam in templum quem Christus excludit? Iubetur enim exire qui dignitates vendit et honores, iubetur enim exire qui vendere vult simplices mentes fidelium.

22. Ergo Auxentius eicitur, Mercurinus excluditur. Unum portentum est et duo nomina. Etenim ne cognosceretur quis esset, mutavit sibi vocabulum, ut quia hic fuerat Auxentius episcopus Arrianus, ad decipiendam plebem quam ille tenuerat se vocaret Auxentium. Mutavit ergo vocabulum, sed perfidiam non mutavit; exuit lupum et induit lupum. Nihil prodest quod mutavit nomen, quid sit agnoscitur. Alius in Scythiae partibus dicebatur, alius hic vocatur, nomina pro regionibus habet. Habet ergo iam duo nomina et si hinc alio perrexerit, habebit et tertium. Quomodo enim patietur ut maneat ei vocabulum ad tanti sceleris indicium? Minora fecit in Scythia et ita erubuit ut mutaret vocabulum; sceleratiora hic ausus est et volet

---

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1 W_1; *edd.* (= **adrm**)

---

249 mentis *B L P* **250** ergo ego *tr. A*, ergo ergo *K*, ego *del. B*, ego enim C_1 W_1 inducant *B* **251** excludit] in- *E Mac. Q W*, -itur *Far.* O_1 iubetur — **253** simplices *om. Qac.* qui — **252** exire *om.* C_1 **252** uendidit *Q W* iubet *W* enim *om.* **m** uenderet *O* **253** simplices] simplicitatis *B L P*, *add.* uel simplices *Psl.* **254** Auxentius] *add.* nunc *Mmg.* Mercurinus] *add.* nunc *Msl.* **255** et *om.* **rm** nec *Aar.* **256** esset] est et *B* ut *om.* C_1 W_1 **257** arrianorum *P* decipiendum W_1 **258** se vocaret] euo- W_1, se uocat et C_1 Auxentium] Mercurinum **ar** **259** et] sed **m**, *om.* C_1 W_1 **260** quid] quis *O*, *add.* uel quis *Psl.* **261** Scythiae] sythiae *K*, siciae *O*, sityae *W*, sytiae *S*, sythiae *M* **262** habet (2)] -eat C_1 **263** perrexerit] -rint *Bac.*, -runt C_1 (*item l. 267*) **264** enim] ergo C_1 W_1

quocumque perrexerit nomine suo prodi? Tantorum populorum sanguinem manu sua scribet et poterit consistere animo?

23. Paucos excludebat dominus Iesus de templo suo, Auxentius nullum reliquit. De templo suo Iesus flagello eicit, Auxentius gladio, Iesus flagello, Mercurinus securi. Pius dominus flagello exturbat sacrilegos, nequam persequitur pios ferro. De quo bene dixistis hodie: Leges suas secum ferat. Feret etiamsi nolit, feret conscientiam suam, etsi non fert cartulam, feret sanguine inscriptam animam suam, etsi atramento inscriptam epistulam non feret. *Scripta est, Iuda, culpa tua graffio ferreo et ungue adamantino et scripta in pectore tuo*, hoc est ibi scripta unde processit.

24. Is mihi etiam audet mentionem facere tractandi, plenus sanguinis, plenus cruoris? Qui quos non potuerit sermone decipere, eos gladio putat esse feriendos, cruentas leges ore dictąns, manu scribens et putans quod lex fidem possit hominibus imperare. Non audivit et id quod hodie

---

278 *Ier. 17, 1

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

267 prodi] -itus W_1 **268** scribit $FC_1L_1O_1W_1$ **272** eiecit $BFNOC_1L_1$ **273** pius *Aac.KLNP* **arm**, ipsos C_1W_1, ipse FL_1O_1, ipsius *cett.* domini *O* sacrilegus *B* nequaquam *Apc.EFHMQWO*$_1$ sequitur *L* **275** ferat] fuerat *B* feret (1) *Fpc. OP* **arm**, *om. BEac. HSac.*, -at *cett.* feret (2)] ferret *Bac.*, -at $OC_1Qac.$, fert *Nac.* **276** fert] feret C_1W_1 sanguinem *AEKLMNQac.War.*C_1 inscriptam] in scriptura *L* **277** feret] ferret *Fac.*O_1, fert *Bac.PC*$_1W_1$ **278** ferro *Eac.Mac.Q* et] in *P* **279** ibi] ubi *Bar.* **280** is] his *EFac.LMQac.Wac.*$C_1L_1O_1W_1$ audit *ABac.EHKMNPQac.Sac.W* **d** retractandi **r** **281** cruoris *om.* C_1 poterit *M* **282** putat esse] putas esse *K*, putasse *Bac.*, putat *Bpc.* **283** fidem *om.* W_1 **283 sq.** possit hominibus fidem *tr. P* **284** num *P* et *om.* C_1W_1 et id *om. K*

dictum est: *Quoniam non iustificatur homo ex operibus legis*, ait, *per legem legi mortuus sum ut deo vivam*, id est per legem spiritalem interpretationi legis est mortuus corporali. Et nos per legem domini nostri Iesu Christi moriamur huic legi, quae sancit decreta perfidiae. Non lex ecclesiam congregavit sed fides Christi, lex enim non est ex fide; *iustus* autem *ex fide vivit*. Iustum ergo fides, non lex facit, quia non est per legem iustitia sed per fidem Christi; qui autem fidem repudiat et legis iura praescribit, ipse se testatur iniustum, quia *iustus ex fide vivit*.

25. Hanc ergo legem quisquam sequatur qua firmatur Ariminense concilium, in quo creatura dictus est Christus? Sed aiunt: *Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege*; ergo *factum* legunt hoc est creatum. Nonne hoc ipsum considerant quod proposuerunt, quia factus dicitur Christus sed ex muliere hoc est secundum partum

---

285 Gal. 2, 16.19 **291.294** Gal. 3, 11 **296** Ariminense concilium] *a. 359 Constantius imperator 400 fere episcopos occidentales Ariminum convocavit, quorum maior pars fidei Nicaenae adhaerebat, et imperavit, ut ab usiae et omousii nominibus recederent. Deinde* cum... epistula integrae fidei suscribentes episcopi catholici miserunt decem legatos ad imperatorem *ut in Collectaneis Antiarianis Parisinis narratur* (CSEL 65, 85, 11 sqq.); *cum* legati catholicorum non susciperentur... longa dilatione fatigati et minis imperatoris perterriti damnaverunt integram fidem, quam antea defendebant, et susceperunt perfidiam, quam ante damnaverunt. *Cf.* Hefele-Leclercq I 934 sqq. **297** Gal. 4, 4

$ABEF[H]KLMNOPQSWC_1[L_1]O_1W_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

285 dictum] lectum PC_1W_1 iustificabitur FOL_1O_1 **286** ait] *add.* enim C_1W_1, *add.* s. apostolus *Psl.*, aut *Aar. LSsl.* **arm** **287** corporalis *C* **290** Christi] congregauit *O* enim] autem **r** est *om.* **d** **291** autem] *add.* meus WL_1, enim **r** **292** sed *om.* W_1 **293** repudia *K* iura] dura C_1W_1 ipse — **295** sequatur *om. O* se *om. Aac. M* **295** ergo *om.* C_1 **296** consilium *Fac.* quo *OP* **arm**, qua *cett.* **300** dicitur] est *O*

virginis factus est, qui secundum divinam generationem ex patre natus est? Et legerunt et hodie quia *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Numquid *maledictum* Christus secundum divinitatem est? Sed quare *maledictum* dicatur apostolus te docet dicens: *Quia scriptum est: Maledictus omnis qui pependit in ligno*, hoc est qui in carne sua nostram carnem, in suo corpore nostras infirmitates et nostra maledicta suscepit ut crucifigeret; non enim ille maledictus sed in te maledictus. Denique habes alibi: *Qui peccatum non cognovit sed pro nobis peccatum factus est*, quia nostra peccata suscepit ut sacramento suae passionis aboleret.

26. Haec ego, fratres, coram ipso apud vos plenius disputarem, sed certus gnaros vos esse fidei vestrum refugit examen et gentiles quosdam quattuor aut quinque ferme homines elegit cognitores sibi, si tamen aliqous elegit:

---

302 Gal. 3, 13 **306** Gal. 3, 13; Deut. 21, 23 **310** 2 Cor. 5, 21 **316** cognitores] *i. q. iudices, cf.* ep. 75, 6; *cf.* ThlL *s. v.*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

302 et (1) *om.* $C_1 W_1$ **rm** et (2) *del. B* **303.304** maledictus (*bis*) C_1 **304** Christus *om. Aac. K* est *om.* $P W_1$ **305** dicitur C_1 apostolus] *add.* paulus W_1 **306** omnis] homo $C_1 W_1$ pependit *F Mpc.* $C_1 O_1$, pendet *H Npc. O P* L_1 **rm**, pendit *cett.* **307** qui $C_1 W_1$ **adrm**, quia *cett.* carnem] *add.* et $C_1 W_1$ corpore suo *tr. P* **308** et *om. Eac.* **309** non — **310** peccatum *om. Aac.* **310** cognovit] nouerat **r** **311** factum *A F* O_1 **313** ergo *A H S Q W* $C_1 W_1$ **d** nos *K* **314** gnaros *N O P Q W* $C_1 L_1 W_1$, non ignaros *F H Mpc. S* O_1 **adrm**, ignaros *cett.* uos gnaros *tr. P* vos] *add.* non *L* esse *om. Pac.* **314 sq.** examen refugit *tr.* C_1 **315** aut] atque W_1 **316** elegit] eligit **r** (*bis*) cognitores] -re **d**, -rem *Eac. Mac. Qac.* elegit (2)] *om. O, add.* sibi *Asl. M*

quos vellem adesse in coetu omnium, non ut de Christo iudicent sed ut maiestatem audiant Christi. Tamen illi iam de Auxentio pronuntiarunt cui tractanti cotidie non credi-
320 derunt. Quae maior eius condemnatio quam quod sine adversario apud iudices suos victus est? Ergo et ipsorum sententiam contra Auxentium iam tenemus.

27. Et in eo quod gentes elegit iure damnandus est, quia apostoli praecepta dimisit cum apostolus dicat: *Audet*
325 *aliquis vestrum adversus alterum habens negotium iudicari apud iniquos et non apud sanctos? Aut nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?* Et infra ait: *Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratres, sed frater cum fratre iudicio contendit et hoc apud infideles?*
330 Vides quia quod ille obtulit contra auctoritatem apostoli sit. Vos eligite utrum Auxentium an Paulum sequi debeamus magistrum.

28. Sed quid dicam de apostolo, cum ipse dominus clamet per prophetam: *Audite me, populus meus, qui scitis*
335 *iudicium, quorum in corde lex mea est.* Deus dicit: *Audite*

---

324 1 Cor. 6, 1 sq. **327** 1 Cor. 6, 5 sq. **334** * Is. 51, 7

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[*L*$_1$]*O*$_1$*W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

317 quos] quod *EQac.* cętum C_1W_1 **319** pronuntiaverunt **rm** **320** quod *om.* C_1W_1 **322** auxentiam *Bac.* **323** in eo *FLar.*(?) *Spc.*$C_1O_1W_1$, in *cett. codd.* **d**, *om.* **arm** gentiles FPO_1 **324** praecepta apostoli *tr.* C_1 audet] aut det *Bac.* **326** aut] an *KP* **328** inter fratres iudicare *tr. K* **330** quia quod *Npc.*PC_1W_1 *edd.*, quia quos FO_1, quicquid *Mpc.QWL*$_1$, quicquod *Mac.*, quia quicquid *O*, quam quod *L*, qui quod *cett.* **331** sit] sint *Fpc., om. B* eligite] ele- *Aac.BQW*, elegit *M* debeam C_1 **333** quid *om. K* **334** clamat *Eac.OQ* **335** iudicium] *add.* uel iustum *Asl., item l. 336* quorum — **336** iudicium *om.* W_1 dominus *LW*

me, populus meus, qui scitis iudicium, Auxentius dicit: „Nescitis iudicium". Videtis quia iam deum contemnit in vobis qui sententiam caelestis refutat oraculi? *Audite me*, inquit, *populus meus*, dicit dominus, non dicit: Audite, gentes, non dicit: Audite, Iudaei. Iam enim non populus dei qui fuerat Iudaeorum quia populus erroris est factus, et qui populus erroris erat populus dei esse coepit quia in Christum credidit. Iste ergo populus iudicat cuius in corde lex divina est non humana, lex *non atramento scripta sed spiritu dei vivi*, non in carta exarata sed in corde signata, lex gratiae non cruoris. Quis igitur vobis iniuriam facit, qui recusat vestram an qui eligit audientiam?

29. Conclusus undique ad versutiam patrum suorum confugit. De imperatore vult invidiam commovere, dicens iudicare debere adolescentem catechuminum sacrae lectionis ignarum et in consistorio iudicare, quasi vero superiore anno quando ad palatium sum petitus, cum praesentibus primatibus ante consistorium tractaretur, cum imperator basilicam vellet eripere, ego tunc aulae contemplatione regalis infractus sim, constantiam non tenuerim sacerdotis

---

344 2 Cor. 3, 3 **351 sq.** superiore anno] *cf. Proleg.*

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W C*$_1$ [*L*$_1$] *O*$_1$ *W*$_1$; *edd.* (= **adrm**)

---

336 me *om. BO* **337** contemnet *Bac. L* **337 sq.** in uobis contempnit C_1 **339** dicet *Bac.* (*bis*) **340** enim *om. Aac.* non (2)] nunc *P*, *om. FO*$_1$ **rm** **341** fuerant $C_1 W_1$ Iudaeorum quia $C_1 W_1$, *om. cett. edd.* po]pulus — qui *om.* W_1*ac.* est factus *del. Q* **344** divina] uiua $C_1 W_1$ **345** charta **arm** **346** fecit *O* **347** qui] non recusat uestram quia C_1 qui — audientiam] qui non recusat audientiam uestram quaelegi W_1 eligit] elegit *Aac. B L O P* C_1 **348** uersutias *P* **350** catechuminum] cathecu- *A B E K L M N Q* $C_1 W_1$ **ad**, catecu- *F H* $L_1 O_1$, cathicu- *P* **351** consistorium *A* **352** palatio *Bac.* **355** infractus sim] inf. sum C_1, fractus sim W_1, infractusis (-tus *pc.*) *F*, -tu sim *Apr.* tenuerim] tenerim *E Mac.*, teneri *Q W*

aut imminuto iure discesserim. Nonne meminerunt quod ubi me cognovit populus palatium petisse ita irruit, ut vim eius ferre non possent, quando se comiti militari cum expeditis ad fugandam multitudinem egresso obtulerunt omnes se neci pro fide Christi? Non tunc rogatus sum, ut populum multo sermone mulcerem, sponderem fidem quod basilicam ecclesiae nullus invaderet? Et cum pro beneficio meum sit officium postulatum, tamen quod populus ad palatium venisset mihi invidia commota est. In hanc igitur invidiam me redire desiderant. **30.** Revocavi populum et tamen invidiam non evasi; quam quidem invidiam ego temperandam arbitror non timendam. Quid enim timeamus pro Christi nomine? Nisi forte illud movere me debet quod aiunt: „Ergo non debet imperator unam basilicam accipere ad quam procedat, et plus vult Ambrosius posse quam imperator, ut imperatori prodeundi facultatem neget?" Quod cum dicunt apprehendere sermones nostros gestiunt, sicut Iudaei qui Christum versuto sermone temptabant dicentes: *Magister, licet tributum dare Caesari an non?*

---

374 Mt. 22, 17

A B E F [*H*] *K L M N O P Q S W* C_1 [L_1] O_1 W_1; *edd.* (= **adrm**)

---

356 imminuto] immutato *O* nonne] non *Bac.* **357** ita] ira ita *B* vim] cum *AK*, *add.* uim *Asl.* **358** possent *HNpc.* C_1 W_1 *edd.*, -sem *P*, -sim *L*, -sint *cett.* se] *om. Aac. K* L_1 **arm**, uero *Fpc.* comites militares *Fpc.* militarii C_1 **359** egressi *Fpc.* **360** se] esse *Bac.*, *om. P* C_1 W_1 non] nonne *L*, num *P* **361** multo] molli **r** mulcerim sponderim *Bac.* quod] quo *E F H M O Q S W* L_1 O_1 **362** et] ut *L* **363** tamen] *add.* quod postulatum tamen *L* **364** hac *Bac. Lac. P* **365** invidiam] -a *P* ridere *AK* revocavi] -ari *A*, -auit **d** **366** invidiam (1)] inuidiae *O*, *om.* C_1 ego] ago C_1 **367** temperabam *K* **370** Ambrosius] *add.* esse *Apc. E H M Q S W* **d** **371** facultatem prodeundi *tr. P* **373** temperabant *Aac.* **374** dari *O* C_1 L_1 dare (-i C_1) tributum *tr.* C_1 W_1 caesara *K* aut *H M P W* C_1 L_1

Semperne de Caesare servulis dei invidia commovetur? Et hoc ad calumniam sibi arcessit impietas, ut imperiale nomen obtendat? Et isti possunt dicere quod eorum non habeant sacrilegium quorum imitantur magisterium?

31. Et tamen videte quanto peiores Arriani sint quam Iudaei. Illi quaerebant utrum solvendum putaret Caesari ius tributi, isti imperatori volunt dare ius ecclesiae. Sed ut perfidi suum sequuntur auctorem ita et nos quae nos dominus et auctor noster docuit respondeamus. Considerans enim Iesus dolum Iudaeorum dixit ad eos: *Quid me temptatis, ostendite mihi denarium.* Et cum dedissent dixit: *Cuius imaginem habet et inscriptionem?* Respondentes dixerunt: *Caesaris.* Et ait illis Iesus: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari et quae dei sunt deo.* Ergo et ego dico illis qui mihi obiciunt: *Ostendite mihi denarium.* Iesus Caesaris denarium vidit et ait: *Reddite Caesari quae Caesaris sunt et quae dei sunt deo.* Numquid de ecclesiae basilicis occupandis possunt denarium offerre Caesaris?

384—391 Mt. 22, 18—21

ABEF[*H*]*KLMNOPQSWC*$_1$[L_1]O_1W_1; *edd.* (= **adrm**)

---

4. *Caeli*, inquit, *enarrant gloriam dei*. Cum legitur hic psalmus occurrit quod non tam elementa materialia quam caelestia merita dignum deo praeconium deferre videantur. Hodierno tamen fortuita lectione patuit qui caeli enarrant gloriam dei. Aspicite ad dexteram meam, aspicite ad sinistram reliquias sacrosanctas: videtis caelestis conversationis viros; spectate animi sublimis tropaea: isti sunt caeli qui enarrant gloriam dei, haec opera manuum eius quae annuntiant firmamentum. Non enim eos saecularis illecebra sed divini operis gratia ad firmamentum sacratissimae passionis evexit multoque ante morum virtutumque documentis annuntiavit in his martyrium quod adversus lubricum saeculi huius stabiles permanserunt.

5. Caelum erat Paulus qui ait: *Nostra autem conversatio in caelis est*. Caeli erant Iacobus et Iohannes, denique filii tonitrui nuncupabantur; et ideo quasi caelum Iohannes

---

34 Ps. 18, 2 47 Phil. 3, 20 49 *cf.* Mc. 3, 17

$BFKLNOPQV_1V_2$; rm

---

32 quod *Bpc.*, quo *cett.* rm **34** enarrant] *add.* sorori V_1 enarrant inquit *tr.* r cum] cui K legeretur QV_1V_2 **37** hodierno] hodie *Oac.m1*, hoc diurno QV_2, -na KP r (*cf. l.146* hesterno) fortuita] -u FP, -o KLN qui] quia P enarrant] -ent QV_1V_2, narrant K **39** sacras sanctas V_1 videtis] -te $OPQV_1V_2$ m **40** spectantes N r troph(a)ea $BFOPQV_1V_2$ rm, tropheam L **41** enarrant] narrant BFL, annuntiant P **42** annuntiat $FOPac.m1$ m **42 sq.** non — firmamentum *om. Qac.* **43** gratia] ratio Q **45** in his martyrium] his martiribus OQV_2 martyrum *Bac.* V_1 quod] quo $OPQV_2$ **45 sq.** lubricum] -a F, -am $BLNP$ **46** huius] *add.* uitam P permanerent OQV_1V_2 **47** erat *om.* F autem *om.* F rm **49** nuncupabantur] nuncupantur $BKOac.$ rm, nuntiabantur L

verbum apud deum vidit. Ipse dominus Iesus perpetui luminis erat caelum cum enarraret dei gloriam, sed eam quam nemo ante conspexerat, et ideo dixit: *Deum nemo vidit umquam nisi unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarravit.* Opera quoque manuum dei si quaeris audi Iob dicentem: *Spiritus divinus qui fecit me.* Et ideo adversus diaboli temptamenta firmatus inoffensae vestigium constantiae reservavit. Sed veniamus ad reliqua.

6. *Dies*, inquit, *diei eructat verbum.* Ecce veri dies quos nulla caligo noctis interpolat; ecce veri dies pleni luminis et fulgoris aeterni, qui non perfunctorio sermone verbum dei sed intimo corde eructarunt in confessione constantes, in martyrio perseverantes.

7. Alius psalmus lectus est dicens: *Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in caelo et in terra?* Respexit sane humilia deus qui latentes sub ignobili caespite reliquias sanctorum martyrum suae ecclesiae revelavit, quorum anima in caelo, corpus in terra,

---

50 *cf.* Ioh. 1, 1 **52** Ioh. 1, 18 **55** Iob 33, 4 **58** Ps. 18, 3 **63** Ps. 112, 5 sq.

$BFKLNOPQV_1V_2$; rm

---

51 gloriam dei *tr.* FQV_2 **53** nisi *om.* V_1 r filius *om.* P **54** enarravit] -bit V_1, narrauit F manuum quoque *tr.* QV_2 **55** iacob *Lac.* me *om.* r **57** reservavit *Bpc.OPQ* r, reserauit *cett.*, uel rauit *Psl.*, servavit m **58** eructuat BLV_1V_2 uere *Bac.FL* quos — **59** dies *om.* OQV_2 **59** pleni *om.* L **60** (a)eterni fulgoris *tr.* OQV_2 **61** eructarunt] -uarunt BFL, tractarunt OV_1, tractarent QV_2 **63** aliud K lectus *om.* OQV_2 est dicens] dicens L, dicit $NOQV_2$ rm qui $KNac.$ **65** sane] *add.* et QV_2 deus] *add.* noster OQV_1V_2, dominus r quia *Bpc.* latenter V_1 **66** martyrum] -ium N, *om.* r **67** animo V_1

suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem, quos videtis, ut eos cum principibus populi sui collocaret. Principes populi quos alios nisi sanctos martyres aestimare debemus, quorum iam in numerum diu ante ignorati Protasius Gervasiusque praeferuntur, qui sterilem martyribus ecclesiam Mediolanensem iam plurimorum matrem filiorum laetari passionis propriae fecerunt et titulis et exemplis?

8. Nec hoc abhorreat a vera fide: *Dies diei eructat verbum*, anima animae, vita vitae, resurrectio resurrectioni; *et nox nocti indicat scientiam*, hoc est caro carni, quorum passio veram fidei scientiam omnibus indicavit. Bonae noctes, noctes lucidae quae habent stellas. *Sicut enim stella a stella differt in claritate ita et resurrectio mortuorum.*

9. Non immerito autem plerique hanc martyrum resurrectionem appellant, videro tamen utrum ibi nobis certi martyres resurrexerint. Cognovistis immo vidistis ipsi multos a daemoniis purgatos, plurimos etiam ubi vestem sanc-

---

68 Ps. 112, 7 69 *cf.* Ps. 112, 8 75 Ps. 18, 3 77 Ps. 18, 3 79 1 Cor. 15, 41 sq.

$BFKLNOPQV_1V_2$; rm

---

68 suscitat V_1 a terra] hunc OQV_2, *add.* hunc V_1 stercore] *add.* hunc OQV_1V_2, -em B 69 collocarit rm 70 ni K existimare OQV_2 71 in numerum] nomina OQV_2 ignorati] -a OQV_2, -ae $V_1ac.$, -e B 72 referuntur OQV_1V_2, proferuntur r 73 ecclesi(a)e $BKLN$ 74 passiones V_1 fecerint rm fecerunt propriae passionis *tr.* O 75 ne K hoc *om.* O abhorret $FOQV_1V_2$ a *om.* $BKLP$ vera fide] uero OQV_1V_2 fides P eructuat $BFLV_1V_2$ 77 nox] nos K 79 noctes (1)] -is V_1 noctes (2)] -e V_1, *om.* L 80 a] ab $Bpc.PQV_1V_2$, ad K, *om.* $Bac.$ claritatem B 81 martyrum] *add.* inuentionem OQV_2 82 videro] uideo B, uidebo QV_1V_2 ibi *correxi*, sibi *codd.* rm, *add.* an $Bsl.FOPQV_1V_2$ r certe $KOPQV_1V_2$ m 83 resurrexerint] -unt $BKLNV_1$ r, *om.* F 84 a *om.* OQV_1V_2 etiam *om.* O

torum manibus contigerunt his quibus laborabant debilitatibus absolutos, reparata vetusti temporis miracula, quo se per adventum domini Iesu gratia terris maior infuderat, umbra quadam sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis. Quanta oraria iactitantur, quanta indumenta super reliquias sacratissimas et tactu ipso medicabilia reposcuntur! Gaudent omnes extrema linea contingere et qui contigerit salvus erit.

10. Gratias tibi, domine Iesu, quod hoc tempore tales nobis sanctorum martyrum spiritus excitasti, quo ecclesia tua praesidia maiora desiderat. Cognoscant omnes quales ego propugnatores requiram qui propugnare possint, impugnare non soleant. Hos ego acquisivi tibi, plebs sancta, qui prosint omnibus, noceant nemini. Tales ego ambio defensores, tales milites habeo hoc est non saeculi milites sed milites Christi. Nullam de talibus invidiam timeo quorum quo maiora eo tutiora patrocinia sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi eos invident opto praesidia. Veniant ergo et videant stipatores meos, talibus me armis

---

89 oraria] *i. q. sudaria* 93 hoc tempore] *cf. Proleg.;* Aug. conf. 9, 7, 15 sq.

BFKLNOPQV$_1$*V*$_2$; rm

---

85 manibus] martyrum OQV_2 his] iis rm 86 reparata] -o OQV_2, *add.* sunt *Psl.* temporis] corporis *Bac., corr. m1* miraculo OQV_2 quod *K* 86 sq. se per] semper *F* 88 quadam] quidem OQV_2 sanatos] sanctos V_1, sanos *F* 89 iaciantur OQV_1V_2 90 sacratissimas reliquias *tr.* OQV_2 et] ut *N* reposcuntur] -unt QV_2, -antur *Bac.* LNV_1 91 extremam lineam *FO* quis V_1 94 quod *F* 96 ergo V_1 propugnari *Q* possunt V_1 97 impugnari QV_1V_2 ergo *OPac.* V_1 98 nemini noceant *tr. O* rm ergo V_1 99 hoc — 100 timeo *om.* r milites s(a)eculi *tr.* OQV_2 101 sint QV_1V_2 103 ego *K*

ambiri non nego. *Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur.*

11. Helisaeum scripturae divinae series refert cum ab exercitu Syrorum esset obsessus dixisse timenti servulo ne timeret, *quia plures*, inquit, *pro nobis sunt quam contra nos*, et ut hoc probaret petisse ut oculi Giezi aperirentur; quibus ille innumeros adesse vidit prophetae exercitus angelorum. Nos etsi eos videre non possumus sentimus tamen. Erant clusi isti oculi quamdiu obruta sanctorum corpora delitescebant; aperuit oculos nostros dominus, videmus auxilia quibus sumus saepe defensi; non videbamus haec sed habebamus tamen. Itaque trepidantibus nobis quasi dixerit dominus: „Aspicite quantos vobis martyres dederim", ita reseratis oculis gloriam domini speculamur, quae est in martyrum passione praeterita et operatione praesenti. Evasimus, fratres, non mediocrem pudoris sarcinam, patronos habebamus et nesciebamus. Invenimus unum hoc quo videamur praestare maioribus; sanctorum martyrum cognitionem quam illi amiserunt nos adepti sumus.

---

104 Ps. 19, 8 **108** 4 Reg. 6, 16; *cf.* ob. Theod. 10

BFKLNOPQV$_1$*V*$_2$; **rm**

---

104 ambire *Bac.O* non nego] nonne ego *K* hi] ii *O* (*bis*) curribus] *add.* inquit *OQV*$_1$*V*$_2$ **106** Helisaeum] el- *F* **r**, eel- *K*, *praem.* item alius eiusdem *Q*, *praem.* item sermo eiusdem unde supra *V*$_2$ **107** seruulo timenti *tr. O* **109** hoc] haec *B*, *om. OQV*$_1$*V*$_2$ quibus] *add.* apertis **m** **110** ille *om.* **r** innumeros *om. B* uidit prophetae adesse *tr. O* prophetae *om. QV*$_2$ **112** clausi *FOQV*$_2$ **rm** abruta *V*$_2$ delitiscebant *BLNV*$_1$, delicti scebant *K* **113** videmus] -imus *OQ V*$_1$*V*$_2$, -eamus *B*, *add. et del.* b *inter* e *et* a *Bm1* **115** ita *V*$_1$ diceret *OQV*$_2$ **116** martyras *Bac.Lac.* dederim *om. L* **117** oculis] oraculis **r** in *om.* **rm** **118** martyrem (-um *pc.*) passionem *V*$_1$ praesens **rm** **120** unum] enim *V*$_1$ quod *Bar.NOQV*$_1$*V*$_2$ **121** uideamus *QV*$_1$*V*$_2$ maiorem *QV*$_2$ martyrum *om. O* **122** illa (-i *V*$_1$) miserunt *KV*$_1$ adepti nos *tr. QV*$_2$

12. Eruuntur nobiles reliquiae e sepulchro ignobili, ostenduntur caelo tropaea. Sanguine tumulus madet, apparent cruoris triumphalis notae, inviolatae reliquiae loco suo et ordine repertae, avulsum humeris caput. Nunc senes repetunt audisse se aliquando horum martyrum nomina titulumque legisse. Perdiderat civitas suos martyres quae rapuit alienos. Etsi hoc dei munus est, tamen gratiam quam temporibus sacerdotii mei dominus Iesus tribuit negare non possum; quia ipse martyr esse non mereor hos vobis martyres acquisivi.

13. Succedant victimae triumphales in locum ubi Christus est hostia. Sed ille super altare qui pro omnibus passus est, isti sub altari qui illius redempti sunt passione. Hunc ego locum praedestinaveram mihi, dignum est enim ut ibi requiescat sacerdos ubi offerre consuevit; sed cedo sacris victimis dexteram portionem: locus iste martyribus debe-

---

138 dexteram portionem] *a. 1864 duo loculi inventi sunt: ad dexteram sacerdotis missam ad populum celebrantis loculus maior, quo duo martyres sepulti erant, et ad sinistram loculus minor, quo Ambrosius a. 397 sepultus erat. Super quos loculos Angilbertus II a. 835 novum sarcophagum erexit et Ambrosium in medio et ad eius latera duos martyres posuit, cf.* Paredi 358

$BFKLNOPQV_1V_2$; rm

---

123 nobiles] nobis m e] de $OPQV_2$, *om.* r **124** caeli *P* troph(a)ea $BFLOPQV_1V_2$ sanguinis V_1 madet tumulus *tr.* QV_2 tumultus V_1 apparet V_1 **125** cruores $BFKLN$ triumphales $BFKLNP$ notae] nocte *F* **126** caput] *add.* praeterea QV_2 **127** reperunt *Q* **128** perderat *K* suas *B* martiras *B Lac.*, *add.* a *s.* e *K* **129** alienas *B* **130** sacerdotii mei] -tum ei V_1, -tum *Bac.*, -tum et *Bpc.* **131** negari negare (*sic*) *L* possum] *add.* et *Bsl.* m ipse] *add.* ego $OQV_1sl.V_2$ **133** succedant] ut cedant *B* in locum] loco QV_2 **134** hostia est *tr.* QV_2 rm **135** quia OQV_1V_2 **136** ibi] ubi *L* **137** requiescebat *K* **138** dextera *K*

batur. Condamus ergo reliquias sacrosanctas et dignis sedibus invehamus totumque diem fida devotione celebremus".

14. Acclamavit populus ut in dominicum differretur diem martyrum depositio, sed tandem obtentum ut sequenti fieret die.

Sequenti die talis iterum sermo ad populum fuit:

15. „Hesterno tractavi versiculum: *Dies diei eructat verbum* prout nostri tulit captus ingenii, hodie mihi non solum superiore tempore sed praesenti quoque prophetasse videtur scriptura divina. Nam cum diebus ac noctibus continuatam videam sanctitatis vestrae celebritatem, istos esse dies prophetici carminis oracula declararunt, hesternum atque hodiernum, de quibus opportunissime dicitur: *Dies diei eructat verbum*, et istas noctes de quibus aptissime disputatur quia *nox nocti indicat scientiam*. Quid enim aliud hoc biduo nisi verbum dei intimo eructastis affectu et scientiam vos habere fidei probastis.

146.153 Ps. 18, 3

$BFKLNOPQV_1V_2$; **rm**

---

139 sacrosanctas reliquias *tr. O* digni *Bac.* **140** sedibus] (a)edibus KLN **rm** **142** ut *om.* OQV_1V_2 dominicum] -am OQV_1V_2 differretur] -feretur BL, -feratur OQV_1V_2 **143** die Q obtentum] *add.* est $OQV_1pc.V_2$ ut] et $V_1ac.$ **145** sequenti die *om.* OQV_1V_2 iterum] igitur V_2 iterum — populum] ad populum iterum sermo O, mihi ad populum iterum sermo **rm** fuit] *add.* finit alius (-a *Lac.*, -o $BLpc.N$) $BKLN$ **146—247** *ab epistula evulsas inter sermones pos.* **r** hesterno] *add.* die **r** versiculum] *add.* illum OQV_1V_2, *add.* psalmi **r** eructuat $BFLV_1$ **147** nostribus K captus tulit *tr.* **rm** **148** superiori $QV_2pc.$ praesenti] ipsa F **150** uiderem OQV_1V_2 **151** externum FLN **153** eructuat $BFLOV_1$ **154** quia] et P nox nocti] nos nocte K aliud] aliquid L **155** dei *om.* OQV_1V_2 eructastis] -(u)atis $BFKLNP$ effectu V_1 **156** probastis] probauistis $BFKLNP$ **rm**

16. Cui tamen celebritati vestrae qui solent invident et quia celebritatem vestram invidis animis ferre non possunt causam celebritatis oderunt atque in tantum amentiae prodeunt ut negent martyrum merita, quorum opera etiam daemones confitentur. Sed hoc non mirum, siquidem tanta est incredulorum perfidia ut tolerabilior sit diaboli plerumque confessio. Dicebat enim diabolus: *Iesu, fili dei vivi, quid venisti ante tempus torquere nos?* Et cum haec audirent Iudaei, ipsi tamen dei filium denegabant. Et nunc audistis clamantes daemones et confitentes martyribus quod poenas ferre non possent et dicentes: „Quid venistis ut nos tam graviter torqueatis?“ Et Arriani dicunt: „Non isti martyres nec torquere diabolum possunt nec aliquem liberare“, cum tormenta daemonum ipsorum voce prodantur et beneficia martyrum remediis sanatorum et absolutorum indiciis declarentur.

17. Negant caecum illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dicit: „Video qui non videbam“, ille dicit: „Caecus esse desivi“ et probat facto. Isti beneficium negant qui factum negare non possunt. Notus homo est, publicis cum valeret mancipatus obsequiis, Severus nomi-

---

157 invident] *sc. Arriani* **163** *Mt. 8, 29 **168** **sqq.** *cf.* Paul. vit. 14

BFKLNOPQV$_1$*V*$_2$; **rm**

---

158 ferre] referre *BFKLNP* **159** possent *Kac.* odere **r** **161** opera] merita *OQV*$_2$ hoc *om. V*$_1$ mirum] minorum *V*$_1$, miror *OQV*$_2$ **163** enim *om. OQV*$_1$*V*$_2$ **165** negabant *OQV*$_2$ **167** possent *Bac.*, -int *Bpc.KLNP* **rm**, -unt *FOQV*$_1$*V*$_2$ **168** ut] *add.* ante tempus **r** tam grauiter nos *tr. B* tam *om. OQV*$_1$*V*$_2$ **169** non] *add.* sunt *OQV*$_1$*V*$_2$ **rm** **171** prodantur] probantur *BKLN*, probentur *FP* **rm** sanatorum] sanctorum *BFKLN*, sanorum *P*, *add.* uel sanatorum *Bsl.*, caecorum **r** **173** caecum] caelum *F* **174** sanatum] sanctum *V*$_1$ qui] quia *QV*$_2$ dicit (2) *om. OQV*$_2$ **175** proba *V*$_1$ **177** cum] tum *V*$_1$ nomine] nomen est uiro *OQV*$_2$

ne, lanius ministerio; deposuerat officium postquam inciderat impedimentum. Vocat ad testimonium homines quorum ante sustentabatur obsequiis, eos indices suae visitationis arcessit quos habebat testes et arbitros caecitatis. Clamat quia ut contigit fimbriam de veste martyrum qua sacrae reliquiae vestiuntur redditum sibi lumen sit.

18. Nonne simile illud est atque illud quod in evangelio legimus? Unius enim potentiam laudamus auctoris nec interest utrum opus sit an munus, cum et muneretur in opere et operetur in munere. Quod enim aliis faciendum donaverit hoc in aliorum opere nomen eius operatur. Legimus ergo in evangelio Iudaeos cum viderent in illo caeco sanitatis remedium requisisse parentum testimonium. Interrogabant: „Quomodo videt filius vester?", cum ille diceret: *Caecum cum essem modo video.* Hoc et iste dicit: „Caecus fui et modo video, interrogate alios si mihi non creditis, interrogate extraneos, ne astipulari mihi parentes putetis". Detestabilior istorum quam Iudaeorum pertinacia; illi cum dubitarent vel parentes interrogabant, isti occulte interrogant, palam negant, iam non operi increduli sed auctori.

---

189 sqq. *cf.* Ioh. 9, 13 sqq. **192** Ioh. 9, 25

BFKLNOPQV$_1$*V*$_2$; **rm**

---

178 lanius ministerio *om.* QV_2 lanio *O* **180** eosdem OQV_1V_2 uisionis OQV_1V_2 **181** accersit *OPQ* **r** habeat *F* clamabat $OV_1pc.V_2pc.$ **182** ut *om.* V_1 ut quia *tr. Kac.* contingit *BKLN*, contigi V_1 qua sacrae] quas arcae *K*, quia sacrae V_1 **184** illud (1)] istud OQV_1V_2 **rm** est illud *tr. B* **189** ergo] enim OQV_2 uiderint *L* **190** testimonium] *add.* et *FL* interrogabat *K* **191** videt] $V_2sr.$, uidisset *Q* **192** hoc — **193** video *om. FLP*, hoc — **194** creditis *om.* QV_2 et] est $V_1ac.$, *del.* **193** fuit *K* **194** creditis] *add.* sed quid interrogatis quod uidetis V_1 **195** istorum quam] eorum V_1, est eorum QV_2, eorum est *O*

19. Sed quaero quid non credant, utrum a martyribus possint aliqui visitari — hoc est Christo non credere, ipse enim dixit: *Et maiora his facietis* — an ab istis martyribus, quorum merita iam dudum vigent, corpora dudum reperta sunt? Quaero hic utrum mihi an sanctis martyribus invideant. Si mihi, numquid a me aliquae virtutes fiunt, numquid meo opere, meo nomine? **20.** Cur igitur mihi invident quod meum non est? Si martyribus — restat enim ut si mihi non invident martyribus invidere videantur —, ostendunt alterius fidei fuisse martyres quam ipsi credunt. Neque enim aliter eorum operibus inviderent nisi fidem in his fuisse eam quam isti non habent iudicarent, fidem illam maiorum traditione firmatam, quam daemones ipsi negare non possunt sed Arriani negant.

21. Audivimus hodie dicentes eos quibus manus imponebatur neminem posse esse salvum nisi qui in patrem et filium et spiritum sanctum credidisset, illum mortuum illum funereum qui spiritum sanctum negaret, qui trinitatis omnipotentem virtutem non crederet. Confitetur hoc diabolus, sed Arriani nolunt fateri. Dicit diabolus: „Sic torquea-

---

201 Ioh. 14, 12

BFKLNOPQV$_1$*V*$_2$; rm

---

199 quid] si *O* credunt *O* 201 martyrum *FLP* 202 dudum] modo *OQV*$_2$ 203 hic] *om.* *BV*$_1$, hoc *V*$_1$*pc.* an] nonne *V*$_2$ an — 204 numquid] quod *K* 205 mihi igitur *tr.* *O* 206 martyribus] *add.* parentes *L* 207 ostendent *V*$_1$*V*$_2$ 209 neque] non *K*, ne *Bac.L*, nec *Bpc.FP* alter *V*$_1$ 210 illam] *add.* ueram *OQV*$_1$*V*$_2$ 211 firmata *L* 214 nisi *om.* r qui *om.* *OQV*$_2$ 215 credidisset — 216 sanctum *om.* r 216 funereum] funere reum *V*$_1$, furi(a)e reum *OV*$_2$, furiae rerum *Q* negarit r 218 sed] et r nolunt] uolunt *K* sic] si *V*$_1$ torqueatur] -ebar *O*

tur quemadmodum ipse a martyribus torquebatur qui spiritus sancti deitatem negaret."

22. Non accipio a diabolo testimonium sed confessionem. Invitus dixit diabolus sed exactus et tortus. Quod nequitia supprimit extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis et adhuc cedere nesciunt Arriani. Quanta perpessi sunt et, quemadmodum Pharao, malis suis indurantur! Dicebat diabolus ut scriptum legimus: *Scio te quis sis, tu es filius dei vivi*, dicebant Iudaei: *Nescimus quis sit.* Dicebant hodie et superiore die vel nocte daemones: „Scimus quia martyres estis", et Arriani dicunt: „Nescimus, nolumus intellegere, nolumus credere". Dicunt daemones martyribus: „Venistis perdere nos", Arriani dicunt: „Non sunt daemonum vera tormenta sed ficta et composita ludibria". Audivi multa componi, hoc nemo umquam fingere potuit ut daemonium se esse simularet. Quid illud quod ita exagitari eos videmus quibus manus imponitur? Ubi hic locus fraudi est, ubi suspicio simulandi?

23. Sed non ego ad suffragium martyrum usurpo vocem daemoniorum, beneficiis suis sacra passio comprobe-

---

225 *cf.* Ex. 7—11 226 Mc. 1, 24 226 sq. Mt. 16, 16; Ioh. 11, 27 227 Ioh. 9, 29

BFKLNOPQV$_1$*V*$_2$; rm

---

220 negarit *O* 221 non] nec *OQ* a diabolo] diabolo *Bac.L*, diaboli *Bpc.P* 222 quod] quem *QV*$_1$*V*$_2$ 223 plages *N* 226 qui *BKLNPQV*$_1$*V*$_2$ scis *LQ* 227 dicebant Iudaei] arriani dicunt *QV*$_2$ quis] qui *KLNQV*$_1$*V*$_2$, quid *B* sit] sis *O*, scis *Q* 233 fingere potuit umquam *Oac.*, fingere umquam potuit *Opc.* daemonium] -num *Kac.L*, -nem *OQV*$_1$*V*$_2$ rm 234 ita *om.* *OQV*$_2$ 237 ergo m 237 sq. uoces d(a)emonum *OQV*$_1$*V*$_2$

tur. Habet indices sed purgatos, habet testes sed absolutos. Melior vox est quam sanitas loquitur eorum qui debiles advenerunt, melior vox est quam sanguis emittit; habet enim sanguis vocem canoram quae de terris ad caelum pervenit, legistis dicente deo: *Sanguis fratris tui ad me clamat.* Et hic sanguis clamat coloris indicio, sanguis ⟨clamat⟩ operationis praeconio, sanguis clamat passionis triumpho. Satisfactum est petitioni vestrae ut condendas hesterno in hodiernum diem differremus reliquias".

---

243 dicente] *sc. ad Cain Abel necato* Gen. 4, 10 **247** *haec reliquiarum translatio in martyrologio Romano ad diem XIII Kal. Iul. (= Iun. 19) memoratur*

$BFKLNOPQV_1V_2$; **rm**

---

239 habet (1)] -eat OQV_1V_2 indices] iud- OV_1 **rm** habet (2)] -eat OQV_1V_2 **240** est *om.* QV_2 est uox *tr.* L loquitur] commendat F **242** canorum V_1 **243** pervenit] *add.* ut OQV_2, *add.* uel V_1 legisti $BFKLNPV_1$ deo] domino **r** **243 sq.** clamat ad me *tr.* **rm** **244** coloris — **245** clamat (2) *om.* OQV_1V_2 clamat (2) **rm**, *om. codd.* **246** condenda OQV_1V_2 **247** hesterno] sterno V_1 diem *om.* OQV_2 differemus $BKLPac.QV_2$ reliquias *om.* OQV_1V_2, *add.* Explicit de sanctis martyribus geruasio (-ii *Bac.L*) et protasio (-ii *Bac.L*) $BFKLN$, *add.* Explicit OQV_1

EPISTULAE EXTRA COLLECTIONEM TRADITAE

CONSPECTUS CODICUM

1. Codices prius epistularum extra collectionem corpus continentes (epp. 1—10)

L = Florentinus Laurent. 14, 5, s. XV (epp. 4—7, 10)
O = Oxoniensis Bodl. Canon. Patr. Lat. 210 + 229, s. XII
P = Parisinus bibl. Nat. Lat. 1920, s. XIV
V = Vaticanus Lat. 6170, s. XVI (epp. 1—3, 10)

2. Codices posterius epistularum extra collectionem corpus continentes (epp. 11—15)

2.1 Epistulas 11—13

A = Mediolanensis bibl. Ambros. I 71 sup., s. XI
B = Bambergensis Patr. 7, s. X ex.
[*H* = Monasterii S. Crucis (Heiligenkreuz) 254, s. XII][1])
S = Mediolanensis bibl. Ambros. F 114 sup., s. XV
Hinc. = Hincmari Remensis De divortio Lotharii et Tetbergae (PL 125, 764—766; ad ep. extra 11)

2.2 Epistulam 14

M = Parisinus bibl. Nat. Lat. 1913, s. IX med.
N = Oxoniensis Bodl. 516, s. IX^2
O = Oxoniensis Bodl. Canon. Patr. Lat. 210, s. XII
P = Parisinus bibl. Nat. Lat. 1754, s. XII
Q = Parisinus bibl. Nat. Lat. 1753, s. XI/XII
R = Audomaropolitanus (S. Omer) 72, s. IX^1
[L_1 = Florentinus Laurent. Plut. 14 dex. 9, s. XII][1])
α = consensus codicum *MNOPQRL*$_1$
A = Mediolanensis bibl. Ambros. I 71 sup., s. XI
B = Bambergensis Patr. 7, s. X ex.
[*H* = Monasterii S. Crucis (Heiligenkreuz) 254, s. XII][1])
S = Mediolanensis bibl. Ambros. F 114 sup., s. XV
[*Z* = Vaticanus Lat. 264, s. XII][1])
β = consensus codicum *ABHSZ*

---

[1]) Propriae huius codicis lectiones in apparatum criticum paucis locis exceptis non receptae sunt.

2.3 Sirici papae epistulam et epistulam 15

Collectionis Quesnellianae (= γ)

N = Einsidlensis 191, s. VIII/IX
Q = Vindobonensis Lat. 2141, s. VIII/IX
W = Vindobonensis Lat. 2147, s. VIII/IX

Collectionis Frisingensis (= φ)

D = Monacensis bibl. Nat. Lat. 5508, olim Diessiensis, s. VIII ex.
F = Monacensis bibl. Nat. Lat. 6243, olim Frisingensis, s. VIII ex.

Collectionis codicis Sanblasiani (Sirici ep.)

K = Coloniensis bibl. cath. 213, s. VIII in.

Collectionis Hispanae (Sirici ep., = δ)

E = Vindobonensis Lat. 411, s. VIII/IX
P = Vaticanus Palatinus Lat. 575, s. X

Collectionis Vaticanae (= λ)

L = Florentinus Laurent. Aed. 82, s. IX
R = Vaticanus Lat. 1342, s. VIII
Z = Vaticanus Barb. Lat. 679, s. VIII/IX

Collectionis Hadrianae auctae (= π)

G = Rom. Vallicellianus A 5, s. IX med.
M = Monacensis bibl. Nat. Lat. 14008, s. IX ex.
V = Vercellensis 76, s. X/XI

Posterioris epistularum extra collectionem corporis (= β)

A = Mediolanensis bibl. Ambros. I 71 sup., s. XI
B = Bambergensis Patr. 7, s. Xex.
[*H* = Monasterii S. Crucis (Heiligenkreuz), s. XII (*om.* ep. Sirici)][1])
S = Mediolanensis bibl. Ambros. F 114 sup., s. XV (*om.* ep. Sirici)

3. Editiones

a = Amerbachii Editio Basileensis anni 1492 (Cribelli editionem primam Mediolanensem anni 1490 secuta): *desunt* ep. 1—10
d = Dulcinii Editio Mediolanensis anni 1491: *desunt* ep. 1—11, ep. Sirici
r = Editio Romana anni 1585 (t. quintus), 1582 (t. quartus: ep. 12 et 13): *desunt* ep. 7—9
m = Maurinorum Editio anni 1690 (t. secundus): *deest* ep. 7[2])
k = R. Klein, Der Streit um den Victoriaaltar, Texte zur Forschung 7, Wiss. Buchges., Darmstadt 1972 (ad ep. 10)

---

[1]) Propriae huius codicis lectiones in apparatum criticum paucis locis exceptis non receptae sunt.

[2]) Ed. P. Coustant (*Maurinus*), Epistolae Romanorum Pontificum I, 1721 (= PL 13, 575 sqq.)

Extra collectionem 1 (*Maur. 41*)

Frater sorori

1. Sollicitam sanctitatem tuam esse adhuc scribere dignata es mihi, eo quod sollicitum me esse scripserim; unde miror quod litteras non acceperis meas quibus refusam mihi scripseram securitatem. Nam cum relatum esset synagogam Iudaeorum incensam a Christianis auctore episcopo et Valentinianorum conventiculum, iussum erat me Aquileiae posito, ut synagoga ab episcopo reaedificaretur, vindicaretur in monachos qui incendissent aedificium Valentinianorum. Tunc ego cum saepius agendo parum proficerem, et epistulam dedi imperatori quam simul misi et ubi processit ad ecclesiam hunc sermonem habui:

2. „In libro prophetico scriptum est: *Sume tibi baculum nucinum*, et qua ratione hoc dixerit dominus prophetae debemus considerare. Non otiose etenim scriptum est,

---

Scripta a. 388, cf. Proleg. II 1.3.1 **12** quam simul misi] *id est epistulam subsequentem* (ep. 1 a) **14** *cf.* Ier. 1, 11

OPV; **rm**

---

1 Epistula beati ambrosii episcopi ad sororem suam LXXXVIIII *O*, Ambrosius episcopus Marcellinae sorori XVIII **r**, Ambrosii ad Marcellinam sororem epistula... *V* **2** frater sorori *om. V* **6** esset] *add.* imperatori **r** **7** Iudaeorum] *add.* in partibus Orientis **r** incensam] *add.* esse *O* **8** conventiculum] lucum **r** **9** reaedificaretur] *add.* et **rm** **10** in monachos vindicaretur *tr.* **rm** **10 sq.** aedificium Valentinianorum] lucum **r** **11** tum **rm** **12** et (1) *om. V* **rm**

quandoquidem et in Pentateucho legerimus quod virga nucina Aaron sacerdotis cum diu reposita fuisset floruit; nam videtur significare quod directa esse debeat prophetica vel sacerdotalis auctoritas ut non tam delectabilia quam utilia persuadeat.

3. Ideoque nucinum baculum sumere iubetur propheta, quia memoratae pomum arboris amarum in cortice, durum in testa, intus est fructuosum, ut ad eius similitudinem propheta quoque amara et dura praetendat et denuntiare tristia non reformidet. Similiter etiam sacerdos quia praeceptio eius etsi ad tempus aliquibus amara videatur et tamquam virga Aaron reposita diu in auribus dissimulantium, tamen aliquando cum aestimatur aruisse florescit.

4. Unde et apostolus ait: *Quid vultis, in virga veniam ad vos an in caritate spirituque mansuetudinis?* Prius enim virgam dixit et tamquam virga nucina percussit errantes, ut postea consolaretur eos spiritu mansuetudinis. Itaque quem virga sacramentis abdicavit caelestibus eundem mansuetudo restituit. Discipulo quoque talia praecepta dedit dicens: *Argue obsecra increpa*, duo dura, unum mite, sed ideo dura ut etiam ipsa molliret, quia sicut aegris redundanti felle corporibus ciborum aut potus amaritudo dulces-

---

17 sq. *cf.* Num. 17, 8 **17—24** *cf.* Philo, vit. Moys. II 178—183 **30** 1 Cor. 4, 21 **36** 2 Tim. 4, 2

OPV; **rm**

---

17 pentateuco *OP*, pentatheuco *V*, Heptateucho **r** legimus **rm** 18 nucina *om. V* effloruit **rm** 19 videtur] *add.* per virgam **rm** significari **r** prophetia *P* **m** 22 ideoque] ideo vero **r** 26 formidet **r** 28 dissimulantum *O* 29 florescat *V* **r** 31 enim] et *P*, *om. O* 35 discipulo quoque] discipuloque *OP* praescripta **rm** 36 mitte *P*

cit et contra epularum suavitas amaritudini est, ita ubi animus est saucius, voluptariae fotu adulationis aegrescit et rursum correctionis temperatur amaritudine.

5. Haec de prophetica lectione libata sint. Evangelii quoque lectio quid habeat consideremus: *Rogavit quidam pharisaeus dominum Iesum ut manducaret cum illo et ingressus domum pharisaei discubuit. Et ecce mulier quae erat in civitate peccatrix ut cognovit quod recubuit in domo pharisaei attulit alabastrum unguenti et stans retro secus pedes eius lacrimis rigabat pedes eius et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius et unguebat unguento. Videns autem pharisaeus qui vocaverat eum ait intra se dicens: Hic si esset propheta sciret utique quae et qualis esset mulier quae tangit eum quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Cui dixit dominus: Duo debitores erant cuidam feneratori, unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Aestimo quia is cui plus donavit. At ille dixit: Recte iudicasti. Et conversus ad mulierem dixit Simoni: Vides hanc mulierem. Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, haec autem lacrimis rigavit pedes meos et capillis suis tersit; osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intravi non cessavit osculari pedes meos; oleo non unixisti*

43—70 Luc. 7, 36—50

OPV; **rm**

---

39 et] *add.* e **r** amaritudinis *V* **40** uoluntari(a)e *OP* egriscit *P* **41** correptionis *O* **46** ut — **69** mulierem] et cetera usque ad illud *V*, *add. in mg.* haec lectio erat in antigrapho *V* recubuit] iesus accubuit **r** **48** rigabat] coepit rigare **rm** (*Vulg.*) et — **69** mulierem] et reliqua recitavi (-vit **m**) usque ad locum **rm** **63** intrauit *OP* (*cf. l. 187*)

caput meum, haec autem unguento unxit. Propter quod dico tibi: Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Et ait illi Iesus: Remissa sunt tibi peccata. Et ceperunt qui simul recumbebant dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit, vade in pace. Quam simplex in verbis, quam profunda in consiliis evangelii lectio! Itaque quia magni consiliarii sermo est altitudinem eius consideremus.

6. Dominus noster Iesus Christus iudicavit magis homines beneficiis alligari posse et provocari ad ea quae sunt recta facienda quam metu plusque caritatem proficere quam formidinem ad correctionem. Itaque praemisit gratiam veniens per virginis partum, ut in baptismo peccata donaret, quo sibi faceret gratiores. Deinde si competentia gratiarum in nos officia dependeremus, ipsius gratiae remunerationem futuram omnium in hac muliere declaravit. Nam si tantummodo prima debita nobis remisisset, videretur cautior quam indulgentior correctionisque providentior quam remunerationis magnificentior. Angusti animi sola astutia est ut illiciat, deo autem convenit ut quos invitaverit per gratiam eosdem gratiae ipsius incrementis provehat.

---

71 sq. *cf.* Is. 9, 6

OPV; **rm**

---

64 autem *om. O* **70** simplex] *add.* subiunxi **rm** **72** eius *om. O* **74** provocari — quae] pro uarietate *O* **75** facienda **rm**, -i *OV*, *om. P* **75 sq.** caritate ... formidine *OP* **76** correptionem *P* promisit *OP* **79** gratiarum in nos] gratis uiris *V* **rm** dependeremus] despen- *P*, depon- *V*, reponeremus **rm** **82** providentior **m**, -tia *OPV* **r** **83** quam — magnificentior *om. V* **r** magnificentior **m**, -tia *OP* angusti] *add.* namque **r** **83 sq.** sola astutia *om.* **r** **84** astutia] angustia *V* illiceat *P* deo] non *V* **r** convenit — **85** incrementis *om. V* **r** **85** provehat] promoueat *V* **r**

Ideoque nobis et ante donat per baptismum et bene servientibus uberiora largitur. Ita ergo Christi beneficia et incentiva virtutis et praemia sunt.

7. Sed nemo vocabulum feneratoris horrescat. Fuimus ante sub feneratore duro qui nisi morte debitoris expleri ac satiari nequiret. Venit dominus Iesus, vidit obligatos aere fenebri. Nemo fenus suum patrimonio innocentiae suae poterat exsolvere, de meo unde me liberarem habere non poteram, novum genus absolutionis meae detulit, ut creditorem mutarem, quia fenus unde solverem non habebam. Debitores autem nos non natura sed culpa fecerat, peccatis enim nostris gravia aera contraximus, ut essemus obnoxii qui eramus liberi. Debitor enim est qui aliquid accepit de feneratoris pecunia. Peccatum autem a diabolo est, tamquam in eius patrimonio has habet impius opes; sicut enim Christi divitiae virtutes sunt ita diaboli opes crimina sunt. Redegerat humanum genus in perpetuam captivitatem obnoxiae hereditatis gravi fenore quod obaeratus auctor ad posteros de fenerata successione transmiserat. Venit dominus Iesus, mortem suam pro morte omnium obtulit, sanguinem suum pro sanguine fudit universorum.

---

89 *cf.* Luc. 7, 41

OPV; **rm**

---

86 et (2)] *add.* post **rm** **87** ergo] igitur *O* **88** sunt] *add.* erant duo debitores cuidam faeneratori **r** **89** faeneratoris uocabulum *tr. V* fuimus] fumus *P* **91** vidit] *add.* gravi nos **rm** **91 sq.** aere fenebri *correxi*, aere funereo *OP*, aereo faenere *V*, foenere **rm** **92** nemo] *add.* enim **r** **93** exsolvere] *add.* et quia **r** **94** meae] mihi **rm** **97** enim] autem *V* **r** aera grauia *tr. V* **rm** **98** accipit **r** **99** autem] uero **rm** **100** tamquam] *add.* ergo **r** has *om.* **r** **102 sq.** obnoxia hereditas **r** **103** obaeratus **rm**, operatus *OPV*

8. Mutavimus ergo creditorem, non evasimus, immo evasimus, manet enim debitum, fenus intercidit dicente domino Iesu *his qui in vinculis sunt: Exite, et his qui in carcere: Procedite*, dimissa sunt peccata vestra. Omnibus igitur dimisit nec quisquam est cui non relaxarit. Sic enim scriptum est quia donavit *omnia delicta delens quod adversum nos erat chirographum decreti*. Cur nos aliorum tenemus chirographa et volumus exigere aliena qui nostrorum utimur indulgentia? Qui donavit omnibus ab omnibus exigit, ut quod unusquisque sibi dimissum meminit alii ipse dimittat.

9. Vide ne graviorem causam incipias habere fenerator quam debitor, sicut ille in evangelio cui dominus suus dimisit omne debitum et ille postea a conservo suo coepit exigere quod ipse non solverat. Unde iratus dominus eius de ipso summis exegit iniuriis quod ei ante donaverat. Caveamus ergo ne nobis hoc accidat, ut non remittendo quae nobis debentur incipiamus et illa solvere quae remissa sunt nobis. Ita enim scriptum est dicente domino Iesu: *Sic et vobis faciet pater meus qui in caelis est, si non remiseritis*

---

109 *Is. 49, 9 **112** Col. 2, 13 sq. **119—122** *cf.* Mt. 18, 24—34 **125** *Mt. 18, 35

OPV; **rm**

---

107 sq. immo evasimus *om. P* **109** his (1) *om.* **m** in (2) *om. V* **110** carcere] *add.* sunt *V* **rm** sunt] *add.* ergo **rm** **111** igitur] enim **r** **113** cirographum (cyr- *P*) *OP*, *sim. l. 114* **114** et *om. V* **120** dimisit] donauit *O* et *om.* **m**, nam quia **r** **121** unde *om.* **r** dominus] *add.* iesus *P* **122** summis *et* iniuriis *om.* **r** ante ei *tr. P* **123** ergo *om. P*

unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Dimittamus ergo pauca quibus plura donata sunt et intellegamus hoc nos acceptiores deo fore quo etiam plura donamus, quia hoc gratiores deo sumus quo nobis plura dimissa sunt.

10. Denique interrogatus pharisaeus: *Quis*, inquit, *eum plus diligit? respondit: Aestimo quia is cui plus donavit. Cui dominus dixit: Recte iudicasti.* Laudatur pharisaei iudicium sed arguitur affectus. De aliis bene iudicat, sed quod de aliis opinatur ipse non credit. Audis laudantem Iudaeum ecclesiae disciplinam eiusque veram esse gratiam praedicantem, honorantem sacerdotes ecclesiae, hortaris ut credat, ⟨s⟩ed quod in nobis laudat ipse non sequitur. Non ergo plena eius laudatio est quia audivit a domino: *Recte iudicasti*; nam et Cain recte obtulit sed non recte divisit ideoque dixit illi deus: *Si recte offeras, non recte autem dividas peccasti, quiesce.* Ergo et hic recte obtulit quia iudicat Christum a Christianis amplius diligendum quia multa nobis peccata donavit, sed non recte divisit qui⟨a⟩ putavit quod peccata hominum posset ignorare qui homini-

---

131 Luc. 7, 42 sq. **139** Luc. 7, 43 **141** Gen. 4, 7; *cf.* virg. 3, 3, 11

O P V; **rm**

---

128 donata sunt plura *tr. O* hoc — **129** deo] eo nos deo acceptiores **rm** **129** donamus] damus *O P* **131** interrogatus] -atur **r**, *add.* a domino **rm** **133** laudat **r** **135** quod] quid *P* **136** eiusque **rm**, eamque *O P V* esse *om.* **r** **137** praedicante *P* **138** sed *correxi*, et *O P V*, renuit ita **rm** **139** domino] christo *V* **rm** **142** recte *om. V* quia] qui **r** **143** iudicauit *O* amplius] maxime **r** **144** quia **rm**, qui *O P V* **145** peccata hominum *om. O*

bus peccata dimitteret. **11.** Ideoque ait Simoni: *Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, haec autem lacrimis suis rigavit pedes meos.* Omnes unum corpus Christi sumus cui caput deus, membra autem nos sumus, alii fortasse oculi ut prophetae, dentes ut apostoli qui evangelicae praedicationis cibum nostris infudere pectoribus, meritoque scriptum est: *Hilares oculi eius a vino et dentes candidiores lacte*, sunt et manus eius qui videntur bonorum exsecutores operum, sunt et venter eius qui vires alimoniae pauperibus largiuntur, sunt ergo et pedes eius aliqui, atque utinam merear eius esse calcaneum! Aquam ergo mittit in pedes Christi qui etiam ultimis quibusque peccata concedit et dum plebeios liberat Christi tamen lavat vestigium.

12. Mittit et ille aquam in pedes Christi qui a peccatorum colluvione mundat conscientiam suam, ambulat enim Christus in pectoribus singulorum. Cave igitur ne pollutam habeas conscientiam et pedes Christi incipias inquinare. Cave ne spinam in te improbitatis offendat qua eius deambulantis in te calcaneum saucietur. Ideo aquam pedibus Christi non dedit pharisaeus quia mundum a colluvione perfidiae animum non habebat. Unde enim suam mundaret conscientiam qui aquam non susceperat Christi? Ecclesia autem et aquam habet et lacrimas habet, aquam baptismatis, lacrimas poenitentiae; namque fides quae su-

---

146 Luc. 7, 44 **149 sq.** *cf.* 1 Cor. 12, 12 **152** Gen. 49, 12 **166** *cf.* Luc. 7, 44

O P V; **rm**

---

149 cuius **r** **152** oculi eius hilares *tr.* **rm** **153** eius] *add.* illi *V* **rm** **154** exsecutores bonorum *tr.* **rm** **155** ergo] igitur **rm** **158** concedit] dimittit *O* **162** enim] eius *P* igitur] ergo *P* **165** in te deambulantis *tr.* **rm** saucietur] *add.* nam **rm** **170** fides namque *tr.* **rm**

periora peccata deplorat nova cavere consuevit. Ergo Simon pharisaeus qui aquam non habebat utique et lacrimas non habebat. Quomodo enim haberet lacrimas qui poenitentiam non gerebat? Quoniam non credebat in Christum, non habebat lacrimas. Nam si habuisset lavisset oculos suos ut Christum videret, quem adhuc cum simul accumberet non videbat. Nam si vidisset non utique de eius potestate dubitasset.

13. Non habebat capillos pharisaeus qui Nazaraeum scire non poterat, habebat ecclesia quae Nazaraeum quaerebat. Capilli velut in superfluis corporis aestimantur, idem tamen si unguantur bonum reddunt odorem et ornamento sunt capiti, si non unguantur oleo ingravant; ita sunt et divitiae, oneri sunt si his uti nescias, si non aspergas his Christi odorem. Si vero alas pauperes, laves eorum vulnera illuviemque detergas, tersisti utique pedes Christi.

14. *Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intravi non cessavit osculari pedes meos.* Osculum utique insigne est caritatis. Unde ergo Iudaeo osculum qui pacem non recognovit, qui pacem non accepit a Christo dicente: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Non habet synagoga osculum, habet ecclesia quae expectavit, quae dilexit, quae dixit: *Osculetur me ab osculis oris sui.* Diutur-

---

187 Luc. 7, 45 190 Ioh. 14, 27 193 Cant. 1, 1

OPV; rm

---

172 utique — 173 habebat *om. OP* 174 quoniam] *add.* vero rm 175 non] nec rm 177 videbat] habebat *V* 180 Nazarenum r 181 veluti rm iidem *V* rm 182 ornamento rm, -a *OPV* 183 capiti rm, -is *OPV* si] *add.* tamen r unguntur *OP* sunt *om.* rm 184 his (2)] iis rm 186 illuuimque *P* 187 intrauit *OP* r 189 qui *om.* r 190 a christo non accepit *tr. V* rm 193 osculo *OP* (*Vulg.*)

nae enim cupiditatis ardorem quem adventus dominici expectatione adoleverat osculo eius volebat stillanter extinguere, hoc explere sitim suam munere. Ideoque sanctus ait: *Os meum aperui et annuntiavi laudem tuam.* Qui ergo laudat dominum Iesum osculatur eum, qui laudat credit utique. Denique ipse ait David: *Credidi, propter quod locutus sum*, et supra: *Repleatur os meum laude tua ut cantem gloriam tuam.*

15. De spiritalis quoque gratiae infusione eadem scriptura te docet quod osculetur Christum qui accepit spiritum dicente sancto: *Os meum aperui et attraxi spiritum.* Osculatur ergo Christum qui confitetur; *corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Osculatur autem pedes Christi qui evangelium legens domini Iesu gesta cognoscit et pio miratur affectu ideoque religioso osculo velut quaedam deambulantis domini lambit vestigia. Osculemur Christum communionis osculo, *qui legit intellegat.*

16. Unde hoc Iudaeo osculum? Qui enim non credidit in adventum eius nec in passionem eius credidit; quomodo enim credit passum quem venisse non credidit? Non ergo osculum habebat pharisaeus nisi forte Iudae proditoris. Sed

---

197 Ps. 118, 131; 50, 17 **199** Ps. 115, 10 **200** Ps. 70, 8 **204** Ps. 118, 131 **205** Rom. 10, 10 **210** Mt. 24, 15

OPV; **rm**

---

195 stillante restinguere **r** **196** sanctus] *add.* propheta **rm** **197** aperies **rm** annuntiabit **rm** **199** David ait *tr.* **rm** propter *om. P* **200** ut] et *OP* **m** **202** spiritalis] specialis **rm** **202 sq.** te scriptura *tr. V* **rm** **203** accipit *V* **r** **204** dicente] *add.* propheta **rm** **205** confitetur] *add.* illum **rm** **206** autem *om. OP* autem (2)] vero **rm** **208** ideoque] itaque *OP* **209 sq.** osculamur *V* **rm**, *add.* ergo *Vac.* **rm** **212** aduentu *V* **r** passione *PV* **r** eius *om. V* **rm** **213** credet **r** **214** habebat osculum *tr. V* **rm**

nec Iudas habebat ideoque cum Iudaeis promissum osculum tamquam signum proditionis vellet ostendere dicit ei dominus: *Iuda, osculo filium hominis tradis?* Hoc est osculum offers qui non habes osculi caritatem, osculum offers qui nescis osculi sacramentum. Osculum non labiorum quaeritur sed cordis et mentis.

17. Sed dicis: Osculatus est dominum. Osculatus est labiis, hoc habet osculum populus Iudaeorum ideoque dictum est: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Ergo non habet osculum qui fidem, qui caritatem non habet, osculo enim vis amoris imprimitur. Ubi non est amor non est fides, non est dilectio; quae potest esse suavitas osculorum?

18. Ecclesia autem non cessat osculari pedes Christi et ideo non unum sed multa oscula in Canticis canticorum exigit, quae velut sancta Maria ad omnes eius est intenta sermones, omnia eius verba excipit, cum legitur evangelium vel propheta, et omnia eius dicta conservat in corde suo. Sola ergo ecclesia habet oscula quasi sponsa, osculum enim pignus est nuptiarum et praerogativa coniugii. Unde Iudaeo oscula qui non credit in sponsum, unde Iudaeo oscula qui adhuc sponsum venisse non novit?

---

217 Luc. 22, 48 223 Mt. 15, 8; Is. 29, 13 229 *cf.* Cant. 1, 1 232 *cf.* Luc. 2, 51

OPV; rm

---

221 dominum] *add.* verum rm 224 qui (2)] et *V* rm 225 exprimitur *V* r 227 potest esse] est r 229 oscula *om. V* rm 230 exigit] *add.* oscula rm 233 enim] *add.* quasi rm 235 sponsum rm, -a *OPV* 236 sponsum adhuc *tr.* rm non nouit sponsum uenisse *tr. O*

19. Nec solum oscula non habet sed nec oleum habet quo unguat pedes Christi, nam si haberet oleum cervicem suam ante molliret. Denique Moyses dicit: *Populus hic dura cervice est.* Et dominus ait quod levita et sacerdos praeterierunt nec quisquam eorum oleum aut vinum illius a latronibus percussi vulneribus infudit; non enim habebant quod infunderent, nam si habuissent oleum suis quoque vulneribus infudissent. Sed clamat Isaias: *Non est malagma imponere neque oleum neque alligaturam.*

20. Ecclesia autem habet oleum quo suorum vulnera fovet, ne duritia vulneris alte serpat, habet oleum quod accepit absconse. Hoc oleo Aser pedem suum lavit sicut scriptum est: *Benedictus filius Aser et erit acceptus fratribus suis et intinget in oleo pedem suum.* Hoc oleo ergo ecclesia ungit filiorum cervices suorum ut suscipiant iugum Christi; hoc oleo unxit martyres ut saecularem ab his pulverem detergeret; hoc oleo confessores unxit ne labori cederent, ne succumberent fatigati, ne aestu mundi istius vincerentur; ideo unxit eos ut hos spiritale oleum refrigeraret.

21. Synagoga hoc oleum non habet, quae olivam non habet, quae non intellexit illam columbam quae ramum oleae detulit post diluvium. Illa enim columba postea descendit cum Christus baptizaretur et mansit super eum

---

237 sq. *cf.* Luc. 7, 46 **239** Ex. 34, 9 **240 sqq.** *cf.* Luc. 10, 31 sq. **244** Is. 1, 6 **249** Deut. 33, 24 **257 sq.** *cf.* Gen. 8, 11

OPV; **rm**

---

238 cervicem] *add.* utique **rm** **239** denique] de quo et *V* **r** **244** ysaias *OP*, esaias *V* **rm** **248** absconse *om.* **r** **250** oleo — **251** filiorum] ergo oleo ungit ecclesia **m**, oleo unxit ergo ecclesia *V*, itaque oleo unxit ecclesia **r** **252** his] eis **rm** **253** labore *OP* **255** hos] his *OP*, *om.* **rm** spiritali oleum *V*, spiritali ipsos oleo **rm**

sicut in evangelio testatur Iohannes dicens: *Quia vidi spiritum descendentem de caelo quasi columbam et mansit super eum.* Quomodo ergo vidit columbam qui non vidit eum super quem spiritus quasi columba descendit?

22. Ecclesia igitur et lavat pedes Christi et capillis suis tergit et oleo unguit et perfundit unguento quia non solum saucios curat et lassos fovet verum etiam suavi gratiae odore respergit nec divitibus tantum et potioribus sed etiam plebeiae familiae viris eandem transfundit gratiam, aequa omnes lance examinat, omnes eodem sinu suscipit, eodem gremio fovet.

23. Semel mortuus est Christus, semel sepultus est et cottidie vult in pedes suos mitti unguentum. In quos ergo pedes mittimus? Pedes Christi illi sunt de quibus dicit: *Quod uni horum minimorum fecistis mihi fecistis.* Hos pedes illa mulier evangelica refrigerat, hos lacrimis suis rigat; quando infimis peccatum remittitur, culpa lavatur, donatur indulgentia. Hos pedes osculatur qui etiam infimos plebis sacrae diligit; hos pedes unguento ungit qui etiam tenuioribus mansuetudinis suae impertit gratiam. In his se martyres, in his apostoli, in his ipse dominus Iesus honorari indicat.

---

260 Ioh. 1, 32; *cf.* Mt. 3, 16; Mc. 1, 10; Luc. 3, 22 **274** Mt. 25, 40 **274 sq.** *cf.* Luc. 7, 38

OPV; **rm**

---

262 ergo] enim **r** **264** igitur] vero **r** lauit *V* **265** oleo] ideo **r** unget *V* **266** lapsos *P* **267** et] ac *V* **rm** potentioribus **rm** **269** aequa] et qua *P* **271** christus est *tr.* *V* **rm** et] *add.* nihilominus **rm** **272** ergo] autem **r**, *add.* Christi **rm** **273** mittimus] *add.* unguentum **rm** quibus] *add.* ipse **rm** **274** horum] eorum *O* hos] nos *P*, *add.* tunc **r** (*item ll. 275, 277, 278*) **275** irrigat **rm** **276** quando] *add.* etiam **r** infirmis *V* **277** osculatur] *add.* ille **rm** infirmos *V* **278** ungit] *add.* ille **r** **279** suae *om.* *V* gratiam impertit *tr.* **rm** **281** indicat **m**, iudicat *OPV* **r**

24. Vides quam moralis dominus sit ut exemplo sui ad pietatem te provocet; moralis est etiam cum arguit. Denique accusans Iudaeos ait: *Populus meus, quid feci tibi aut quid contristavi te aut quid molestus fui tibi? Responde mihi, quia eduxi te de terra Aegypti et de domo servitutis liberavi te.* Et addidit: *Et misi ante faciem tuam Moysen et Aaron et Mariam.* In mente habeto quid cogitaverit de te Balac hoc est ille magicae artis opem quaerens, sed tamen eum tibi non permisi nocere. Deprimebaris utique in peregrinis exulans terris, gravibus urgebaris fraudibus; misi ante faciem tuam Moysen et Aaron et Mariam et primum ille qui spoliaverat exulem spoliatus ipse est. Tu qui amiseras tua acquisisti aliena, liberatus ab hostibus circumvallantibus atque inter aquas medias tutus stragem vidisti inimicorum tuorum, cum eadem unda quae te circumfusa provexerat hostem refusa demergeret. Nonne cum tibi per desertum venienti alimenta deessent altricem tibi pluviam et commeatus quocumque pergeres circumfluos ministravi? Non te debellatis inimicis omnibus in regionem Botryonis induxi? Non regem ipsum Seon Amorraeorum hoc est superbum exasperantium ducem viventem tibi obtuli quem suffixum

---

284 Mich. 6, 3 sq. **287** Mich. 6, 4 **288** *cf.* Num. 22, 2 sqq. **293** *cf.* Ex. 12, 36 **298** *cf.* Ex. 16, 4 **300** *cf.* Num. 13, 24 **301** *cf.* Num. 21, 26—29 **302 sq.** *cf.* Ios. 8, 23—29 (*rex Seon Amorraeorum et rex urbis Ahi contaminati sunt*)

OPV; **rm**

---

282 sq. te ad pietatem *tr. V* **rm** **284** populе *Pac.* **rm** **285** tibi fui *tr. V* **287** et (2)] *add.* quia **r** **288** cogitavit **r** de] in **m** **289** maice *P* **291** fraudibus] oneribus **rm** **297 sq.** uenienti per desertum *tr. O* **299** non] nonne **m** **301** non regem] nonne **rm** Sehon **m** Amorraeorum] Amorrhaeorum regem **rm** **302** ducem] *add.* nonne regem Hai **rm** *(cf. appar. fontium)* viventem tibi *del. V* obtuli] populi *V*, tradidi **rm** suffixum] *add.* in *O*

ligno ac sublatum in crucem maledicto vetere damnasti? Quid dicam caesa quinque regum agmina quae debitas tibi terras cupiebant negare? Et nunc pro his omnibus quid aliud a te quaeritur, homo, *nisi ut facias iudicium et iustitiam et diligas misericordiam et paratus sis ire cum domino deo tuo*?

25. Ad ipsum regem David, illum pium atque mansuetum, qualis per Nathan prophetam expostulatio? „Ego", inquit, „te minorem elegi ex fratribus tuis, ego te mansuetudinis replevi spiritu, ego te per Samuelem in quo ego eram et meum nomen unxi in regem, ego te sublato illo tuarum partium rege superiore, quem malus spiritus exagitabat ut persequeretur sacerdotes domini, de exule feci triumphatorem, ego de semine tuo in throno tuo non prius heredem quam consortem locavi, ego tibi feci etiam alienigenas subditos ut tibi serviant qui te impugnabant, et tu servientes mihi in potestatem deduces inimicorum meorum et tu auferes quod erat servuli mei in quo et tibi peccatum inuritur et habebunt de quo mei adversarii glorientur?"

26. Ergo, imperator, ut iam non solum de te sed ad te etiam verba convertam, quoniam advertis quam graviter dominus convenire soleat, quo gloriosior factus es eo amplius auctori tuo deferendum noveris. Scriptum est enim:

---

304 sq. *cf.* Ios. 10, 3—27 **306** Mich. 6, 8 **310 sqq.** *cf.* 2 Reg. 12, 7—10; ep. extra 1a, 239 sqq. **315** *cf.* 1 Reg. 22, 16 sqq. **318** *cf.* 2 Reg. 10

OPV; **rm**

---

303 cruce **rm** damnastis *O*, condemnasti *V* **rm** **304** caesa] *add.* fuerunt **r** **305** cupiebant negare] negare contendebant **rm** **311** minorem] timorem *P* ex] de **rm** **312** spiritu repleui *tr. OP* **313** nomen meum *tr. O* te] et *OP* **314** tuarum partium *om.* **rm** **315** ut] et *P* **318** tu *om. V* **r** **319** deducis *OP* **321** aduersarii mei *tr. O* **322** ego *Oac.* **322 sq.** etiam ad te *tr. V* **rm** **324** dominus] *add.* deus tuus **rm**

Cum te induxerit dominus in terram alienam et manducaveris fructus alienos non dicas: Virtus mea et iustitia mea hoc mihi dedit, sed dominus donavit deus, sed Christus misericordia sua contulit, et ideo corpus eius hoc est ecclesiam diligendo aquam da pedibus eius, osculare pedes eius ut non solum absolvas eos qui in peccatis deprehensi sunt verum etiam pace tua dones concordiae et quieti relaxes. Mitte unguentum in pedes eius ut tota domus in qua Christus recumbit tuo repleatur unguento, omnes recumbentes cum eo gaudeant tuis odoribus; sic est qui honorat ultimos, quorum absolutione gaudeant angeli sicut *super uno peccatore poenitentiam agente*, laetentur apostoli, delectentur prophetae. Non enim possunt dicere oculi manui: *Operam tuam non desideramus*, aut caput pedibus: *Non estis mihi necessarii*. Ergo quia omnes necessarii sunt, tuere omne corpus domini Iesu, ut ipse quoque regnum tuum caelesti sua dignatione custodiat".

27. Ubi descendi ait mihi: „De nobis proposuisti". Respondi: „Hoc tractavi quod ad utilitatem tuam pertineret". Tunc ait: „Revera de synagoga reparanda ab episcopo durius statueram sed emendatum est. Monachi multa scelera faciunt". Tunc Timasius magister equitum et pedi-

---

326 sqq. *cf.* Deut. 9, 4 **333 sq.** *cf.* Ioh. 12, 3 **337** Luc. 15, 10 **339** 1 Cor. 12, 21 **347** Timasius] *magister equitum et peditum in bello contra Maximum gesto, cf.* Zos. 4, 45, 2; Philostorg. 10, 8; Cod. Theod. 4, 17, 5; *cos. a. 389*

OPV; **rm**

---

331 eius *om. OP* deprehensum *P* **335** cum *om. OP* tuis] suis *V* sic est qui] hoc est sic **rm** **336** honora **r** quorum] ut eorum **rm** **337** agente *V Cambrai* **rm**, habente *OP*, *add.* al. habente *Cambrai* **342** celesti tuum *tr. P* **343** ubi — **363** sententia *om. V*, ubi — **351** loqueris *om.* **r**

tum coepit adversum monachos esse vehementior. Respondi ei: „Ego cum imperatore ago ut oportet quia novi quod habeat domini timorem, tecum autem aliter mihi agendum qui tam dura loqueris."

28. Deinde cum aliquandiu starem dico imperatori: „Fac me securum pro te offerre, absolve animum meum". Cum assideret non tamen aperte polliceretur atque ego starem dixit se emendaturum, ⟨in⟩stare coepi ut omnem cognitionem tolleret ne occasione cognitionis comes aliqua Christianos attereret iniuria. Promisit futurum. Aio illi: „Ago fide tua" et repetivi: „Ago fide tua". „Age" inquit. Ita ad altare accessi non aliter accessurus nisi plene promisisset mihi. Et vere tanta oblationis fuit gratia ut sentirem etiam ipse eam deo nostro commendatiorem fuisse et divinam praesentiam non defuisse. Omnia itaque gesta sunt ex sententia.

OPV; rm

---

350 mihi aliter *tr. O* mihi *om.* **m** **354** assideret] *add.* annueretque **rm** **355** emendaturum] *add.* rescriptum **rm** instare *correxi*, stare *OP*, statim dicere **rm** **356** ne] *add.* huius **r** comites **r** **357** attereret iniuria] iniuria afficeret **r** futurum] facturum **r** **358** repetens **r** inquit] *add.* fide mea et **rm** **359** accessi ad altare *tr. O* **359 sq.** mihi plene (plane **r**) promisisset *tr.* **rm** **360** et *om.* **r** **361 sq.** fuisse] *add.* gratiam **m**, gratam **r** **363** ex sententia gesta sunt *tr.* **rm**, *add.* explicit *O*

Extra collectionem 1 a (*Maur. 40*)

Ambrosius Theodosio Imperatori

1. Exercitus semper iugibus fere curis sum, sed numquam tanto in aestu fui quanto nunc, cum video mihi cavendum ne quid sit quod ascribatur mihi etiam de sacrilegii periculo. Itaque peto ut patienter sermonem meum, imperator, audias. Nam si indignus sum qui a te audiar, indignus sum qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas committas preces. Ipse ergo non audies eum quem pro te audiri velis, non audies pro se agentem quem pro aliis audiat dominus? Nec vereris iudicium tuum, ne cum indignum vereris quem audias indignum feceris qui pro te audiatur?

2. Sed neque imperiale est libertatem dicendi negare neque sacerdotale quod sentias non dicere. Nihil enim in vobis imperatoribus tam populare et tam amabile est quam libertatem etiam in his diligere qui obsequio vobis militiae subditi sunt. Siquidem hoc interest inter bonos et malos principes quod boni libertatem amant, servitutem improbi. Nihil enim in sacerdote tam periculosum apud deum, tam

---

Scripta aestate a. 388, cf. Proleg. II 1.3.1. — Hanc epistulam nonnullis locis mutatam Ambrosius in libro decimo (= ep. 74) *posuit, cf. Proleg. I 1.2*

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

1 Epistula beati ambrosii episcopi ad theodosium augustum LXXVIII *O* 2 Ambrosius Theodosio Imperatori] Clementissimo principi ac beatissimo imperatori Theodosio augusto Ambrosius episcopus α 3 sum] *add.* imperator beatissime α 4 mihi *om.* α 7 imperator *om.* α 11 audiat dominus] audisti α 12 vereris] putasti α 15 sentiat α 17 militiae vobis *tr.* α 20 enim] etiam α

turpe apud homines, quam quod sentiat non libere denuntiare. Siquidem scriptum est: *Et loquebar in conspectu regum et non confundebar*, et alibi: *Fili hominis, speculatorem te posui domui Israhel, in eo, inquit, ut si avertatur iustus a iustitiis suis et fecerit delictum, quia non distinxisti ei*, hoc est non distinxisti quid sit cavendum, *non retinebitur memoria iustitiae eius et sanguinem eius de manu tua requiram. Tu autem si distinxeris iusto ut non peccet et ipse non peccaverit, iustus vita vivet quia distinxisti ei et tu animam tuam liberabis.*

3. Malo igitur, imperator, bonorum mihi esse tecum quam malorum consortium et ideo clementiae tuae displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentii mei periculo involveris, libertatis bono iuvaris. Non ergo importunus indebitis me intersero, alienis et ingero, sed debitis obtempero, mandatis dei nostri oboedio. Quod facio primum tui amore, tui gratia, tuae studio conservandae salutis. Si id mihi vel non creditur vel interdicitur, dico sane divinae offensae memor. Nam si meum periculum tu auxeris, patienter me pro te offerrem sed non libenter; malo enim te sine meo acceptum deo esse et gloriosum periculo. Sin autem silentii mei dissimulationisque culpa et me ingravat nec te liberat, malo importuniorem me quam inutiliorem aut turpiorem iudices. Siquidem scriptum est dicente sancto apostolo Paulo, cuius non potes doctrinam refellere: *Insta opportune importune, argue obsecra increpa in omni patientia et doctrina.*

---

22 Ps. 118, 46 23 Ez. 3, 17 24—30 Ez. 3, 20 sq. 46 2 Tim. 4, 2

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

22 loquebar] *add.* in testimoniis tuis α 25 distinxisti] dixisti *O* 33 sq. silentii mei α, si silentio in *OP* 36 quid *P* 39 memor] metu α 39 sq. tu auxeris (auseris *P*)] te exueret α

4. Habemus ergo et nos cui displicere plus periculi sit praesertim cum etiam imperatoribus non displiceat suo quemque fungi munere et patienter audiatis unumquemque pro suo suggerentem officio, immo corripiatur si non utatur militiae suae ordine. Quod ergo in his libenter accipitis qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus potest molestum videri cum id loquamur, non quod volumus sed quod iubemur? Scis enim lectum: *Cum stabitis ante reges et praesides, nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Attamen si in causis rei publicae loquar quamvis etiam illic iustitia servanda sit non tanto astringar metu si non audiar; in causa vero dei quem audies, si sacerdotem non audies cuius maiore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere si sacerdos non audeat?

5. Novi te pium clementem mitem atque tranquillum, fidem ac timoren domini cordi habentem; sed plerumque aliqua nos fallunt. *Habent aliqui zelum dei sed non secundum scientiam*; ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat cavendum arbitror. Novi pietatem tuam erga deum, lenitatem in homines; obligatus sum beneficiis tuarum indulgentiarum. Et ideo plus metuo, amplius sollicitor ne etiam ipse tuo me postea iudicio condemnes, quod mea aut dissimulatione aut adulatione prolapsionem non evitaveris. Si in me peccari viderem, non deberem tacere, scriptum est enim:

---

55 Mt. 10, 18—20 66 Rom. 10, 2

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

51 corripiatur] corripiatis α 58 attamen *correxi*, cui tamen *OP*, et tamen α 67 ne] non *P*

Quodsi peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum; si te audierit lucratus es fratrem tuum; si autem non te audierit adhibe tecum adhuc unum vel duos ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum; quodsi non audierit eos dic ecclesiae. Advertis ergo, imperator, quod causam dei dissimulasse non queam?

6. Relatum est a comite orientis militarium partium incensam esse synagogam idque auctore factum episcopo. Iussisti primo vindicari in ceteros, synagogam ab ipso exaedificari episcopo. Non astruo exspectandam fuisse assertionem episcopi; sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum et ipsi moventur iniuria dei aut ecclesiae contumelia. Sit aliqui iste episcopus ferventior in exustione synagogae, timidior ⟨in⟩ iudicio, non vereris, imperator, ne acquiescat sententiae tuae, ne praevaricetur non times?

7. Non etiam vereris quod futurum est, ne verbis resistat comiti tuo? Necesse erit igitur, ut aut praevaricatorem aut martyrem faciat; utrumque alienum temporibus

---

74 Mt. 18, 15—17 80 a comite orientis] *inde a Constantino comites cuiusdam rei causa in provincias missi sunt, qui post reditum de hac re imperatorem certiorem faciebant, cf.* c. Theod. 1, 16, 6 (a. 331): comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium voces ad nostram scientiam referentibus; *comes orientis inde a saeculo quarto medio locum vicarii tenuit, cf. RE IV 622 sqq.* 81 incensam esse synagogam] *sc. Callinici (hodie ar-Raqqah, cf.* Paredi Politica 99), *cf. l. 146*

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

74 quodsi — 78 eos] si frater tuus in te peccaverit, corripe illum primo, deinde increpa duobus et tribus testibus; si te non audierit α 78 advertis — 79 queam] causam ergo dei tacebo? Quid igitur sit quod metuamus consideremus α 82 primo *om.* α 83 non] Nn̄ *Pac.*, nuntium *O* 86 aliqui] -quis *OP* 87 in (2) *om. OP* 88 sq. ne praevaricetur] deprae- *P* 89 timeo *OP*

tuis, utrumque persecutionis instar, si aut praevaricari cogatur aut martyrium subire. Vides quo inclinet causae exitus. Si fortem episcopum putas, caveto martyrium fortioris; sin inconstantem, declina lapsum fragilioris; plus enim astringitur qui labi infirmum coegerit.

8. Hac proposita condicione puto dicturum episcopum quod ipse ignes sparserit, turbas compulerit, populos conduxerit, ne amittat occasionem martyrii et pro invalidis subiciat validiorem. O beatum mendacium, quo acquiritur sibi aliorum absolutio, sui gratia! Hoc est, imperator, quod poposci et ego ut in me magis vindicares et hoc si crimen putares mihi ascriberes. Quid mandas in absentes iudicium? Habes praesentem, habes confitentem reum. Proclamo quod ego synagogam incenderim, certe quod ego illis mandaverim, ne esset locus in quo Christus negaretur. Si obiciatur mihi cur hanc non incenderim, divino iam cremari coepit iudicio, meum cessavit opus. Et si verum quaeritur, ideo segnior fui quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerem quod nullo ultore sine praemio foret? Tangunt haec verecundiam, sed revocant gratiam, ne fiat quod dei summi contrahatur offensio.

9. Esto tamen, nemo episcopum ad hoc munus conveniat; rogavi enim clementiam tuam et licet ipse hoc revocatum adhuc non legerim revocatum tamen constituamus. Quid si alii timidiores dum mortem reformidant offerant, ut de suis facultatibus reparetur synagoga, aut comes ubi hoc compererit primo constitutum ipse de Christianorum censu exaedificari iubeat? Habebis, imperator, comitem praevari-

---

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

94 subire martyrium *tr.* *a* **95** forte *P* **105** confitentes regum *P* **108** hanc] hic *a* **111** foret] furet *P* **112** quod dei] ei quod *P*

catorem et huic vexilla committes victricia, huic labarum hoc est Christi sacratum nomine, qui synagogam instauret quae Christum nesciat? Iube labarum synagogae inferri, videamus si non resistunt milites.

10. Erit igitur Iudaeorum locus perfidiae factus de exuviis ecclesiae et patrimonium quod favore Christi acquisitum est christianis, hoc transferetur ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus condita de manubiis Cimbrorum, de spoliis reliquorum hostium. Hunc titulum Iudaei in fronte synagogae suae scribent: „Templum impietatis factum de manubiis Christianorum."

11. Sed disciplinae te ratio, imperator, movet. Quid igitur est amplius, disciplinae species an causa religionis? Cedat oportet censura devotioni.

12. Non audisti, imperator, quia cum iussisset Iulianus reparari templum Hierosolymis, divino qui faciebant repurgium igne flagraverint? Non caves ne etiam nunc fiat? Adeo a te non fuit iubendum ut Iulianus hoc iusserit.

13. Quid tamen movet? Utrum quia quodcumque aedificium publicum exustum est an quia synagogae locus? Si aedificio incenso moveris vilissimo — quod enim in tam

---

121 labarum] *i. e. velum augustale, cf.* Euseb. vit. Const. 1, 31; 2, 8 **128 sq.** de manubiis Cimbrorum] *qui ex extremis regionibus (Jütland) a. fere 120 a. Chr. n. profecti cum Teutonibus primi Germani Romanis nonnullas clades intulerunt et demum a Mario et Catulo a. 101 apud Vercellas devicti sunt, cf.* RE III 2547 sqq. **135 sqq.** *cf.* Amm. Marc. 23, 1, 2 sq.; Theod. 3, 20 **141 sq.** in tam ignobili castro] *aliter* Amm. Marc. 23, 3, 7: munimentum robustum et commercandi opimitate gratissimum

---

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

123 inferri synagogae *tr. O* **124** milites *om. α* **125** locus Iudaeorum *tr. α* **132** disciplinae te] -a et *OP* **134** deuotionis *O* **137** flagrarunt *α* **138** a te] autem *OP*

ignobili castro esse potuit? —, non recordaris, imperator, quantorum Romae domus praefectorum incensae sint et nemo vindicavit? Immo si quis imperatorum voluit factum severius reprehendere, eius magis qui tanto est perculsus dispendio causam gravavit. Quid igitur dignius ut Callinici castri in parte aliqua aedificiorum incendium an urbis Romae vindicandum aestimaretur, si oporteret tamen? Constantinopolitani dudum domus episcopii incensa est et filius clementiae tuae intercessit apud patrem, ut et suam hoc est filii imperatoris iniuriam et domus sacerdotalis incendium non vindicares. Non consideras, imperator, ne et hoc cum vindicari iusseris ipse iterum interveniat ne vindicetur? Sed bene illud acquisitum est a patre filio, dignum erat enim ut suam iniuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratiae distinctione divisum est ut et filius pro sua et pater pro filii iniuria rogaretur; hic nihil est quod filio reserves et vide ne quid deo deroges.

14. Non est ergo causa tantae commotioni idonea, ut propter aedificii exustionem in populum tam severe vindicetur, multo autem minus quia synagoga incensa est, perfidiae locus, impietatis domus, amentiae receptaculum, quod deus damnavit ipse; sic enim legimus dicente per os Ieremiae domino deo nostro: *Et faciam domui ubi invocatum est nomen meum super ipsam, in qua confiditis vos, et*

---

143 Romae — sint] *a. 365 et 388, cf.* Palanque 213 not. 82 **149** Constantinopolitani dudum domus episcopii incensa est] *cf.* Socr. 5, 13 *qui domum Nectarii episcopi (ab a. 381) ab Arrianis incensam esse scripsit* **164** *Ier. 7, 14—17

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

149 Constantinopoli α episcopi α **154** sed] et *O* **163 sq.** per os Ieremiae dicente *tr.* α **165** ipsam] eam *O*

loco quem dedi vobis et patribus vestris sicut feci Selon; et proiciam vos a facie mea sicut proieci fratres vestros omne semen Effrem. Et tu noli orare pro populo isto et postulare illis misericordiam et neque accesseris ad me pro illis quia non exaudiam te. Aut non vides quid isti faciunt in civitatibus Iuda? Deus se pro illis prohibet rogari quos tu vindicas.

15. At certe si iure gentilium agerem, dicerem quantas ecclesiae basilicas Iudaei tempore imperii Iuliani incenderint. Duas Damasci quarum una vix reparata est, sed ecclesiae non synagogae impendiis, altera basilica informibus horret ruinis. Incensae sunt basilicae Gazis, Ascalone, Beryto et illis fere locis omnibus et vindictam nemo quaesivit. Incensa est basilica et Alexandriae a gentilibus et Iudaeis quae sola praestabat ceteris. Ecclesia non vindicata est, vindicabitur synagoga?

16. Vindicabitur etiam Valentinianorum fanum incensum? Quid est enim nisi fanum in quo est conventus gentilium? Licet gentiles duodecim deos appellent, isti triginta et duos Aeonas colant quos appellant deos. Nam et ⟨de⟩ ipsis comperi relatum et praeceptum, ut in monachos

---

176 sq. *aliter* Theod. 3, 7, 1; 4, 22, 10; Soz. 5, 9 **181** Valentinianorum] *cf.* Aug. de haer. 11 *et* ep. 74, 180 **183** duodecim deos] *cf.* Varro r. r. 1, 1, 4; Liv. 22, 10, 9; G. Wissowa, Rel. u. Kultus d. Römer ^{2}61; K. Latte, Röm. Religionsgesch. 253 **184** triginta et duos Aeonas] *hic errat Ambrosius, erant solum triginta, cf.* ep. 74, 182; *recte* Paul. 22: Valentinianorum enim haeresis triginta deos colit

---

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

168 et (2)] *add.* noli α **169** neque] ne *O* **171** vindicas] vindicandos putas α **176** Gazis] galis *OP* **185** de *om. OP* et] atque *O*

vindicaretur qui prohibentibus iter Valentinianis quo psalmos canentes ex consuetudine usuque veteri pergebant ad celebritatem Machabaeorum martyrum moti insolentia incenderunt fanum eorum in quodam rurali vico tumultuarie conditum.

17. Quanti se offerre habent tali optioni, cum meminerint tempore Iuliani Capitolinum qui aram deiecit et turbavit sacrificium damnatum a iudice fecisse martyrium? Itaque numquam alias ille iudex qui audivit ⟨eum⟩ nisi persecutor habitus est, nemo illum congressu, nemo illum umquam osculo dignum putavit. Qui nisi iam esset defunctus timerem, imperator, ne in eum tu vindicares, quamquam vindictam caelestem non evaserit suo heredi superstes.

18. Sed refertur cognitionem mandatam iudici scriptumque eo quod non referre debuerit sed vindicare, requirenda quoque sublata donaria. Ut omittam alia, incensae sunt a Iudaeis ecclesiarum basilicae et nihil redditum est, nihil repetitum, nihil quaesitum. Quid autem habere potuit synagoga castro in ultimo, cum totum quicquid illic est, non multum sit, nihil pretiosum, nihil copiosum? Quid

---

188 celebritatem Machabaeorum martyrum] *sc. Kal. Aug.; hi martyres sub Antiocho Eumene a. ante Chr. n. 168 Hierosolymis vel Antiochiae mortui sunt* 192 Capitolinum] *in posteriori huius epistulae redactione Ambrosius pro nomine* Capitolinum *posuit* illum; *nomen Capitolini et Hier. chron. a. 363 et Theod. 3, 7, 5 iudici dederunt; cf.* Theod. ἐν Δοροστόλῳ δὲ (πόλις δὲ αὕτη τῆς Θράκης ἐπίσημος) Αἰμιλιανὸς ὁ νικηφόρος ἀγωνιστὴς ὑπὸ Καπετωλίνου τοῦ τῆς Θράκης ἁπάσης ἄρχοντος παρεδόθη πυρί.

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

186 ualentinianus *P* 192 Capitolinum] illum *α* 194 audivit *om. P* eum *om. OP* 198 superstes heredi *tr. α* 204 in castro *tr. α*

deinde incendio rapi potuit insidiantibus Iudaeis? Artes istae sunt Iudaeorum volentium calumniari, ut dum ista queruntur, mandetur extra ordinem militaris censura iudicii, mittatur miles fortasse dicturus quod hic aliquando ante tuum, imperator, dixit adventum: Quomodo nos poterit Christus iuvare qui pro Iudaeis adversus Christum mittimur, qui militamus vindictae Iudaeorum? Suos perdiderunt exercitus, nostros volunt perdere.

19. In quas praeterea non prosiliant calumnias qui etiam Christo falsis testimoniis calumniati sunt? Quos non auctores seditionis fuisse dicant? Quos non appetant, etiam quos non recognoscant, ut catenatorum ordines innumeros spectent de christiano populo, ut captiva videant colla plebis fidelis, ut condantur in tenebras dei servuli, ut feriantur securibus, dentur ignibus, tradantur metallis, ne poena cito transeat?

20. Hunc dabis triumphum Iudaeis de ecclesia dei, hoc tropaeum de Christi populo, haec gaudia omnibus perfidis, hanc celebritatem synagogae, hos luctus ecclesiae? Referet Iudaeorum populus hanc sollemnitatem inter dies festos suos et inter illos profecto numerabit, quibus aut de Amorreis aut de Chananeis triumphavit aut de Pharaone rege

---

226 sq. de Amorreis] *cf.* Num. 21, 21—31 **227** de Chananeis] *cf.* Num. 21, 1—3 de Pharaone] *cf.* Ex. 14

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

206 potuit rapi Iudaeis insidiantibus *tr.* *a* **208** quaeruntur *OP* **210 sq.** poterit nos *tr.* *a* **212** militamus vindictae] mittimur ad vindictam *a* **215** sunt] *add.* in quas non prosiliant calumnias homines et circa divina mendaces *a* **217** recognoscunt *OP* **222** dabis] *add.* cito *P* **223** tropheum *OP* omnibus] imperator *a* **225** inter] in *a* **227** Pharao *a*

Aegypti aut de Nabuchodonosor regis Babyloniae manu liberari potuit. Addet hanc celebritatem significans se de Christi populo triumphum egisse.

21. Et cum ipsi Romanis legibus teneri se negent ita ut crimina le⟨ge⟩s putent, nunc velut Romanis legibus se vindicandos putant. Ubi erant istae leges cum incenderent ipsi sacratarum basilicarum culmina? Si Iulianus non est ultus ecclesiam quia praevaricator erat, tu, imperator, ulcisceris synagogae iniuriam ⟨quia Christianus es⟩?

22. Et quid tecum posthac Christus loquetur? Non recordaris quid David sancto per Nathan prophetam mandaverit? Ego te de fratribus tuis minorem elegi et de privato imperatorem feci. Ego de fructu seminis tui in sede imperiali locavi. Ego tibi subieci nationes barbaras, ego tibi pacem dedi, ego tibi inimicum tuum in potestatem tuam captivum deduxi. Frumentum non habebas ad exercitus alimoniam, ipsorum hostium manu patefeci tibi portas, aperui horrea; dederunt tibi hostes tui commeatus suos quos sibi paraverant. Ego perturbavi hostis tui consilia ut

---

228 de Nabuchodonosor] *qui Israhelitas in captivitatem Babylonicam deduxit, cf.* 4 Reg. 25; *Cyrus rex Persarum eos reduxit, cf.* 1 Esd. 1 **239 sq.** *cf.* 2 Reg. 7, 8 **240 sq.** *cf.* 2 Reg. 7, 12 **243** frumentum non habebas] *Theodosius ad bellum cum Maximo usurpatore gerendum non satis praeparatus erat, cf.* Pac. Pan. 23, 4; 40, 2; Oros. 7, 35, 2

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

229 potuit] putauit *OP* significans se] significasse *O* 232 crimina leges] criminales *OP* 236 quia — es *om. OP* 244 hostium *om. P*

se ipse nudaret. Ego exercitum tuum ex multis indomitis convenam nationibus quasi unius gentis fidem et tranquillitatem et concordiam servare praecepi. Ego cum periculum summum esset ne Alpes infida barbarorum penetrarent consilia, intra ipsum Alpium vallum victoriam tibi contuli ut sine damno vinceres. Ego ergo te triumphare feci de inimico tuo et tu de plebe mea das meis inimicis triumphum!

23. Nonne propterea Maximus destitutus est, quia ante ipsos expeditionis dies, cum audisset Romae synagogam incensam, edictum Romam miserat quasi vindex disciplinae publicae? Unde populus Christianus ait: „Nil boni huic imminet, rex iste Iudaeus factus est; ⟨defensorem istum disciplinae audivimus quem mox Christus probavit qui pro peccatoribus mortuus est⟩." Si de sermone hoc dictum est quid ⟨de ultione dicetur? Ille igitur statim⟩ a Francis, a Saxonum gente, in Sicilia, Sisciae, Petavione, ubique denique terrarum victus est. Quid pio commune cum perfido? Abolenda cum impio sunt etiam impietatis exem-

---

247 sq. ex multis indomitis... nationibus] *Theodosii exercitus e Gothis, Hunnis et Alanis constabat* **257** edictum Romam miserat] *verisimile ad Iulianum Rusticum pr. urbi, cf.* RE *s.v.* (I A 1241 sq.) **260 sq.** *cf.* Rom. 5, 6 **263** Sisciae, Petavione] *oppidis in Pannonia superiore (prima) sitis (hodie Sisak et Pettau, Ptuj)*

OP; α (=*codices epistulam 74 complexi*)

---

247 nudaret] *add.* ego ipsum usurpatorem imperii ita vinxi ac mentem eius ligavi, ut cum haberet adhuc fugiendi copiam tamen cum omnibus suis tamquam metuens, ne quis tibi periret, ipse se clauderet. Ego comitem eius atque exercitum ex altera parte naturae, quos ante disperseram ne ad belli societatem coirent, ad supplementum tibi victoriae congregavi *α* **256** dies *om. Oac. (corr. mp.) P* **258** nihil *α* **259** defensorem — **261** est *om. OP* **262** de — statim *om. OP* **263** Sisciae] sciti(a)e *OP* patauione *OP* **264** cum *om. O* **265** impietates *P*

pla. Quod illi nocuit et quod victus offendit, hoc non sequi debet sed damnare qui vicit.

24. Itaque illa tibi non quasi ingrato recensui sed quasi iure collata enumeravi, ut his admonitus cui plus collatum est plus diligas. Denique hoc respondenti Simoni dixit dominus Iesus: *Recte iudicasti.* Statimque conversus ad mulierem, quae pedes eius unguento unxit typum ecclesiae gerens, ait Simoni: *Propter quod dico tibi: Remissa sunt peccata eius multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit.* Haec est mulier quae in domum pharisaei intravit et eiecit Iudaeum, Christum autem acquisivit. Ecclesia enim synagogam exclusit, cur iterum temptatur, ut apud Christi famulam hoc est de pectore fidei de domo Christi synagoga excludat ecclesiam?

25. Haec ergo, imperator, amore et studio tui in hunc sermonem contuli. Debeo enim beneficiis tuis quibus me petente liberasti plurimos de exiliis de carceribus de ultimae necis poenis, ut mal⟨le deb⟩eam pro salute tua etiam offensionem tui animi non timere — nemo maiore fiducia utitur quam qui ex affectu diligit, nemo certe debet laedere qui sibi consulit —, ne tot annorum conceptam cuiuscumque sacerdotis gratiam uno momento amittam. Et tamen non damnum gratiae deprecor, sed salutis periculum.

26. Quantum est, imperator, ut quaerendum aut vindicandum non putes quod in hunc diem nemo quaesivit, nemo umquam vindicavit? Grave est fidem nostram pro

---

271 Luc. 7, 43 273 Luc. 7, 47

OP; α (=*codices epistulam 74 complexi*)

---

270 symoni *OP*, *item l. 273* 277 excludit *P* 278 temptatus *O* famulum α 279 synogoge *P* 280 et amore *tr. P* 283 malle debeam] malebam *OP* 284 animi tui *tr. O* 285 nemo] *add.* a *P* 287 amittat *P* 291 nostram] tuam α

Iudaeis periclitari. Gedeon cum occidisset sacratum vitulum dixerunt gentiles: „Dii ipsi iniuriam suam vindicent." Quis habet synagogam vindicare? Christus quem occiderunt, quem negaverunt? An deus pater vindicabit eos qui nec patrem recipiunt quia filium non receperunt? Quis habet Valentinianorum haeresim vindicare? † Quamquam prae ceteris ipse tua † quomodo vindicas, cum eos excludi iusseris nec conveniendi usurpare copiam? Si Iosiam tibi obiciam regem deo probatum, hoc in istis damnabis quod in illo probatum est.

27. Certe si mihi parum fidei defertur, iube adesse quos putaveris episcopos; tractetur, imperator, quid salva fide agi debeat. Si de causis pecuniariis comites tuos consulis, quanto magis in causa religionis sacerdotes domini aequum est consulas.

28. Consideret clementia tua quantos insidiatores habeat ecclesia, quantos exploratores; levem rimam si offenderint figent aculeum. Secundum homines loquor; ceterum plus omnibus deus timetur qui etiam imperatoribus iure et merito praefertur. Si amico suo aliquis aut parenti aut propinquo deferendum existimat, recte ergo et deferendum deo et eum praeferendum dixi omnibus. Consule tibi, imperator, aut patere me consulere mihi.

29. Quid respondebo postea, si compertum fuerit data hinc auctoritate aliquos christianorum aut gladio aut fusti-

---

292 sq. *cf.* Iud. 6, 28—31 **295 sq.** *cf.* Ioh. 8, 18 sq. **299 sq.** *cf.* 4 Reg. 22, 2—20

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

297 sq. quamquam prae c(a)eteris ipse tua quomodo vindicas *OP*, quam pietas tua quomodo vindicat α **299** iusserit α **302** iube adesse] iubeas esse *P* **310 sq.** et merito *om.* α **311** aut (1)] *add.* si α **312** ergo] ego α **313** dixi *correxi*, dici *OP*, iudicavi α dixi omnibus] omnibus iudicavi α

bus aut plumbis necatos? Quomodo hoc purgabo factum, quomodo excusabo apud episcopos qui nunc quia per triginta et innumeros iam annos presbyterii quidam gradu functi vel ministri ecclesiae trahuntur ⟨a⟩ munere sacro et curiae deputantur graviter gemunt? Nam si quis vobis militat, certo se militiae tempore tuetur; quanto magis etiam eos considerari oportet qui deo militant? Quomodo, inquam, hoc excusabo apud episcopos qui queruntur de clericis et vastari scribunt impressione gravi ecclesias?

30. Hoc tamen in notitiam clementiae tuae pervenire volui; de hoc ut placet pro arbitrio tuo consule et tempera; illud autem quod me angit et iure angit exclude atque eice. Ipse facis quicquid fieri iussisti; aut si ille facturus non est malo te magis esse clementem quam illum non fecisse quod tu iusseris.

31. Habes in quibus adhuc domini debes circa imperium Romanum invitare et emereri clementiam; habes quibus amplius quam tibi speres, illorum gratia, illorum salus te in hoc sermone conveniat. Timeo ne causam tuam alieno committas iudicio. Integra adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego deo nostro obligo, nec verearis sacramentum.

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

320 retrahuntur α a *om. OP* **321** quis ... militat] qui ... militant α **322** se ... tuetur] servantur α (*om.* se) eos etiam *tr. O* **323** considerari oportet] considerare debetis α **324** quaeruntur *OP* **325** impressione gravi vastari scribunt *tr.* α **327** pro *om.* α consule et tempera] consulere et temperare dignaberis α **331** iusseris] iussus est α **332** adhuc in quibus *tr. P* domini adhuc *tr.* α **333** et emereri *om.* α **337** nostro] *add.* pro te α

Numquid deo displicere poterit quod pro eius emendatur honorificentia? Nihil mutabis certe in illa epistola sive missa sive nondum missa est; dictari iube aliam quae plena fidei, plena pietatis sit. Tibi integrum est emendare, mihi non est integrum dissimulare.

32. Antiochenis tuam donasti iniuriam, inimici tu⟨i⟩ filias revocasti nutriendas, apud affinem dedisti, matri hostis tui misisti de aerario tuo sumptus. Haec tanta pietas, tanta erga deum fides hoc facto obfuscabitur.

---

343 *cf.* Chrysost. or. 21 ad populum Antiochenum ... in imperatoris cum civitate reconciliationem (PG 49, 211 sqq.)

OP; α (= *codices epistulam 74 complexi*)

---

339 mutaveris α **343** tui] tu *OP* **346** obfuscabitur] *add.* explicit *O*, *add.* Tu igitur qui armatis pepercisti hostibus et servasti inimicos tuos, ne, quaeso, tanto studio putes vindicandum in Christianos. Nunc te, imperator, rogo, ut non aspernanter acceperis me et pro te et pro me timentem; sancti enim vox est: Ut quid factus sum videre contritionem populi mei? Ut offensam incurram dei? Ego certe quod honorificentius fieri potuit feci, ut me magis audires in regia, ne si necesse esset audires in ecclesia α

Extra collectionem 2 (*Maur. 61*)

Ambrosius Theodosio Imperatori

1. Arbitratus es, beatissime imperator, quantum ex augustis litteris tuis comperi, me longe abesse ab urbe Mediolanensium, sed non ego ita imprudens aut virtutis aut meritorum tuorum, ut non praesumerem caeleste auxilium pietati tuae adfore, quo Romanum imperium a barbari latronis immanitate et ab usurpatoris indigni solio vindicares, **2.** festinavi reverti posteaquam illum quem iure declinandum putaveram Mediolano abisse cognoveram. Non enim ego ecclesiam Mediolanensium dereliqueram domini mihi iudicio commissam, sed eius vitabam praesentiam qui se sacrilegio miscuisset. Reverti itaque circiter Kalendas Augustas, ex illo resedi hic ac me clementiae tuae augusti apices reppererunt.

3. Gratias domino deo nostro qui fidei tuae pietatique respondit et formam veteris restituit sanctitatis, ut videremus nostro tempore, quod in scripturarum lectione mira-

---

Scripta Sept. a. 394, Eugenio ad Frigidum X Id. Sept. devicto, cf. Proleg. II 1.3.2 **13 sq.** Kalendas Augustas] *scil. anni 394*

OPV; **rm**

---

1 Item eiusdem ad eundem LXXX *O*, LVIII **r** **2** Augustissimo imperatori Theodosio Ambrosius episcopus **r** **3** est *V* **5** Mediolanensium] Mediolani **r**, *add.* quia res tuas crederem a deo destitui **rm** **6** aut] et **rm** tuorum] *add.* immemor abfui **rm** non *post* **7** tuae *tr.* **r** **9** festinavi] *add.* igitur illico **rm** **10** Mediolano abisse cognoveram] iam abesse cognovi **rm** **11** ecclesiam Mediolanensium] e. -nensem **rm**, *tr. O* dereliqueram] -rem *V*, relinquebam **r** **12** iudicio mihi *tr.* **rm** **13** sacrilegio se *tr.* **r** miscuerat **r** reverti] redii **rm** **14** illo] *add.* die hic **rm** hic ac *correxi*, hac *OP*, hic *V* **rm** Augusti (-e **m**) clementiae tuae *tr.* **rm** **17** veteri ... sanctitati **r**

mur, tantam in proeliis divini auxilii fuisse praesentiam, ut nulli vertices montium adventus tui cursum retardarent, non hostilia arma impedimentum aliquod afferrent. **4.** Pro his gratias me censes agere oportere domino deo nostro, faciam libenter conscius meriti tui. Certum est placitam deo esse hostiam quae vestro offertur nomine, et hoc quantae devotionis et fidei est! Alii imperatores in exordio victoriae arcus triumphales parari iubent aut alia insignia triumphorum, clementia tua hostiam domino parat, oblationem et gratiarum actionem per sacerdotes celebrari domino desiderat.

5. Etsi ego indignus atque impar tanto muneri et tantorum votorum celebritati, tamen quid fecerim scribo: epistulam pietatis tuae mecum ad altare detuli, ipsam altari imposui, ipsam gestavi manu cum offerrem sacrificium, ut fides tua in mea voce loqueretur et apices augusti sacerdotalis oblationis munere fungerentur. **6.** Vere dominus propitius est imperio Romano, quandoquidem talem principem et parentem principum ⟨e⟩legit, cuius virtus et potestas in tanto imperii triumphalis constituta culmine, tanta sit humilitate subnixa, ut virtute imperatores, humilitate sacerdotes vicerit. Quid exoptem quidve desiderem?

---

19 *hoc loco ad miracula insolita alludit, quibus deus victoriam Theodosii de Eugenio relatam illustravit, cf.* Aug. civ. dei 5, 26 *al.*

OPV; rm

---

25 fidei] *add.* indicium r exordio] commemorationem r 27 deo m 28 sq. domino celebrari *tr. O* 33 offerem *P* 35 sacerdotales *Pac.* 37 elegit rm, legit *OPV* 38 constituta culmine triumphali rm 39 subnexa *O* ut] quod r 40 vicerit sacerdotes *tr.* rm quidve *V* rm, quid uel *OP*

Omnia habes, ex tuis itaque summam votorum capessam, pius es imperator, clementiam habes maximam.

7. Opto tamen tibi etiam atque etiam incrementa pietatis, qua nihil dominus praestantius dedit, ut per tuam clementiam ecclesia domini sicut innocentium pace et tranquillitate gratuletur ita etiam reorum absolutione laetetur. Ignosce maxime his qui etiam in te peccaverint.

Extra collectionem 3 (*Maur. 62*)

Ambrosius Theodosio Imperatori

1. Quamvis proxime scripserim augustae clementiae tuae secundo, tamen satis fuit velut pari vice sermonis officium reddidisse, cum beneficiis clementiae tuae frequentibus oppigneratus sim, ut nullis officiis possim compensare quae debeo, beatissime atque augustissime imperator. **2.** Itaque ut prima occasio non praetermittenda fuit, qua per cubicularium clementiae tuae gratias agerem et alloquii mei officium repraesentarem, maxime ne desidiae putaretur

---

Ep. extra coll. 3 *Scripta autumno a. 394, cf. Proleg. II 1.3.2*

OPV; **rm**

---

41 ex tuis itaque] et ut **r** **42** es] est *P* **44** qua] quia *OP* **45** domini] dei **rm** **46** gratulatur *V* **mr** reorum] eorum *V* **47** etiam in te] in te *V*, non ante **rm** peccaverint] -arunt **rm**, *add.* dominus clementiam tuam conservet amen **rm**, *add.* explicit *O* **1** Item eiusdem ad eundem LXXXI *O*, XVI **r**, Item alia *V* **4** tuae] *add.* etiam **rm** tamen] mihi tamen non **rm** velut pari *om. V* **5** tuae] *add.* tam **rm** **8** qua] quam *V* **9** cubicularium] *add.* tuum **rm**

fuisse potius quam necessitatis quod tempore non scripserim superiore, ita requirenda mihi causa fuit, qua pietati tuae deferrem debitum salutationis obsequium. **3.** Meritoque ad praeferendam epistulam meam filium meum Felicem diaconum misi, simul ut mei vicem officii repraesentaret, memoratum quoque pro his qui ad matrem pietatis tuae ecclesiam petentes misericordiam confugerunt; quorum lacrimas sustinere non potui, qui⟨n⟩ adventum clementiae tuae meis obsecrationibus praevenirem.

4. Grande est quod petimus, sed ab eo cui dominus inaudita et admiranda concessit, ab eo cuius clementiam novimus et obsidem pietatem tenemus; sed plus exspectare nos confitemur, quoniam ut te virtute vicisti ita etiam tua te debes pietate vincere. Victoria enim tua antiquo more vetustis miraculis, qualis sancto Moysi et sancto Iesu Nave, Samuheli atque David, non humana aestimatione sed caelestis gratiae effusione censetur. Huic pietatem aequalem poscimus, cuius merito tanta victoria ipsa quaesita est.

---

14 Felicem] *hic postea episcopus Bononiensis fuisse videtur* 25 miraculis] *subito ventus vehemens ortus est* qui infidelibus excuteret scuta de manibus ac tela omnium atque missilia in peccatoris exercitum retorqueret (Ambr. in ps. 36, 25); *cf.* Aug. civ. dei 5, 26; Oros. 7, 35, 17 sqq. *al.*

OPV; rm

---

11 fuisse *om. Oac., ante* 10 putaretur *add. Osl.* 11 sq. superiore non scripserim *tr. V* rm 12 ita] itaque rm 13 sq. meritoque] merito autem rm 15 ut] *add.* et r praesentaret *V* 16 memoratum quoque] et memoriam r 17 confugerint *V* 18 quin rm, qui *OPV* 18 sq. tuae clementiae *tr. V* 19 praevenirem rm, -ret *OPV* 21 et] *add.* tam *V* 22 sed] unde rm 24 vincere debes pietate *tr.* rm 25 vetustisque rm Nave] *add.* et m 26 Davidi r 27 effusione] *add.* tibi collata rm huic] hic *V* rm 28 est] *add.* explicit *O*

Extra collectionem 4 (*Maur. 10*) = Gesta ep. 2

Extra collectionem 5 (*Maur. 11*)

Imperatoribus clementissimis et principibus Christianis gloriosissimis ac beatissimis Gratiano Valentiniano et Theodosio sanctum concilium quod convenit Aquileiae

1. Provisum est quidem, clementissimi principes, vestrae tranquillitatis statutis, ne Arrianorum perfidia ulterius possit vel latere vel serpere; etenim effectum concilii decretis putamus minime defuturum, sed tamen quantum ad partes spectat occidentis duo tantum reperti sunt qui auderent profanis et impiis vocibus obviare concilio, vix angulum Ripensis Daciae turbare consueti.

2. Aliud est quo magis angimur, de quo quoniam convenimus fuit rite tractandum, ne totum corpus posset

---

Scripta a. 381 e concilio Aquileiensi, postquam Palladius et Secundianus ab episcopis congregatis Sept. 3 damnati sunt, cf. Proleg. II 1.3.3

LOP; **rm**

---

1 Item eiusdem ad eosdem (*add.* LXXXIII *O*) *LO*, eiusdem concilii *P*, IIII **r** **2** clementissime *L* **3** et *om. OP* **6** Arianorum **rm** (*sim. semper*) **6 sq.** possit ulterius *tr.* **rm** **7** effectum] aff- *L* **8** defuturum] *add.* nec id temere **r** sed tamen] nam **rm** **9** tantum] tamen *L* **11** Daciae] *add.* iam **r** consueti] *add.* sed **r** **12** est] cum *L* quo (1)] et propter quod **r** magis] *add.* animo **r** **13** fuit rite tractandum] fuisset contractandum *L* possent *L* posset totum corpus *tr.* **rm**

ecclesiae toto orbe diffusum et universa turbare. Nam licet frequenter convenerimus Ursinum non potuisse obrepere pietati vestrae — quamvis quietum nihil esse patiatur et inter bellicas necessitates obreptio importuna temptetur —, tamen ne sancta mens vestra animique tranquillitas, quae omnibus consulere gestit, importuni hominis simulata adulatione flectatur, deprecandos vos et obsecrandos si dignanter ducitis aestimamus, non solum praecaventes futura, sed etiam praeterita, quae iam ipsius temeritate gesta sunt, perhorrescentes. Nam si aliquam viam nactus fuerit audaciae, quid non ille confundat?

3. Sed si unius ⟨vos⟩ miseratio inflectere potest, multo magis vos precatio omnium moveat sacerdotum. Quis enim nostrum ei communionis societate iungetur, cum indebitum sibi gradum usurpare conatus nec iure ad eum potuerit pervenire, et quem importune affectavit importunissime repetere moliatur? Turbarum totiens damnatus incessit adhuc tamen, quasi praeteritis non perhorrescendus exemplis. Qui — quod plerique sicut in hoc concilio cognovimus et vidimus — cum Arrianis copulatus atque coniunctus erat

---

15 Ursinum] *cf. Proleg.*

LOP; rm

---

14 turbare] foedare r 15 Ursinum] ut sinum *L* potuisset *L* 16 nihil quietum *tr. L* 17 inter] *add.* tot rm temperetur *L* 21 aestimauimus *L* r 23 nam] quoniam r 24 quid] *add.* est quod r 25 vos miseratio *correxi*, miseratio vos rm, vos *om. LOP* 26 precatio omnium vos *tr.* r moneat *L* 27 ei] et *L* cum] qui r 28 conatus] *add.* sit rm nec — eum] et ad quem nec iure r nec — 33 coniunctus *om. L* 30 toties rm damnatus rm, -os *OP* incedit rm 31 tamen *om.* rm 32 qui] quid *O* quod *om.* rm plerumque rm 33 et] sed r erat] eat *L*

eo tempore, quo turbare Mediolanensem ecclesiam coetu detestabili moliebatur cum Valente, nunc ante synagogae fores, nunc in Arrianorum domibus miscens occulta consilia et suos iungens, et, quoniam ipse aperte in eorum congregationes prodire non poterat, instruens et informans quemadmodum pax ecclesiae turbaretur; quorum furore respirabat quod eorum posset fautores et socios emereri.

4. Cum igitur scriptum sit: *Haereticum post unam correptionem devita*, cum et alius vir sancto locutus spiritu dixerit declinandas huiuscemodi bestias nec salutatione recipiendas atque congressu, quomodo fieri potest ut eum, quem societati eorum insertum vidimus, non etiam assertorem perfidiae iudicemus? Quod etiam si deforet, tamen totius orbis Romani caput Romanam ecclesiam atque illam sacrosanctam fidem apostolorum ne turbari sineret obsecranda fuit clementia vestra; inde enim in omnes venerandae communionis iura dimanant. Et ideo petimus et rogamus ut obripiendi ei adimere dignemini facultatem.

5. Scimus clementiae vestrae sanctum pudorem, ne auditu vestro indigna ingerat, non aliena ab officio et nomine sacerdotis interstrepat, non inverecunda vobis lo-

35 *de Iuliano Valente cf.* Gesta ep. 2 (= *Maur. 10*), 105 **41** Tit. 3, 10 **43 sq.** *cf.* 2 Ioh. 10

LOP; **rm**

35 cum Valente *om.* **r** **36** concilia *L* **37** suos] *add.* eis **rm** **38** instruens — **39** turbaretur] eos **r** **39** quorum furore] eorum fauore *L*, quorum favore **r** **40** quod eorum] quorum *L*, quo magis **r** fauctores *P* emereri] *add.* instruxit et informavit quemadmodum pax ecclesiae turbaretur **r** **41** sit *om.* *L* **42** correctionem *P* **43** huiusmodi **m**, *om.* **r** **44** atque] neque **rm** quomodo] quo *L* **46** quid **rm** deforet] defuisset **r** **47** orbi *P* **48** apostolorum fidem *tr.* **rm** turbari sineret] turbandi insineret *L* **49** uestra clementia *tr.* *L* **50** communionis **rm**, commonitionis (commot- *Oac.*) *LOP* **51** obrependi **rm** **52** ne] non *L* **r** **53** aditui *L*, auditui **r** **54** nomin (!) *L* inuerecundia *L*

quatur. Quem cum *habere* oportuerit *testimonium etiam ab his qui foris sunt*, quali testimonio cives proprii prosecuti sint clementia vestra meminisse dignetur. Pudet enim dicere, inverecundum est recensere, quam turpi famam eius convicio sauciaverint; quo saltem pudore perstrictus conticescere debuisset, et si haberet aliquam conscientiam sacerdotis, pacem ecclesiae concordiamque ambitioni suae et studio praeoptaret. Verum longe alienus ab omni verecundia per abscissum hominem Paschasium signiferum furoris sui missis litteris serit turbas, gentiles quoque et perditos concitare conatur.

6. Oramus ergo ut iam et populo Romano, qui post relationem praefecti urbis pendet incertus, et nobis sacerdotibus securitatem indicta importunissimi hominis abiectione tribuatis. Quo impetrato apud deum omnipotentem patrem et filium eius dominum deum gratias iugi continuatione celebremus.

---

55 sq. 1 Tim. 3, 7

LOP; **rm**

---

55 potuerit *L* **r** **56** testimonio] *add.* et *Lac.* **rm** **57** sint *correxi*, sunt *LOP* **rm** uestra clementia *tr. O* **58** turpi famam *L* **r**, -is fama *OP* **m** **59** sauciaverint *L* **r**, -it *OP* **m** pudore (pudo *L*) constrictus *L* **rm** **61** ambitionis *LO* **r** et] etiam **r** **62** praeoptasset **r** **63** abscisum *LOP* **r** **64** quosque **rm** et] ac **rm** perditos] *add.* homines **rm** **66** oremus (-amus **m**) igitur **rm** **67** predet *L* **68** indicta *correxi*, interdicta *O*, interdictam *LP* **rm** abiectione *P* **m**, ob- *LO* **r** **69** impetrato] ea impetrata a clementia vestra **r** **69 sq.** patrem omnipotentem *tr.* **r** **70** filium eius dominum deum *correxi*, christum eius dominum (dominum eius *tr. P*) deum *LOP*, eius filium deum et dominum **r**, Christum et dominum et deum **m** iugi — **71** celebremus] agamus et merita vestra iugi oratione celebremus amen **r** **71** celebremus] *add.* amen *L*, *add.* explicit *O*

Extra collectionem 6 (*Maur. 12*)

Imperatoribus clementissimis Christianisque et gloriosis beatissimisque principibus Gratiano Valentiniano et Theodosio sanctum concilium quod convenit Aquileiae

1. Quamlibet redundantibus actionibus gratiarum nequaquam tamen possumus beneficia vestrae pietatis aequare, imperatores clementissimi beatissimique et gloriosissimi principes Gratiane, Valentiniane et Theodosi, dilecti deo patri et filio eius domino nostro Iesu Christo. Nam cum post multa tempora et persecutiones varias, quas catholicis

---

Scripta a. 381 e concilio Aquileiensi, postquam Palladius et Secundianus Sept. 3 damnati sunt, cf. Proleg. II 1.3.3

LOP; rm

---

1 Item alia ad eosdem *L*, Item eiusdem ad eosdem LXXXIIII *O*, Item eiusdem *P*, III r 2 Christianisque et] et Christianis r 5 quamlibet] *add.* etiam m, quibuslibet etiam r gratiarum actionibus *tr.* rm nequam *P* 6 tamen *om. L* r aequare] acquirere *L* 7 imperatoresque *Pac.* clementissimique *P* beatissimique] beatissimi *LP*, atque beatissimi rm et gloriosissimi *om. L* 8 et *om. L* dilecti] *add.* a r 9 patre r nam cum] quod r 10 tempora] pericula r

intulerant Arriani maximeque vel Lucius ille monachorum et virginum impia caede grassatus, sed etiam Demofilus, dirum perfidiae caput, omnes ecclesiae dei, maxime quae per orientem, catholicis restitutae sint, in occidentalibus autem partibus vix duo haeretici qui obviare possint sancto concilio sint reperti, quis est qui putet se gratiarum vestrarum fore idoneum relatorem?

2. Sed tamen si beneficia vestra verbis explicare non possumus, votis concilii compensare desideramus; qui etsi per singulas quasque ecclesias viritim cottidianas apud deum nostrum pro imperio vestro celebremus excubias, tamen conducti in unum, quo munere nihil esse pulchrius opinamur, deo nostro omnipotenti et pro imperio et pro

---

11 Lucius] *ab Euzoeo episcopo Antiocheno (cf. Proleg. I 2.1) episcopus Alexandrinae ecclesiae constitutus Petro Athanasii successore eiecto aliquot monachos e speluncis per vim in exilium egit, cf.* Theod. 4, 21 12 virginum impia caede] *cf.* Theod. 4, 22 Demofilus] *praecipuus Arrianorum dux, a. 370 episcopus Constantinopolitanus constitutus et a. 380 a Theodosio depositus, cf.* Socr. 4, 14; 5, 7

LOP; **rm**

---

11 intulerunt **rm** vel Lucius] Vellutius **r**, vel *om. L* **12** impias caedes **r** crassatus *LP* sed etiam] ut et **r** Demophylus *L*, -philus **rm** **13** caput] *add.* omnibus perfidie capud *P* omnes ecclesiae **m**, omnibus ecclesiis *LOP*, omnibus tandem ecclesiis **r** maximeque **r** quae] qui *L* **14** catholici restituti sunt *L* restitutae sint] per clementiam vestram pax et tranquillitas sit restituta **r** **15** possent **r** **16** sunt **r** **18** si] etsi **m**, *om. Lac.* **19** votis — desideramus *om. OP* votis] *add.* tamen **m** etsi] licet **rm** **20** viritim *om.* **rm** **21** nostrum] *add.* et *Pac.* imperio] *add.* et pro pace ac salute uestra gratias agimus *Pac.*

pace ac salute vestra gratias agimus, quod per vos nobis pax et concordia sit refusa.

3. Equidem per occidentales partes duobus in angulis tantum hoc est in latere Daciae Ripensis ac Moesiae fidei obstrepi videbatur; quibus tamen nunc post concilii sententiam vestrae favore clementiae opinamur ilico consulendum. Per omnes autem tractus atque regiones a Thracorum claustris usque ad Oceanum manet intemerata fidelium atque una communio. In orientalibus autem partibus cognovimus quidem summo gaudio atque laetitia eiectis Arrianis, qui ecclesias violenter invaserant, sacra dei templa per solos catholicos frequentari.

4. Sed tamen quoniam invidia diaboli numquam quiescere solet, inter ipsos catholicos audimus crebras dissensiones esse impacatamque discordiam; totoque confundimur affectu quod innovata pleraque comperimus eosque gravari nunc quos oportuit adiuvari, qui in nostra semper communione durabant. Denique Alexandrinae ecclesiae Timotheus episcopus sed etiam Antiochenae Paulinus, qui sem-

---

26 duobus] *sc. Palladio et Secundiano* **41** Timotheus] *Petri illius eiecti successor* (*cf. app. font. ad l. 11*) **42** Paulinus] *cf. Proleg. I 2.1* (*de schismate Antiocheno*)

LOP; **rm**

---

24 per vos nobis] pro uobis *L* **25** concordia] *add.* ita **rm** **26** equidem] et quod *L*, quod **r** **29** uestram *L* **30** a Thracorum *correxi*, athiucorum *LP*, a thiueorum (a thiuorum *ac.*) *O*, et vicorum **rm** **31** claustra **rm** **31 sq.** manet una et intemerata fidelium communio **rm** **33** quidem] quod *L* **39** quod innovata] qui nouata *L* graui *L* **40** oportuit] que potuit *L* **41** Alexandriae *L* thimotheus (thym- *L*) *LP* **42** etiam] et **rm** antiocenae *LP*

per communionis nobiscum intemeratam habuere concordiam, dissensionibus aliorum, quorum fides superioribus temporibus haesitabat, frequenter urgeri. Quos quidem si fieri potest et si fides plena commendat ad consortia nostra optamus adiungi, sed ita ut vetustae communionis sociis sua praerogativa servetur, quorum nobis non superflua cura est: primo omnium quia communionis societas nullam habere debet offensam, deinde quia utriusque partis dudum accepimus litteras praecipueque illorum qui in Antiochena ecclesia dissidebant.

5. Equidem nisi hostilis impedimento fuisset irruptio, aliquos etiam de nostro numero disposueramus dirigere, qui sequestres et arbitri refundendae si fieri posset pacis exsisterent. Sed quia studia nostra tunc temporis habere effectum per tumultus publicos nequiverunt, oblatas pietati vestrae opinamur preces nostras, quibus iuxta partium pactum poposcimus ut altero decedente penes superstitem ecclesiae permanerent nec aliqua superordinatio vi attemptaretur.

Ideoque petimus vos, clementissimi et Christiani principes, ut et Alexandriae sacerdotum catholicorum omnium

---

57 tumultus publicos] *sc. Gothorum irruptionem*

LOP; **rm**

---

46 si *om.* **rm** uestra *L* **47** ut] et *L* **48** quorum] quarum *L* nobis] *add.* haec **r** **49** quia *om.* **r** communionis] communis *L* **50** debet habere *tr.* **rm** offensionem *L* **51** precipue *L* **51 sq.** Antiochiae dissidebant ecclesia **r** **53** equidem] et quidem *P* **rm** fuisse *L* **54** uestro *L* disposueramus] *add.* illo **rm** **55** et *om.* *L* **57** nequiuerint *L* **58** opinamur — **59** pactum] nostras repetimus preces quibus **r** iusta *L* **59** pactum *corr. Valesius*, factum *OP* **m**, fructum *L* decidente *LOP* **60** ecclesiae] -a *L*, *add.* iura **rm** permaneret *L* superordinatio vi] -ioni *L* adtentaretur **m**, attentetur **r**

concilium fieri censeatis, qui inter se plenius tractent atque definiant quibus impertienda communio quibusve servanda sit. **6.** Nam etsi Alexandrinae ecclesiae semper dispositionem ordinemque tenuerimus et iuxta morem consuetudinemque maiorum eius communionem indissolubili societate servemus, tamen ne aut aliqui videantur esse posthabiti, qui etiam pacto quod stare volumus communionem nostram rogarunt, aut illius pacis et societatis fidelium neglecta compendia, id obsecramus, ut cum inter se coetu pleniore tractaverint, etiam auxilia decretis sacerdotalibus vestrae pietatis aspirent, et nobis deferri in notitiam censeatis, ne titubanti nutemus affectu, sed laeti atque securi pietati vestrae apud deum omnipotentem agamus gratias, non solum quia exclusa perfidia est sed quia catholicis fides et concordia restituta. Quod a vobis et Africanae et Gallicanae ecclesiae per legatos obsecrant, hoc est ut toto faciatis vobis in orbe episcopos debitores; licet non mediocre sit debitum quod virtuti vestrae debetur.

7. Ad deprecandam autem clementiam vestram et impetranda quae poscimus legatos fratres et conpresbyteros nostros direximus, quos petimus ut et clementer audire dignemini et redire maturius censeatis.

LOP; **rm**

---

64 qui] quo *L* se] esse *L* **65** impertienda] partienda *L* quibusve *L*, quibus *OP*, quibusque **rm** observanda **r** **66** si et *tr. L* Alexandriae *L* **67** iusta *L* **68** societate] *add.* ad haec usque tempora **rm** **71** rogare *L* illius] ullius *OP* **72** id] ideo *L* **74** vobis **r** **75** ne titubanti] et titubant *L* nutemur *P* **76** pietatis **r** **77** exclusa] excussa **r** **78** concordia] *add.* est **rm** et (2) *om.* **rm** **79** obsecrat *L* totos *OP* **80** vobis faciatis *tr.* **rm** vobis *om. L* **81** vestrae] *add.* pro totius urbis (orbis **r**) romanae (-ni **r**) pace *L* **r** debetur] *add.* a nobis *L* **r** **85** quos] quod *L* ut *om. L* **r** **86** censeatis] *add.* explicit *O*

Extra collectionem 7

Relatio ⟨Romani concili ad Gratianum et Valentinianum Imperatores directa⟩

1. Et hoc gloriae vestrae, clementissimi principes, pietatisque est illustre documentum, quod innumeri fere ex diffusis Italiae partibus ad sublime sedis apostolicae sacrarium congregati, cum quaereremus quid pro ecclesiarum statu poscendum esset a vobis, nihil melius potuimus reperire quam quod spontanea vestri providentia contulistis. Videmus quod nec rogandi iam pudor esse debeat nec impetranda beneficia iam vestra sint et imperialium series decretorum pro nobis ambiat. Nam quod ad aequitatem petitionis attinet iamdudum meruimus impetrare quae poscimus, quod vero ad necessitatem spectat orandi ita impetratorum caremus effectu ut iterum impetrare cupiamus. Quod quidem, clementissimi principes, hominum perditorum exponit amentia⟨m⟩, vestrae autem iustitiae munus

---

Scripta a. 378 ex. e synodo Romae habita ad imperatores Gratianum et Valentinianum, cf. Proleg. II 1.3.4

LOP; m

---

2 Relatio] Incipit relatio *P*, Item alia eiusdem ad eosdem *L*, Item eiusdem ad eosdem LXXXV *O*, Epistola Romani concilii sub Damaso habiti ad Gratianum et Valentinianum imperatores m 7 quaeremus *P* 8 statu] *add.* sit *L* esset] et *L* 10 debet *L* 11 impetrandi *L* 13 quae] quod *L* 14 spectat ad necessitatem *tr. L* imperatorum *L* 15 effectu] affectu *L* 16 proditorum *L* 17 amentiam m, -a *LOP*

accumulat, ut in ecclesia vestra beneficia saepius conferantur.

2. Namque a principio divino repleti spiritu et sanctorum apostolorum, quorum habetis in vestro honore suffragium, servantes in dominica religione praeceptum statuistis ad redintegrandum corpus ecclesiae quod furor Ursini, qui honorem arripere est conatus indebitum, diversas secuerat in partes, ut auctore damnato ceterisque, quos ad turbarum sibi incentiva sociaverat, sicut oportebat a perditi coniunctione divulsis de reliquis ecclesiarum sacerdotibus episcopus Romanus haberet examen, ut et de religione religionis pontifex cum consortibus iudicaret nec ulla fieri videretur iniuria sacerdotio, si sacerdos nulli usquam profani iudicis, quod plerumque contingere poterat, arbitrio facile subiaceret.

3. Praeclara ista plane et religiosis principibus digna sententia, quae divino ministerio plurimum deferat nec parcat errori. Quid enim dignius quam ut is demum iudicet de sacerdotis errato, qui vel internae conscientiae favorem sine periculo suo praestare se non posse cognoscat seque reatu implicet si absolvat indignum vel si damnet innoxium, qui postremo, dum iniuriam religionis ulciscitur, non eam in lateribus innocentium sed accusati quaerat in mori-

---

23 sq. furor Ursini] *de Ursino Damasi papae adversario cf. Proleg. II 1.3.32*

LOP; **m**

---

21 uestrum honorem *L* **23** redintegrandum] rein- *P*, irdente gradum *L* quod] qui (*ex* quam) est *O*, quam *L* **26 sq.** a perditi *L*, ac perditis *OP* **27** conuentione *L* **28** et *om. L* **30** si] sis *L* nulli usquam] nullius *L* **35** parcat] pareat *P*, pateat **m** **36** erratu *L* **37** praestare] parere **m** **38** absoluatur *L* **40** innocentium **m**, -tum *LOP* (*cf. l. 46*) accusari *L*

bus? Quam multos etenim saepe patuit quos absolverint iudicia ab episcopis esse damnatos et quos iudicia damnaverint absolutos, ut melior eorum sit causa qui non saecularia iudicia sed divina pensantes abstulerint supplicium suum ne vexarentur innoxii, quam qui vitam suam tormentis innocentium probaverunt. Compluria texeremus, tranquillissimi principes, nisi esset iniuria asseri magis decreta imperialia quam teneri.

4. Sed quoniam licet iamdudum vestrae clementiae iudicio relegatus Ursinus per eos quos illicite sacrilegus ordinavit vilissimum quemque occulte licet sollicitare conatur eoque exemplo nonnulli episcopi qui male ecclesiis incubant usu temeritatis suae et profani conspiratione contemptus, ne acquiescant Romani sacerdotis iudicio, lacessuntur, ita ut etiam qui se intellegunt pro meritorum suorum ratione damnandos vel damnatos esse viderunt, redempta vulgi multitudine iudices suos terrore mortis exagitent contemptisque cognitoribus vel fugatis illicitum obtineant sacerdotium; idcirco statuti imperialis non novitatem sed firmitudinem postulamus.

Indignum quippe est ut conventus quisque adhibita manu eo sit munitior quo flagitiosior fuerit. 5. Sicut Parmensis episcopus deiectus iudicio nostro ecclesiam tamen retinet impudenter. Damnatus aeque Florentius Puteolanus posteaquam deiectus est, cum aures tranquillitatis

---

62 sq. Parmensis episcopus] *nomine Urbanus, ut e Diss. Max. § 125 accepimus*

LOP; m

---

41 quos] quod *L* 42 iudicia — damnaverint *om. L* 44 abstulerint] -runt m, obtulerunt *L* 46 compluria] conplurima *L* 52 ecclesiae *L* 55 lacessunt m 62 sit] sic *O* 64 tenet *L*

vestrae inquietasset atque huiuscemodi rescriptum meruisset, ut si iudicio sacerdotum in urbe Roma fuisset depositus ne vocem quidem in iudiciis proferre deberet, post sextum annum repsit ad civitatem, tenuit ecclesiam, multas in oppido Puteolano, de quo deiectus fuerat, seditiones insolentia concitavit.

6. Per Africam quoque Restitutum nomine causam dicere apud episcopos iussit vestra clementia; debuit acquiescere, sed idem saeva et insolentium manu a causae dicendae necessitate diffugit.

7. Per Africam rursum sacrilegos rebaptizatores nutu dei praecepistis expelli, sed ab expulsis Claudianus est ordinatus et ad perturbandam urbem Romam quasi episcopus destinatur, qui contra scripturae praecepta divinae, contra iura evangelica vacuos omnes mysteriorum atque ut eius verbum exprimamus paganos fuisse vel praeteriti temporis dicat episcopos vel praesentis. Quem quidem iussit tranquillitas vestra Roma pulsum patriam repetere propriam, sed contemptis iudiciis et quidem saepe constrictus residet tamen sollicitans pretio frequenter pauperiores et redemptos rebaptizare non veritus. Spoliat magis eo quod fuerant consecuti quam tribuit, quod manifestum est bis non posse conferri.

---

77 praecepistis] *cf.* Cod. Theod. 16, 6, 2 (Oct. 377) Claudianus] *Donatista, cf.* Optat. 2,4

LOP; m

---

68 in *om. L* 69 irrepsit *L* 70 eiectus *L* 72 Restitutum m, -us *L*, restitum *OP* 74 seui *L* causa *OP* 75 dicenda *O* diffugit] defendit *L* 76 rursus *L* baptizatores *L* 78 turbandam *L* 80 mistiorum *P* 81 exprimamus] estim- *L* 82 iussit] uixit *L* 84 contemptis] -us *Oac. P*, contentis *L* quidem] *add.* certe *L* 86 baptizare *L* veritus] veretur m 87 fuerat *L* bis m, his *LOP*

8. Sic denique factio profecit Ursini, ut Isaac Iudaeo subornato, qui facto ad synagogam recursu caelestia mysteria profanavit, sancti fratris nostri Damasi peteretur caput, sanguis innocentium funderetur, componerentur doli quibus divino plane instinctu providentia vestrae pietatis occurrit, spoliaretur prope ecclesia omnibus ministeriis ea fraude videlicet, ut dum causam dicit qui in omnes iudex fuerat constitutus, nemo esset qui de lapsis vel certe de factiosis posset episcopatus invasoribus iudicare.

9. Quia igitur vestrae iudicio tranquillitatis probata est innocentia memorati fratris nostri Damasi, integritas praedicata est, Isaac quoque ipse ubi ea quae detulit probare non potuit, meritorum suorum sortem tulit, quaesumus clementiam vestram, ne rursus in plurimis causis videamur onerosi, ut iubere pietas vestra dignetur, quicumque vel eius vel nostro iudicio qui catholici sumus fuerit condemnatus atque iniuste voluerit ecclesiam retinere vel vocatus a sacerdotali iudicio per contumaciam non adesse, seu ab illustribus viris praefectis praetorio Italiae vestrae sive a vicario accitus ad urbem Romam veniat aut, si in longinquioribus partibus huiusmodi emerserit, quaestio ad metropolitani per locorum iudicia deducatur examen vel, si ipse metropolitanus est, Romae necessario vel ad eos quos Romanus episcopus iudices dederit contendere sine dilatione iubeatur, ita ut qui depositi fuerint, ab eius tantum

---

89 Isaac Iudaeo] *cf. Proleg. II 1.3.4*

LOP; m

---

89 proficit *L* 90 recursu] in cursu *L* 91 uestri damasii *L* 94 omnibus ecclesia *tr. L* mysteriis *L* 104 qui] quia *L* 106 euocatus *O* sacerdotali] sacerdotio tali (-e *L*) *LOP* iudicium *L* 107 illustribus] *add.* partibus *Lac.* 109 lonquioribus *O* 111 Romam m

civitatis finibus segregentur in qua gesserunt sacerdotium, ne rursus impudenter usurpent quod iure sublatum sit. Certe si vel metropolitani vel cuiusce alterius sacerdotis suspecta gratia vel iniquitas fuerit, vel ad Romanum episcopum vel ad concilium certe quindecim episcoporum finitimorum ei liceat provocare. Quicumque vero ita meruerit excludi, sileat et quiescat, et si dei iudicium non veretur, minus tamen peccare vel necessitate cogatur, ut saltem de cetero pacifici atque concordes serenitati vestrae congruas apud deum nostrum referre gratias possimus.

10. Memoratus frater noster Damasus, quoniam in sua causa vestri tenet insigne iudicii, non fiat inferior his quibus etsi aequalis est munere, praerogativa tamen apostolicae sedis excellit, ut iudiciis publicis videantur esse subiecti, quibus sacerdotale caput lex vestra submovit. In quo post sententiam non videtur declinare iudicium, sed delatam a vobis honorificentiam flagitare. Nam quod ad leges publicas pertinet, quae potest esse vita munitior quam vestra clementia qua innititur iudicata? Quod vero ad praedicandam episcopi conscientiam severioribus se dedit ipse iudiciis sacerdotum, a quibus non nominis sed etiam morum ratio pensatur, ne quis iterum calumniator existens, dum memoratum conatur appetere virum, quidem ipsum non queat laedere quem innocentia sua munit, religioni tamen fiat iniuria in vexationibus ministrorum.

LOP; m

---

114 civitatis] equitatis *P* gesserint m **115** sit] est *L* m **118** finitimorum episcoporum *tr. L* **123** deum *LO*, dominum *P* m gratias referre *tr. L* **124** Damasus] *add.* ut *LOP* **125** uestra *L* insignia *L* **128** subiecta *L* **131** publicas *om. L* quae] qui *L* potest] *add.* eius *L* **132** qua] quo *LOP* **134** iudicii *P* nominis m, dominis (-i *L*) *LOP* **138** regioni *L*

11. Accipite aliud quoque quod vir sanctus vestrae magis conferre pietati quam sibi praestare desiderat nec derogare cuiquam sed principibus arrogare, quoniam non novum aliquid petit sed sequitur exempla maiorum, ut episcopus Romanus si concilio eius causa non creditur, apud concilium se imperiale defendat; nam et Silvester Romae a sacrilegis accusatus apud parentem vestrum Constantinum causam propriam prosecutus est, et de scripturis similia exempla suppeditant, quod cum a praeside sanctus apostolus vim pateretur, Caesarem appellavit et ad Caesarem missus est. Certe prius examinet causam vestra clementia et si emerserit quaestio interroganda distinguat, ut quemadmodum dudum estis censere dignati, factorum a iudice ratio quaeratur non arbitrium sententiae vindicetur. Ita enim fiet ut nulli perdito vel infami aut accusandi summi sacerdotis aut testificandi in eum facultas pateat illicita, si quidem non modo in episcopum sed ne in presbyterum quidem accusationem facile suscipiendam nisi idoneis testibus lectio sancta praescribat. Neque enim vel inimico vel calumniatori vel istiusmodi viris, quales nuper insimulatores patuit extitisse, tribuenda licentia est, quorum vita non mereatur fidem, tormenta abhorreat religio sacerdotis.

---

144 Silvester] *sc. papa I (314—335)* **148 sq.** *cf.* Act. 25, 11 sq. **155—157** *cf.* 1 Tim. 5, 19 **161** *In rescripto ad Aquilinum vicarium urbis directo imperatores Gratianus et Valentinianus paene omnia concesserunt, cf. Proleg. II 1.3.42*

LOP; m

---

141 arrogare] dero- *P* **143** causa *om. L* **144** consilium *L* Silvester] *add.* papa *P* m **145** Romae] *del. P, om.* m sacrilegis] *add.* est *L* **147** praeside] spide *L* **157** testibus] a testantibus *L* **159** licentia tribuenda *tr. L* licentia] misericordia m **161** sacerdotis] *add.* explicit *O*

Extra collectionem 8 (*Maur. 14*)

Beatissimo Imperatori et clementissimo principi Theodosio Ambrosius et ceteri episcopi Italiae

1. Fidei tuae diffusa toto orbe cognitio intimum nostrae mentis demulsit affectum eoque ut haec quoque gloria tuo imperio crearetur quod unitatem reddidisse occidentalium iuxta atque orientalium ecclesiis vide⟨re⟩ris, clementiam tuam obsecrandam pariter ac super ecclesiasticis negotiis instruendam nostris litteris aestimavimus, imperator tranquillissime ac fidelissime.

Dolori enim erat inter orientales atque occidentales interrupta sacrae communionis esse consortia. **2.** Silemus iam quorum errore quorumve delicto, ne serere fabulas et alloquia cassa videamur. Nec nos temptasse poenitet quod intemptatum caderet in culpam. Isto enim saepe arguebamur quod posthabere orientalium societatem et refutare gratiam videremur.

3. Laborem quin etiam nobis indicendum putavimus, non pro Italia quae iamdudum ab Arrianis quieta atque secura est nec ulla haereticorum perturbatione vexatur, non inquam pro nobis, quia non quaerimus quae nostra sunt sed quae sunt omnium, non pro Gallia atque Africa, quae omnium sacerdotum concordi societate potiuntur, sed ut ea, quae communionem nostram de orientis parte turba-

---

Scripta post concilium Aquileiense Sept. 3 a. 381 habitum, cf. Proleg. II 1.3.5

OP; m

---

1 Epistula beati ambrosii episcopi ad theodosium augustum LXXXVI *O* 7 videreris m, uideris *OP*

verunt cognoscerentur in synodo et omnis e medio scrupulus tolleretur.

4. Non solum enim de his de quibus clementia tua dignata est scribere, sed etiam de illis qui dogma nescio quod Apollinaris asseritur in ecclesiam conantur inducere, nos pleraque moverunt; quae partibus fuerant resecanda praesentibus, ut convictus in dogmate novo et redargutus in errore nequaquam sub generali fidei lateret nomine, sed ilico, quod doctrinae magisterio non teneret⟨ur⟩, et officium deponeret et vocabulum sacerdotis neque fimbrae aliquae posthac fallere cupientibus et praestigiarum commenta remanerent. Nam qui convictus non fuerit praesentibus partibus, quod vere augusto principalique responso tua clementia definivit, referendam semper amplam quaestionis arripiet. 5. Eo igitur obsecravimus sacerdotale concilium, ut nemini liceret mendacium in absentem componere et in concilio discuteretur quid esset in vero. Itaque non

29 Apollinaris] *episcopus Laodicensis (ca. 361—390); de eius doctrina, quae in synodo Alexandrina (362) et in concilio Constantinopolitano (381) damnata est, cf.* Aug. de haer. 55, *ubi dicit eum sicut Arrianos* deum Christum carnem solam sine anima suscepisse *dixisse*; testimoniis evangelicis *uictum* mentem qua rationalis est anima hominis defuisse animae Christi, sed pro hac ipsum verbum in ea fuisse *affirmavisse* 38 amplam] *i.e. ansam* (‚*Handhabe*'), *cf.* ThlL I 1989, 1 sqq., *cf.* ep. 39 (*Maur. 46*), 27

OP; m

29 indicere *P* 31 conuinctus *P*, *item l. 36* 33 teneretur *correxi*, teneret *OP* m 34 neque] nec m 35 praestigiorum *O* 38 amplam] ansulam m (*cf. apparat. font.*)

cadit in eos intentionis vel facilitatis ulla suspicio, qui omnia praesentibus partibus observarunt.

6. Sane allegata texuimus non definiendi sed instruendi gratia et qui iudicium petivimus non deferimus praeiudicium. Neque ullum eorum aestimandum convicium fuit, cum rogarentur ad concilium sacerdotes, quorum frequenter praesentior absentia fuit quando in commune consuluit. Neque enim vel nos aestimavimus esse convicium cum unus Constantinopolitanae ecclesiae presbyter Paulus nomine intra Achaiam synodum orientalium iuxta atque occidentalium postulaverit. **7.** Advertit clementia tua non fuisse irrationabile postulatum, quod etiam ab orientalibus est petitum; sed quia Illyrici suspecta moverunt, ideo maritima et tutiora quaesita sunt. Neque plane nos tamquam ex forma aliquid innovavimus, sed sanctae memoriae Athanasii qui quasi columen fidei fuit et veteris sanctitatis patrum nostrorum in conciliis definita servantes non evellimus terminos quos posuerunt patres nostri nec hereditariae communionis iura violamus, sed debitam vestro imperio honorificentiam reservantes studiosos nos pacis et quietis ostendimus.

OP; m

---

43 partibus *om.* *O* **45** deferimus m, defecimus *OP* **54** moverunt] movetur m **62** ostendimus] *add.* explicit *O*

Extra collectionem 9 (*Maur. 13*)

Beatissimo Imperatori et clementissimo principi Theodosio Ambrosius et ceteri episcopi Italiae

1. Sanctum animum tuum deo omnipotenti pura et sincera fide deditum sciebamus, sed recentibus cumulasti beneficiis quod catholicos ecclesiis reddidisti, imperator auguste. Atque utinam catholicos ipsos reverentiae veteri reddidisses, ut nihil novarent contra praescripta maiorum neque temere vel servanda rescinderent vel rescindenda servarent. Itaque dolentius forte quam inconsultius ingemiscimus, imperator, facilius expelli potuisse haereticos quam inter catholicos convenire. Quanta enim nuper confusio facta sit explicari non potest.

2. Scripseramus dudum ut quoniam Antiochena civitas duos haberet episcopos, Paulinum atque Meletium, quos fidei concinere putaremus, aut inter ipsos pax et concordia salvo ordine ecclesiastico conveniret aut certe, si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur; at nunc Meletio defuncto Paulino superstite, quem in communione nostra mansisse consortia a maioribus inoffense ducta testan-

---

Scripta post concilium Aquileiense Sept. 3 a. 381 habitum, cf. Proleg. II 1.3.5 **6 sq.** *cf.* Socr. 5, 7; Soz. 7, 5 **19 sq.** *Meletius ep. Antiochenus, qui concilio Constantinopolitano vere et aestate a. 381 habito praefuit, intra concilium mortuus est; de schismate Antiocheno cf. Proleg. I 2.1*

OP; m

---

1 Item eiusdem ad eundem LXXXVII *O* **9** neque] nec m **11** potuisset *P* **12 sq.** confusio nuper *tr. O* **13** facta *om. P* **16** putabamus m **19** defuncti *Opc.mp.* m, functi *Oac.P* **21** consortia] *add.* quae *OP* m

tur, contra fas atque ecclesiasticum ordinem in locum Meletii non tam subrogatus quam superpositus asseritur.

3. Atque hoc factum allegatur consensione et consilio Nectarii, cuius ordinatio quem ordinem habuerit non videmus. Namque in concilio nuper cum Maximus episcopus Alexandrinae ecclesiae communione⟨m⟩ manere secum lectis Petri sanctae memoriae viri litteris prodidisset eiusque se cre⟨a⟩tum esse mandato intra privatas aedes, quia Arriani ecclesiae basilicas adhuc tenebant, tribus episcopis ordinantibus dilucida testificatione docuisset, nihil habuimus, beatissime principum, in quo de episcopatu eius dubitare possemus, cum vim sibi repugnanti a plerisque etiam de populo et clero testatus esset illatam.

4. Tamen ne absentibus partibus praesumpte aliquid definisse videremur, clementiam tuam datis litteris putavimus instruendam, ut ei consuleretur ex usu publicae pacis atque concordiae, quia revera advertebamus Gregorium nequaquam secundum traditionem patrum Constantinopolitanae ecclesiae sibi sacerdotium vindicare. Nos igitur in

---

23 non tam subrogatus quam superpositus] *sc. Flavianus* **25** Nectarii] *cf. Proleg.* **26** Maximus] *cf. Proleg.* **28** *Petrus ep. Constantinopolitanus mense Apr. vel Maio a. 381 mortuus est* **38** Gregorium *cf. Proleg.*

OP; **m**

---

27 communionem **m**, -ne *OP* **28** litteris uiri *tr. P* **28 sqq.** eiusque se creatum esse mandato intra... tenebant tribus episcopis *correxi*, eiusque intra... tenebant secretum esse mandatoribus (mandato tribus *O*) *OP* **m**. *In adnotatione vero Maurini notaverunt*: „*Valesius Observat. in lib. VII Sozom. cap. 9, docet legendum*: ‚se creatum esse mandato, tribus episcopis ordinantibus'. *Egregia quidem emendatio, licet in textum sine mss. patrocinio non admittenda*" **35 sq.** definisse aliquid *tr. P* **40** nos] mos *P*

synodo ea quae totius orbis episcopis videbatur esse praescripta, nihil temere statuendum esse censuimus. At eo ipso tempore qui generale concilium declinaverunt Constantinopoli quae gessisse dicuntur? Nam cum cognovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in synodo ageret suam — quod etiamsi indictum concilium non fuisset, iure et more maiorum sicut et sanctae memoriae Athanasius et dudum Petrus, Alexandrinae ecclesiae episcopi et orientalium plerique fecerunt, ut ad ecclesiae Romanae, Italiae et totius occidentis confugisse iudicium videre⟨n⟩tur —, cum eum sicut diximus experiri velle adversum eos qui episcopatum eius abnuerant comperissent, praestolari utique etiam nostram super eo sententiam debuerunt. Non praerogativam vindicamus examinis, sed consortium tamen debuit esse communis arbitrii. **5.** Postremo prius constare oportuit utrum huic abrogandum quam alii conferendum sacerdotium videretur, ab his praesertim a quibus se Maximus vel destitutum vel appetitum iniuria querebatur. Itaque cum Maximum episcopum receperunt in communionem nostra consortia, quoniam eum a catholicis constitit episcopis ordinatum, nec ab episcopatus Constantinopolitani putavimus petitione removendum; cuius allegationem praesentibus partibus aestimavimus esse pendendam.

Nectarium autem cum nuper nostra mediocritas Constantinopoli cognoverit ordinatum, cohaerere communio-

---

OP; m

---

42 at eo *Labbeus* (*cf. Maur. ad locum*), adeo *OP* m **43 sq.** Constantinopoli quae *correxi*, constantinopolique *OP* m **44** hoc *Ppc.m1*, huc *Pac.*, hec *O* **50** viderentur m, -eretur *OP* **59** receperint *O*

nem nostram cum orientalibus partibus non videmus, praesertim cum ab isdem Nectarius dicitur ilico sine communionis consortio destitutus a quibus fuerat ordinatus. Non mediocris igitur hic scrupulus est.

6. Nec quaedam nos angit de domestico studio et ambitione contentio sed communio soluta et dissociata perturbat; nec videmus eam posse aliter convenire nisi aut is reddatur Constantinopoli qui prior est ordinatus aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum orientaliumque concilium. **7.** Neque enim indignum videtur, auguste, ut Romanae ecclesiae antistitis finitimorumque et Italorum episcoporum debeant subire tractatum, qui unius Acholi episcopi ita expectandum esse putaverunt iudicium, ut de occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarent. Siquid⟨em⟩ uni hoc reservatum est quanto magis pluribus reservandum est.

8. Nos autem et a beatissimo principe fratre tuae pietatis admoniti, ut tuae clementiae scriberemus imperio, postulamus ut ubi una communio est, commune velis esse iudicium concordantemque consensum.

---

78 Acholi episcopi] *Thessalonicensis, qui a. 380 Theodosium imperatorem baptizavit; eius virtutes Ambrosius ep. 51 (Maur. 15) laudavit*

OP; m

---

67 isdem *P*, iisdem *O* m **69** est *om.* m **77** episcoporum] episcopo non *P*, -orum non *O* **78** acoli *P*, accoli *O* putauerunt esse *tr. O* **80** siquidem *correxi*, si quid *OP* m hoc] huic m **82** et *om.* m a *om. P* **84** velit m **85** consensum] *add.* explicit *O*

Extra collectionem 10 (*Maur. 57*)

Clementissimo Imperatori Eugenio Ambrosius episcopus

1. Secessionis mihi causa timor domini, ad quem omnes actus meos quantum queo dirigere consuevi nec umquam ab eo mentem deflectere nec pluris facere cuiusvis hominis quam Christi gratiam. Nemini enim facio iniuriam si omnibus deum praefero et confidens in ipso non vereor vobis imperatoribus dicere quae pro meo captu sentio. Itaque quod apud alios imperatores non tacui nec apud te, clementissime imperator, tacebo. Atque ut ordinem rerum custodiam, strictim recensebo quae ad hoc spectant negotium.

2. Retulerat vir amplissimus Symmachus cum esset praefectus urbi ad Valentinianum augustae memoriae iuniorem, ut templis quae sublata fuerant reddi iuberet. Functus est ille partibus suis pro studio et cultu suo. Utique etiam ego episcopus partes meas debui recognoscere. Dedi libellos imperatoribus duos, quibus significarem

Scripta vere anni 393, cf. Proleg. II 1.3.2 **3** timor domini] *cf.* Ps. 110, 10 *al.* **13** retulerat] *sc.* ep. 72a **18** libellos ... duos] *id est epistulas 72 et 73*

LOPV; **rmk**

1 Epistola ambrosii ad eugenium imperatorem *L*, Epistula beati ambrosii episcopi ad eugenium augustum LXXXVIII *O*, Ambrosii ad Eugenium imperatorem epistula *V*, XV **r** **3** mihi] meae **r** domini] *add.* fuit **rm** **4** actus] sensus *OP* consuevi *om.* **rm** nec] neque **rm** **5** pluris] plus *V* cuiusvis] alicuius *LV* **k** **6** gratiam] *add.* consuevi **rm** **7** et *om. V* ipsum **r** **13** symachus *P*, simacus (sym- *L*) *LO* esse *V* **14** urbis **rm** ualentinianam *L* memoriae] *add.* imperatorem **rm** **17** debeo *P* **18** imperatoribus] -ri *O* **rk** (*Ambrosius quamquam epistulas 72 et 73 ad Valentinianum direxit, earundem tamen exempla ad Theodosium quoque misit*)

sumptus sacrificiorum Christianum virum non posse reddere; non fuisse quidem me auctorem cum tollerentur, auctorem tamen fieri quominus decernerentur, deinde quia dare eos ipse simulachris videretur non reddere. Quod enim ipse non abstulerat non quasi ipse reddebat, sed arbitratu proprio largiebatur ad superstitionis impensas. Postremo si fecisset, aut non veniret ad ecclesiam aut si veniret futurum, ut aut sacerdotem non inveniret aut inveniret sibi in ecclesia resistentem. Nec ad excusationem obtendi posse quod esset catechuminus, cum etiam catechuminis non liceat sumptus idolis subministrare.

3. Lecti sunt libelli mei in consistorio. Aderat amplissimus honore magisterii militaris Bauto comes et Rumori-

---

25 sqq. *cf.* ep. 72, 13 **28** catechuminus] *Valentinianus ab Arbogaste in custodia habitus ab Ambrosio baptizari cupiebat, sed mortuus vel interfectus est, priusquam episcopus accitus ad Viennensem urbem veniret, cf.* Faller CSEL 73, 101* sqq.; ob. Val. 23 **31** Bauto] *Francus ‚magister militum praesentalis' Valentiniani II, cos. 385. Ambrosius non liquide expressit, num cultui gentilium faveret* (*cf.* RE III 176; VII A 2, 2209, 55 sq.; Enßlin, Klio 24, 1930, 132 sq.) Rumoridus] *magister militum Valentiniani II a. 384, cos. ord. 403*

LOPV; **rmk**

---

19 cristianorum *L* reddere] *add.* et **rm** **20** tolleretur *L* **21** deinde] debere **r** quia] quid a *L* **22** eos ipse] eo si pre *L*, precia sacrificiorum *V* **r** ipse simulacris eos *tr. O* **27** obterendi *L* **28** catecuminus *V*, cathecu- *OP* cum] ne *L*, quod *V* etiam catechumenis *om. LV* **28 sq.** non liceat etiam catechumenis *tr.* **rm** **31** militaris] -io *OP* Rumoridus] rumori diis *L*

dus, et ipse eiusdem dignitatis gentilium nationum cultui inserviens in primis pueritiae suae annis. Valentinianus tunc temporis audivit suggestionem meam nec fecit aliud nisi quod fidei nostrae ratio poscebat. Acquieverunt etiam comites sui.

4. Postea etiam clementissimo imperatori Theodosio coram intimavi atque in os dicere non dubitavi, qui intimata senatus legatione huiusmodi, licet non totus senatus poposcerit, insinuationi meae assensionem detulit et sic aliquibus ad ipsum non accessi diebus nec moleste tulit, quia non pro meis commodis faciebam, sed, quod et ipsi et animae meae proderat, *in conspectu regis loqui non confundebar.*

5. Iterum Valentiniano augustae memoriae principi legatio a senatu missa intra Gallias nihil extorquere potuit, et certe aberam nec aliquid tunc ad eum scripseram.

---

38 coram intimavi] *hoc colloquium nisi ex hac epistula non notum a. 389 ex. vel 390 in. habitum esse videtur, cf.* Palanque 536 **43** Ps. 118, 46 **45 sqq.** *Theodosio vere anni 391 Constantinopolim profecto senatores Romani ad Valentinianum ab Arbogaste in custodia habitum iterum libellum de privilegiis templorum restituendis miserunt neque tamen quicquam impetraverunt*

LOPV; **rmk**

---

32 dignitatem *L* **33** inseruientes *Seeck* (*Gesch. 5, 511 sq.*) in primis] imprimis **k**, a primis **rm** *Seeck* **35** uestrae *L* **36** comites sui] comiti suo **m**, comites duo *Seeck* **38** qui] cui **rm** **40** meae] *add.* tandem **rm** assensionem *om. O* **42** et quod *tr. L* **k** et (2) *om. LV* **k** **47** nec] ne *L*

6. Sed ubi clementia tua imperii suscepit gubernacula, compertum est postea donata illa praecellentibus in re publica sed gentilis observantiae viris, et fortasse dicatur, imperator auguste, quia ipse non templis reddideris sed bene meritis de te donaveris. Verum nosti pro dei timore agendum esse constanter, quod etiam pro libertate frequenter fit non solum a sacerdotibus sed etiam ab his qui vobis militant aut in numero habentur provincialium. Te imperante petierunt legati ut templis redderes, non fecisti; iterum alteri postulaverunt, renisus es; et postea ipsis qui petierunt donandum putasti?

7. Etsi imperatoria potestas magna sit, tamen considera, imperator, quantus sit deus: *corda omnium* videt, conscientiam interiorem interrogat, novit *omnia antequam fiant*, novit interna pectoris tui. Ipsi falli vos non patimini et deum vultis celare? Non cecidit in animum tuum quicquam? Si illi agebant tam perseveranter, nonne tuum fuit, imperator, pro dei summi et veri et vivi veneratione perseverantius obsistere et negare quod erat in iniuria⟨m⟩ sacrae legis?

---

49 donata] *sc. ab Eugenio, cf. Proleg. II 1.3.2* **59—67** *Paulinus vit. 27 affert* **60** Act. 1, 24 **61** Dan. 13, 42

LOPV; **rmk**

---

49 illa] *add.* esse **rm** **60** imperator] *add.* a *L* deus] *add.* qui **r** **62** interna] omnia *L*, intima *V* **r** **63** celare] *add.* quidquam hoc **rm** quicquam *om.* **rm** **64** si] quamvis enim **rm** tam] eam *L* **64 sq.** imperator fuit *tr. L* **66** in iniuriam *Pellegrini vit. Ambr. 27*, in iniuria *P* **m**, iniuria *O*, in iure *L*, iniuriae *V* **rk** **66 sq.** sacrilegis *L V*

8. Quis invidet quoniam quae voluisti aliis donavisti? Non sumus scrutatores vestrae liberalitatis nec aliorum commodorum invidi, sed sumus interpretes fidei. Quomodo offeres dona tua Christo? Pauci aestimabunt quid feceris, omnes quid volueris. Quicquid illi fecerint tuum erit, quicquid non fecerint suum. Etsi es imperator, deo subditus magis esse debes. Quomodo Christi sacerdotes tua munera dispensabunt?

9. Fuit huiusmodi quaestio temporibus superioribus et tamen fidei patrum ipsa cessit persecutio et gentilitas detulit. Nam cum ageretur agon quinquennalis in civitate Tyro et ad spectandum venisset Antiochiae rex, sceleratissimus Iason ordinavit spectatores Antiochenos qui ab Hierosolymis ferrent dragmas argenti trecentas; et ille quidem misit ad sacrificium Herculis, sed patres non gentilibus dederunt pecunias sed viris fidelibus missis expostulaverunt non erogari ad sacrificium quia non congruebat, sed in alios sumptus dari. Et pronuntiatum est licet ille ad sacrificium Herculis missum dixerit argentum, suscipi qui-

---

73 sq. *cf.* ep. 74, 316 sq. **78 sqq.** *cf.* 2 Macch. 4, 18—20 **80** spectatores] θεωρούς LXX, viros peccatores *per errorem Vulg.*, *cf.* Zwierlein, Gnomon 46, 1974, 775

LOPV; **rmk**

---

69 scruptatores *L* liberalitatis] libertatis *L*, liberatis *V* **71** tuo *V* **72** illi — quicquid *om. L* **73** suum] tuum *OP* **74** sacerdotes Christi *tr. V* **rm** **79** sceleratissimus] scelestissimus *OP* **80** spectatores — **81** dragmas] sacrorum procuratores ut ab Hierosolymis Antiochenses ferrent didragmas **rm** **81 sq.** ille quidem misit] illas darent **rm** **82** sed] verum **rm** **83** fidelibus] *add.* suis *LV* **rk** expostulaverunt] et post- *LV* **k**, protestarunt **rm** **84** ad] *add.* deorum **rm** **85** licet] quia **rm** ille] illud *LV* **86** dixerat **rm** quidem] quod *L*

dem debere quod erat missum, sed quia illi qui detulerant resistebant pro studio et cultu suo ut non sacrificio proficerent sed aliis necessitatibus, traditae sunt pecuniae ad constructionem navium; etsi coacti miserunt tamen non ad sacrificium miserunt sed ad alios sumptus rei publicae. **10.** Denique et obtinuerunt utique; potuerunt tacere, sed laedebant fidem qui sciebant quo deferrentur, ideo miserunt viros timentes deum qui agerent ut non templo sed ad impensas navium quae missa fuerant deputarentur. Ipsis crediderunt pecunias qui causam agerent sanctae legis, index rerum effectus fuit qui absolvit conscientiam. Si positi in aliena potestate sic praecavebant, quid te oportuerit facere, imperator, dubitari non potest. Te utique nemo cogebat, nemo habebat in potestate; debuisti sacerdotem consulere.

11. Ego certe tunc quando restiti etsi solus restiti tamen non solus volui nec solus id suasi; quoniam igitur meis vocibus et apud deum et apud omnes homines teneor,

---

103 quoniam — **106** tibi] *Paulinus vit. 27 affert*

LOPV; **rmk**

---

87 debere] *add.* in id **m**, *add.* in id ad **r** **87 sq.** detulerat desistebant *P* **90** tamen — **91** miserunt *om. OP* non tamen *tr.* **rm** **91** miserunt *om.* **rm** publicae rei *tr. LV* **k** **92** et obtinuerunt] ut obt. *L*, qui attulerant **rm** (*obtinere i. q. vincere, praevalere, cf. ThlL IX 2, 289*) utique] ut qu(a)e *OP* potuerunt] -rant *OP*, potuissent **rm** **93** fide *P* qui] quia **rm** quo] quod *LV* deferrentur] deferrent **r**, *add.* et **rm** miserunt] missi sunt viri **r** **94** qui] *add.* id *LV* **k** non] *add.* de *Lac.* **95** quae *om. L* missa] demissa *P* ipsis] illis enim **r**, *add.* enim **m** **96** causas *L* **rmk** **97** iudex **rm** effectus] aff- *P* **99** o imperator **rm** te] tu **m** utique] *add.* quem *OP* **m** **100** sacerdotem] ab sacerdote *OP* **m** **102** quando tunc *tr. L* **rmk** **103** nec] nemo *L*

aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere nisi ut consulerem mihi, quia non potui tibi secedere modeste. Certe diu pressi, diu texi dolorem, nulli quicquam intimandum putavi; dissimulare nunc mihi non licet, tacere liberum non fuit. Ideo etiam in primordiis imperii tui scribenti non rescripsi, quia istud praevidebam futurum. Denique reposcenti litteras cum ipse non rescriberem dixi: Haec causa est quod extorquendum ei arbitror.

12. Tamen ubi causa emersit officii mei, pro his qui sollicitudinem sui gerebant, et scripsi et rogavi, ut ostenderem in causis dei timorem mihi iustum inesse nec pluris me facere adulationem quam animam meam, in his vero in quibus vos rogari decet, etiam et me exhibere sedulitatem potestati debitam sicut et scriptum est: *Cui honorem honorem, cui tributum tributum.* Nam cui privato detulerim corde intimo quomodo ei non deferrem imperatori? Sed qui vobis deferri vultis patimini, ut deferamus ei quem imperii vestri vultis auctorem probari.

---

118 Rom. 13, 7

LOPV; **rmk**

---

105 nisi — **106** mihi *om. OP* **106** non potui *om. L* secedere] si cedere *P*, sic cedere *O*, non secedere *V*, cedere **r**, credere **m** **107** diu pressi] depressi *OP* texique *OP* **108** mihi nunc *tr. LV* **rmk** **110** istud] istum *L*, *om. OP* **112** extorquendum ei] -um mei *OP*, -i (*om.* mei) *L* **113** causa emersit officii] caus(a)e mersit officium *OP* **115 sq.** me facere *om. OP* **117** et *om. LV* **rmk** **118** et *om. L* **119** cui (2)] cum *LV* **rm** **120** ei *om.* **rm** **121** imperii] imperatori *L* **122** probari] *add.* Explicit *O*

Extra collectionem 11 (*Maur. 51*)

Augustissimo Imperatori Theodosio Ambrosius

1. Et veteris amicitiae dulcis mihi recordatio est et beneficiorum, quae crebris meis intercessionibus summa gratia in alios contulisti, gratiae memini. Unde colligi potest quod non ingrato aliquo affectu adventum tuum semper mihi antehac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim breviter expediam.

2. Soli mihi in tuo comitatu ius naturae ereptum videbam audiendi, ut et loquendi privarer munere; motus enim frequenter es quod ad me pervenissent aliqua quae in consistorio tuo statuta forent. Ego ergo expers communis usus sum, cum dicat dominus Iesus nihil esse *occultum quod non manifestetur*. Verecundia igitur qua potui satisfeci imperiali arbitrio et prospexi, ne aut ipse causam commotionis habeas, cum id egerim ne quid ad me de imperialibus deferatur statutis, aut ego cum fuero praesens aut non audiam per metum omnium et quasi coniventis famam subeam aut ita audiam ut mihi aures pateant, vox intercludatur, ut audita non possim eloqui, ne eos qui in suspicionem proditionis venerint dedam periculo.

3. Quid igitur facerem? Non audirem? Sed aures non possem cera veterum fabularum claudere. Proderem? Sed

Scripta a. 390 et occultata, cf. Proleg. II 2.2.1 **9 sq.** *a. 389/390 ut videtur post causam Callinicensem, cf. Proleg. I 2.4; II 1.3.1* **13 sq.** Luc. 8, 17 **22 sq.** aures ... cera ... claudere] *cf.* Hom. Od. 12, 173—177

A B [*Hinc.*]; *edd.* (= **arm**)

1 LXXVIIII *A*, alia *B*, XXVIII **a**, LIX **r** **2** Ambrosius] *add.* episcopus *edd.* **5** collegi *Bac.* **7** anteac *A B* **9** naturae] *add.* ita **r** **14** qua] quia *Aar. B* **18** conniventis *edd.*, conib- *A B* **19** subeam] subibo *edd.* **21** dedam] *add.* in *A B*, laedam in *edd.*

quod in tuis iussis timerem, in meis verbis deberem cavere, ne quid cruentum committeretur. Tacerem? Sed quod miserrimum foret omnium alligaretur conscientia, vox eriperetur. Et ubi illud? Si sacerdos non dixerit erranti, is qui erraverit in sua culpa morietur et sacerdos reus erit poenae, quia non admonuit errantem.

4. Accipe illud, imperator auguste. Quod habeas fidei studium non possum negare, quod dei timorem non diffiteor; sed habes naturae impetum, quem si quis lenire velit cito vertes ad misericordiam, si quis stimulet in maius exsuscitas ut eum revocare vix possis. Utinam si nemo mitiget, nullus accendat! Libenter eum committo tibi, ipse te revocas et pietatis studio vincis naturam.

5. Hunc ego impetum malui cogitationibus tuis secreto committere quam meis factis publice fortassis movere. Itaque malui officio meo aliquid deesse quam humilitati et requiri in me ab aliis sacerdotii auctoritatem quam a te desiderari in me amantissimi honorificentiam, ut represso impetu integra esset consilii eligendi facultas. Praetendi aegritudinem corporis revera gravem et nisi a viris mitioribus vix levandam vel emori tamen maluissem quam adventum tuum biduo aut triduo non expectarem; sed quid facerem non erat.

6. Factum est in urbe Thessalonicensium quod nulla memoria habet, quod revocare non potui ne fieret, immo

---

28 sq. *cf.* Ez. 3, 18

A B [*Hinc.*]; *edd.* (= **arm**)

---

26 foret] forte **a** 27 illud] *add.* sed *edd.* erranti is] erratus *Hinc.* 34 exsuscitas *edd.*, -tat *A B* 35 mitiget *correxi*, -at *A B edd.* 36 naturam *correxi*, -ae *A B*, impetum naturae *edd.* 38 quam] quod *Aac.m1 B* 40 sacerdotii] -i **a**, -is **rm** 41 amantissimi *correxi*, -e *A B edd.* repressos *Aar.*

quod ante atrocissimum fore dixi, cum totiens rogarem, et quod ipse sero revocando grave factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, propter adventum Gallorum episcoporum synodus convenerat, nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit, non erat facti tui absolutio in Ambrosii communione, immo etiam amplius commissi exaggeraretur invidia si nemo diceret dei nostri reconciliationem fore necessariam.

7. An pudet te, imperator, hoc facere quod rex propheta auctor Christi secundum carnem prosapiae fecit David? Illi dictum est quia dives qui haberet plurimos greges unam pauperis ovem propter adventum hospitis eripuit et occidit, et cognito quod ipse in hoc argueretur quia ipse fecisset ait: *Peccavi domino*. Noli ergo impatienter ferre, imperator, si dicatur tibi: Tu fecisti istud quod David regi dictum est a propheta. Si enim hoc sedulo audieris et dixeris: *Peccavi domino*, si dixeris regale illud propheticum: *Venite, adoremus et procidamus ante eum et ploremus ante dominum nostrum qui fecit nos*, dicetur et tibi: Quoniam poenitet te, dimittet tibi dominus peccatum tuum et non morieris.

8. Iterum cum plebem numerari iussisset David, percussus est corde et dixit ad dominum: *Peccavi vehementer quod fecerim hoc verbum, et nunc, domine, aufer iniquitatem*

---

59 sqq. *cf.* 2 Reg. 12, 1 sqq. **62. 64** 2 Reg. 12, 13 **65** Ps. 94, 6 **67 sq.** *cf.* 2 Reg. 12, 13 **70** 2 Reg. 24, 10

A B [*Hinc.*]; *edd.* (= **arm**)

---

49 atrocissimam *Aac.B* duxi *Hinc.* **50** sero *om. Hinc.* **51** est] *add.* quia *Hinc.*, *add.* quum **r** **54** immo] imo *Hinc.*, in me *edd.* **57** rex] *add.* et *Hinc.* **59** illi *edd.*, illud *A B* **61** ipse in hoc] ipse *om. Aac.*, in hoc ipse *Apc. edd.*, ipse in parabola *Hinc.* **68** dimittet *A B Hinc.*, -it *edd.*

servi tui quod deliqui vehementer. Et missus est iterum ad eum Nathan propheta qui ei trium optionem conditionum offerret ut quam vellet eligeret: famem tribus annis in terra aut tribus mensibus fugere a facie inimicorum suorum aut triduo mortem in terra. Et respondit David: *Angustiae sunt tria haec vehementer, verumtamen incidam in manu domini quoniam multae misericordiae eius nimis et in manus hominis non incidam.* Culpa autem erat quoniam voluit scire numerum totius plebis quae secum erat, quod scire deo soli debuit reservare. **9.** Et cum, inquit, mors fieret *in plebe Israhel a primo die ad horam prandii cum vidisset* David *percutientem angelum in plebem, ait David: Ego peccavi et ego pastor malignum feci et hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me et in domum patris mei.* Itaque poenituit dominum et iussit angelo ut parceret plebi, sacrificium autem offerret David; erant enim tunc sacrificia pro delictis, haec nunc sunt sacrificia poenitentiae. Itaque ea humilitate acceptior deo factus est; non enim mirandum peccare hominem, sed illud reprehensibile si non se cognoscat errasse, non humiliet deo.

10. Iob sanctus et ipse potens in saeculo ait: *Peccatum meum non abscondi sed coram plebe omni annuntiavi.* Ipsi immani regi Saul dixit Ionathas filius suus: *Noli peccare in servum tuum David*, et: *Ut quid peccas in sanguinem innocentem occidere David sine causa?* Quia etsi rex erat peccabat tamen si occideret innocentem. Denique etiam

---

73 *ille propheta non Nathan sed Gad fuit* **76** 2 Reg. 24, 14; paen. 2, 6, 50; ob. Theod. 27 **81** 2 Reg. 24, 15.17 **92** Iob 31, 33 sq. **94** 1 Reg. 19, 4 **95** 1 Reg. 19, 5

A B [*Hinc.*]; *edd.* (= **arm**)

---

74 ut] et *A B* **75** fugere **rm**, -eret *A B* a **77** manum **r** Israhel a *correxi*, ipso *A B* (*cf.* LXX ἐν Ισραηλ... ἀπὸ πρωίθεν) **87** offerret] auferret *Aac.*

David cum iam regno potiretur et audisset Abner innocentem occisum a Ioab duce militiae suae ait: *Innocens sum ego et regnum meum amodo et usque in aeternum a sanguine Abner filii Ner*, et ieiunavit in dolore.

11. Haec ideo scripsi non ut te confundam, sed ut regum exempla provocent ut tollas hoc peccatum de regno tuo; tolles autem humiliando deo animam tuam. Homo es et tibi venit temptatio, vice eam. Peccatum non tollitur nisi lacrimis et poenitentia. Nec angelus potest nec archangelus, dominus ipse, qui solus potest dicere: *Ego vobiscum sum*, si peccaverimus nisi poenitentiam deferentibus non relaxat.

12. Suadeo rogo hortor admoneo, quia dolori est mihi, ut tu qui pietatis inauditae exemplum eras, qui apicem clementiae tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot perisse non doleas innocentes. Etsi in proeliis felicissime egeris, etsi in aliis quoque laudabilis, tamen apex tuorum operum pietas semper fuit. Tibi invidit diabolus quod habebas praestantissimum. Vince eum dum habes adhuc unde possis vincere. Noli peccato tuo aliud peccatum addere, ut usurpes quod usurpasse multis obfuit.

13. Ego certe in omnibus aliis licet debitor pietati tuae, cui ingratus esse non possum, quam pietatem multis imperatoribus praeferebam, uni adaequabam, ego, inquam, causam in te contumaciae nullam habeo, sed habeo timoris; offerre non audeo sacrificium, si volueris assistere. An quod in unius innocentis sanguine non licet in multorum licet? Non puto.

99 2 Reg. 3, 28 **107** Mt. 28, 20 **124** multorum] *septem milia hominum secundum Theodoritum 5, 17 occisi sunt*

A B [*Hinc.*]; *edd.* (= **arm**)

98 Abner] abener *Aac.B*, abhner *Apc.mp.* **100** a] ad *Aac.m1* **101** abenner *Aac.B*, abhner *Apc.* **105** eam] eum *A* **113** tot] coti (?) *A* **115** tibi *correxi*, ibitibi *A B*, id tibi *edd.* **118** obfuit] offuit *A*, officit *edd.*

14. Postremo scribo manu mea quod solus legas. Ita me dominus ab omnibus tribulationibus liberet, quia *non ab homine* neque per hominem sed aperte mihi interdictum adverti. Cum enim essem sollicitus ipsa nocte qua proficisci parabam, venisse quidem visus es ad ecclesiam sed mihi sacrificium offerre non licuit. Alia praetereo et potui cavere; sed pertuli amore tuo ut arbitror. Dominus faciat ut omnia cum tranquillitate cedant. Multifaria⟨m⟩ deus noster admonet: signis caelestibus, prophetarum praeceptis, visionibus etiam peccatorum vult nos intellegere; quo rogemus eum ut perturbationes auferat, pacem vobis imperantibus servet, fides ecclesiae et tranquillitas perseveret, cui prodest Christianos et pios esse imperatores.

15. Certe vis probari deo. *Omni rei tempus* ut scriptum est: *Tempus*, inquit, *faciendi, domine*, et: *Tempus beneplaciti, deus*. Tunc offeres cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta sit deo. Nonne me delectaret habere gratiam imperatoris, ut secundum voluntatem tuam agerem, si causa pateretur? Et simplex oratio sacrificium est; haec veniam refert, illa offensionem, quia haec habet humilitatem, illa contemptum. Dei enim vox est, quod malit ut fiat mandatum eius quam deferatur sacrificium. Clamat istud deus, ad populum Moyses annuntiat, ad

---

127 Gal. 1, 12 **139** Eccle. 3, 1 **140** Ps. 118, 126 **140 sq.** Ps. 68, 14

A B [*Hinc.*]; *edd.* (= **arm**)

---

131 et] ut *edd.* **133** multifariam *correxi*, -a *A B*, -e *Hinc. edd.* **135** peccatorum **m**, pectorum *Hinc.*, peccatorem *A B* **ar** **139** probare *Bac.* omnis **rm** **141** offerres *A* **148 sq.** ad populos] a populus *Bac.*, apostolus *Hinc.*

populos Paulus praedicat. Id facito quod intellegis in tempore plus placere. *Misericordiam*, inquit, *malo quam sacrificium*. Quare non illi magis sint Christiani qui peccatum condemnant suum quam qui defendendum putant? *Iustus* enim *in exordio sermonis accusator est sui*. Qui se accusat cum peccaverit iustus est, non ille qui se laudaverit.

16. Utinam, imperator, etiam ante mihi potius credidissem quam consuetudini tuae. Dum puto quod cito ignoscis, cito revocas ut saepe fecisti, et tu praeventus es et ego non declinavi quod cavere non debueram. Sed gratias domino, quia vult servulos suos castigare ne perdat. Istud mihi commune est cum prophetis et tibi erit commune cum sanctis.

17. An ego Gratiani patrem non oculis meis praeferam? De⟨be⟩nt veniam sancta alia pignora tua. Dulce mihi nomen antetuli quibus amorem communiter detuli. Amo diligo orationibus prosequor. Si credis sequere, si, inquam, agnosce quod dico, si non credis ignosce quod facio, in quo deum praefero.

Beatissimus et florentissimus cum sanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua, imperator auguste.

---

150 Mt. 9, 13; *cf.* Os. 6, 6 **153** Prov. 18, 17 **157 sqq.** *cf.* ob. Theod. 12—13 **163** Gratiani patrem] *cf.* ob. Theod. 40: quando recepit etiam filium Gratianum et Pulcheriam, dulcissima sibi pignora, quos hic amiserat

---

A B [*Hinc.*]; *edd.* (= **arm**)

---

150 placere] facere **m** **152** condempnat *A* defendendum *B* *Hinc.*, defendende *A*, defendere *edd.* **153** in *om. Bac.* **157** dum] cum **m** **160** quia] qui *edd.* **164** debent *edd.*, dent *A B* **167** quod (2)] quid *A*

Extra collectionem 12 (*Maur. I*)

Beatissimo Augusto Gratiano et Christianissimo principi Ambrosius episcopus

1. Non mihi affectus defuit, Christianissime principum, — nihil enim habeo quod hoc verius et gloriosius dicam, — non, inquam, mihi affectus defuit, sed affectum verecundia retardavit, quominus clementiae tuae occurrerem. Revertenti tamen si non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo maiora sunt officia sacerdotis. Occurri dico. Quando enim abfui, quem toto sequebar affectu, cui sensu ac mentibus inhaerebam? Et certe maior animorum praesentia est. Tuum cottidianum iter legebam, nocte ac die in tuis castris cura et sensu locatus orationum excubias praetendebam, etsi invalidus merito, sed affectu sedulus.

2. Et haec quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. Nihil hic adulationis est quam tu non requiris, ego alienam nostro duco officio, sed plurimum gratiae quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter, quem fateris et in quem pie credis, refici viscera mea tua fide, tua salute, tua gloria meque non solum officio publico debitas pendere preces sed etiam amore privato. Reddidisti enim mihi quietem ecclesiae, perfidorum ora atque utinam et corda

---

Scripta a. 380, cf. Proleg. II 2.2.2. 8 revertenti] *ex Illyrico Augustam Treverorum ut videtur* 23 quietem] *cf. Proleg.*

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

1 LXXXIII *A* **d**, tertia *B*, XXVI **a**, *ante* De fide *pos.* (*t. IV 82*) **r** 6 affectum] ef- **r** 10 abfui] afui *AB*, affui *Hac.Sac.* **d** 14 excubias *HS* **adr**, -iis *AB* **m** 19 arbitrer *Aar.B* 21 meque] me quod *HS* **d** 23 atque] *add.* quod *HS* **adr**

clausisti; et hoc non minore fidei quam potestatis auctoritate fecisti.

3. Nam quid de litteris recentibus loquar? Scripsisti tua totam epistulam manu, ut ipsi apices fidem tuam pietatemque loquerentur. Sic Abraham sua manu quondam vitulum occidit ut hospitibus epulantibus ministraret nec in ministerio religioso aliorum adiumenta quaesivit. Sed ille privatus aut domino et angelis aut domino in angelis deferebat; tu, imperator, dignatione regali honoras infimum sacerdotem. Sed domino defertur cum servulus honoratur; ipse enim dixit: *Quod uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis.*

4. At ego humilitatem tantummodo praedico in imperatore sublimem ac non amplius fidem, quam vere conscia meriti tui mente dixisti quia docet te ille quem non negas? Quis enim alius docere te potuit, ut ei non obicias quam in te vides creaturam? Nihil moralius, nihil expressius dici potuit; creaturam enim Christum dicere pro obiectu contumeliae est, non pro confessione reverentiae. Deinde quid tam insolens quam id eum aestimare quod nos sumus? Docuisti igitur me a quo te discere velle profiteris; nihil tale adhuc legi, nihil tale audivi.

5. Quam pium autem illud, quam admirabile, quod in deo non vereris invidiam. De patre remunerationem pro filii amore praesumis et laudando filium non ei te posse aliquid addere confiteris, sed velle ut etiam patri te filii praedica-

---

28 sq. *cf.* Gen. 18, 7 **34** Mt. 25, 40 **38** *cf.* ep. Grat. (*Proleg. II 2.2.2*) § 2 **48 sq.** *cf.* ep. Grat. § 2

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

36 ego] ergo *AHS* **38** quia] qua *AH*, quam *S edd.* **40** creatura *A*, item *l. 41* **43** aestimare] extimare *A*, existimare *HS edd.* **44** dicere *A* **49** confiteris] prof- **m**

tione commendes. Quod utique solus te docuit ille qui dixit: *Qui me diligit, diligetur a patre meo.*

6. Addidisti ad haec quia tu infirmus et fragilis non te talem laudatorem putabis ut divinitatem verbis augeas, sed quantum possis praedices non quantum est ipsa divinitas. Haec infirmitas in Christo fortior est sicut et apostolus dixit: *Cum infirmor tunc potens sum.* Haec humilitas excludit fragilitatem.

7. Veniam plane et festinabo ut iubes, ut haec praesens audiam, ut haec praesens legam, cum ex tuo ore procedunt.

Misi autem duos libellos, quorum iam quia tuae clementiae sunt probati periculum non verebor. De spiritu vero interim veniam scriptioni peto, quoniam quem iudicem mei sim sermonis habiturus agnovi. **8.** Interim tamen sententia et fides tua de domino et salvatore deprompta de dei filio redundat ad assertionem uberrimam, per quam sancti quoque spiritus divinitas sempiterna credatur, ut non ei obicias quam in te vides creaturam nec deum patrem domini nostri Iesu Christi spiritui suo existimes invidere. Quod enim creaturae caret communione divinum est. **9.** Si dominus faverit huic etiam clementiae tuae satisfaciam voluntati, ut cuius accepisti gratiam, eum plane in dei gloria praeminentem suo nomine aestimes honorandum.

10. Beatissimum te et florentissimum deus omnipotens pater domini nostri Iesu Christi tueri aetate prolixa et regnum tuum in summa gloria et pace perpetua confirmare dignetur, domine imperator auguste, divino electe iudicio, principum gloriosissime.

---

51 Ioh. 14, 21 52 sqq. *cf.* ep. Grat. § 2 56 2 Cor. 12, 10

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

53 putabas **m** 58 plene *AB* 67 ut] at *AB* 68 creatura *A* 71 faueret *AB* etiam huic *tr. B* 73 existimes *HSac.* **adr** 76 confirmare] quam firmare *A* 77 divino — 78 gloriosissime *om.* **r**

Extra collectionem 13 (*Maur. 23*)

Dominis fratribus dilectissimis episcopis per Aemiliam constitutis Ambrosius

1. Non mediocris esse sapientiae diem celebritatis definire paschalis et scriptura divina nos instruit et traditio maiorum. Qui convenientes ad synodum Nicaenam inter illa fidei ut vera ita admiranda decreta etiam super celebritate memorata congregatis peritissimis calculandi decem et novem annorum collegere rationem et quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum ἐννεαδεκαετηρίδα nuncupaverunt sequentes illud quod non debeamus vana quadam opinione super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera ratione comperta ita omnium concurrat affectio, ut una nocte ubique sacrificium pro resurrectione domini deferatur.

2. Domini fratres dilectissimi, eo usque a vero nos deviare non convenit nec vago ingenio discrepare, ut quaedam necessitas celebritatis huius omnibus sit imposita Christianis, quando quidem ipse dominus eum elegit diem quo pascha celebraret qui cum observantiae verae ratione concurrit. Scriptum est enim: *Venit autem dies in qua*

Scripta a. 386 ex., cf. Proleg. II 2.2.3 **8 sqq.** *Quem cyclum patres non invenerunt, sed ad unum paschatis diem constituendum praetulerunt, cf. l. 181 sq. et Proleg. II 2.3.38* **21** Luc. 22, 7—12

A B[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

1 Epistola de inuentione pasce LXXX *A*, Quarta de pasca *B*, Sancti Ambrosi de inuentione pascae II **d**, LXXXIII **a**, De paschalis celebritatis ratione enarratio (*t. IV 225*) **r** **3** Ambrosius] *add.* episcopus *Asl. H S edd.* **11** ἐννεαδεκαετηρίδα *correxi*, enneadecaterida (aen- **a**) **arm**, εννεαδεκατερίδα **d**, ennea deca et herida *S*, ennea deca et hyda (hida) *A B H* **12** vana] una *A*, *illeg. S*

necesse erat pascha immolari et misit Petrum et Iohannem dicens: Euntes ite, parate nobis pascha ut manducemus. At illi dixerunt: Ubi vis paremus? Et dixit ad illos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurrit vobis homo amphoram aquae portans, sequimini eum in domum in quam intrat et dicetis patri familias: Dicit tibi magister: Ubi est diversorium ubi pascha cum discipulis manducem? Ipse vobis ostendet in superioribus locum magnum ⟨stratum⟩, ibi parate.

3. Advertimus igitur quod non ad terrena descendere sed *in superioribus locum magnum stratum* quaerere debeamus ut domini pascha celebremus. Abluere etiam sensus nostros quadam spiritali aqua fontis aeterni et devotae celebritatis tenere mensuram nec opinione vulgari dies quosdam explorare lunares cum apostolus dicat: *Dies observatis et menses et tempora et annos, timeo ne sine causa laboraverim in vobis*, nam incipit esse contrarium.

4. Sed aliud est observare gentilicio more ut qua luna quid adoriendum sit iudices, ut puta quintam esse fugiendam nihilque ea inchoandum, varios quoque cursus lunae obeundis negotiis commendare vel cavere quosdam dies, quemadmodum plerique posteros dies vel Aegyptiacos de-

---

36 Gal. 4, 10 sq. 40 *cf.* Verg. Georg. 1, 277: quintam fuge 43 posteros dies vel Aegyptiacos] *posteri dies sunt primi dies post Kalendas Nonas vel Idus, qui Romanis infausti habebantur, cf.* Gell. 5, 17; *dies Aegyptiaci sunt April. 3. 21 Mai. 3 Sept. 19 Oct. 3, cf.* ThlL I 963, 3 sqq.

A B[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

23 ite *om.* **rm** 25 occurret *Spc.m1 edd.* vobis *B, om. A H S edd.* 29 stratum *supplevi* (*cf. l.32*) 35 vulgari] -li *A Bsr.m1* 41 in ea **d**

clinare consuerunt. Aliud est observantiam religiosae mentis intendere in eum diem de quo est scriptum: *Hic est dies quem fecit dominus.* Nam etsi scriptum sit quod pascha domini quarto decimo die primi mensis celebrari debeat et vere quartam decimam lunam ad celebrandam dominicae seriem passionis inquirere debeamus, tamen ex hoc possumus intellegere quod ad huiusmodi solemnitatem vel ecclesiae perfectio vel clarae fidei plenitudo quaeratur, sicut dixit propheta cum loqueretur de filio dei quia *sedes eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in aeternum manet.*

5. Inde est quod et ipse dominus cum opera in terris miranda fecisset quasi iam fundata humanarum mentium fide tempus passionis esse memoravit dicens: *Pater, venit hora, clarifica filium tuum ut filius clarificet te.* Hanc enim celebrandae passionis claritudinem quaesitam alibi docet dicens: *Ite, dicite illi vulpi: Ecce eicio daemonia hodie et cras sanitates perficio et sequenti consummor die.* His utique consummatur Iesus qui incipiunt esse perfecti, ut plenitudinem divinitatis et redemptionis eius fide sua credant.

6. Ergo et diem et horam exquirimus ut scriptura nos instruit. Propheta etiam David dicit: *Tempus faciendi, domine,* petens accipere sensum ad agnoscenda domini

---

45 Ps. 117, 24 **46 sq.** *cf.* Num. 9, 3 **52** Ps. 88, 38 **57** Ioh. 17, 1 **60** Luc. 13, 32 **66** Ps. 118, 126

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

44 consueuerunt **d** est] est enim *HS* **ad**, vero est **rm** **45** scriptum est *tr. HS edd.* **47** mensis primi *tr. HS edd.* **54** manebit *HS edd.* **57** fidem *Aac.* **58** filius] *add.* tuus *HS edd.* **62** consumatur *codd.* **67** agnoscenda] cogn- **rm**

testimonia; Ecclesiastes ait: *Omni rei tempus;* Hieremias clamat: *Turtur et hirundo agri passeres agnoverunt tempora introitus sui.* Quid autem evidentius quam de passione domini dictum videri: *Agnovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui.* Agnoscamus ergo hoc praesepe domini in quo alimur pascimur ac reficimur.

7. Hoc igitur tempus praecipue scire debemus quo per universum orbem consona sacrae noctis fundatur oratio, quia et tempore commendantur preces sicut scriptum est: *Tempore accepto exaudivi te et in die salutis adiuvi te.* Hoc est tempus de quo apostolus dixit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

8. Unde necesse fuit, quia etiam post Aegyptiorum supputationes et Alexandrinae ecclesiae definitionem episcopi quoque Romanae ecclesiae per litteras plerique meam adhuc expectant sententiam, quid existimem scribere de die paschae; nam licet futuri diei paschae inciderit quaestio, tamen etiam in reliquum quid tenendum videatur aperimus, si qua quaestio talis incurrerit.

9. Duo autem sunt observanda in solemnitate paschae, quarta decima luna et primus mensis qui dicitur novorum. Itaque ne a veteri testamento videamur discedere, ipsum de paschae celebrandi die capitulum recensea-

---

68 *Eccle. 3, 1 69 Ier. 8, 7 71 Is. 1, 3 77 Is. 49, 8 78 2 Cor. 6, 2 84 futuri diei paschae ... quaestio] *Alexandrini paschalem diem VII Kal. Maias (= April. 25) constituerunt, qui dies Romanae supputationis terminum id est XI Kal. Maias (= April. 21) excedebat, cf. Proleg. II 2.2.33*

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

68 testimonia] *add.* et **m** Ecclesiastes] *add.* quoque **rm** 71 videri] *add.* potest **m** 73 domini] -no *A* ac] et *HS edd.* 76 preces] precessus *A* 78 nunc *om. AB* 81 definitiones (diff- *H*) *H* **m** 88 paschae] *add.* et *Laur.* **d** 90 celebrandae **rm**

mus. Monet et Moyses populum dicens custodiendum mensem novorum, eum primum esse mensem praedicans, ait enim: *Hic mensis vobis principium mensuum, primus in mensibus anni, et facies pascha domino deo tuo quarta decima die mensis primi.*

10. *Lex* nempe *per Moysen data est, gratia autem et veritas per Iesum Christum facta est.* Ipse ergo qui legem locutus est postea veniens per virginem novissimis temporibus plenitudinem legis consummavit, quia venit non legem solvere sed implere, et celebravit pascha ebdomade in qua fuit quarta decima luna quinta feria. Denique ipsa die sicut superiora docent pascha cum discipulis manducavit, sequenti autem die hoc est sexta feria crucifixus est luna quinta decima, sabbato quoque magno illo sexta decima fuit ac per hoc septima decima luna resurrexit a mortuis.

11. Unde haec lex paschae nobis servanda est ut non quartam decimam observemus in die resurrectionis sed in die magis passionis aut certe aliis proximis superioribus diebus, quia resurrectionis celebritas die dominica celebratur, dominica autem ieiunare non possumus, quia Manichaeos etiam ob istius diei ieiunia iure damnamus. Hoc est enim in resurrectione Christi non credere si legem quis

---

93 Ex. 12, 2 sq. **94 sq.** Deut. 16, 1 + Num. 9, 3, *cf.* Theoph. 222 καὶ ποιήσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου τῇ τεσσαρισκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνός **96** Ioh. 1, 17 **99 sq.** *cf.* Mt. 5, 17 **111 sq.** *cf.* Theoph. prolog. 224

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

91 et *om. HS edd.* **93** mensium *HS edd.* primus] *add.* erit **m** **97** qui] *add.* per *Asl.m1* **99** consumauit *A* **113** resurrectionem *S edd.*

ieiunii die resurrectionis indicat, cum lex dicat pascha edendum cum amaritudine hoc est cum dolore, quod tanto sacrilegio hominum auctor salutis sit interemptus, die autem dominica exultandum propheta docet dicens: *Hic est dies quem fecit dominus, exultemus et laetemur in eo.*

12. Ergo non solum passionis diem sed etiam resurrectionis observari oportet a nobis, ut habeamus et amaritudinis et laetitiae diem, illo ieiunemus, isto reficiamur. Unde si inciderit sicut futurum est proxime quarta decima luna mensis primi die dominica, quia neque dominica ieiunare debemus neque tertia decima luna die sabbati incidente ieiunium solvere, quod maxime die passionis est exhibendum, in altera⟨m⟩ ebdomada celebritas paschae est differenda. Siquidem sequitur quinta decima luna qua passus est Christus et erit secunda feria, tertia quoque feria erit sexta decima luna qua domini caro in sepulchro quievit, cum quarta etiam feria septima decima luna futura sit qua dominus resurrexit.

13. Cum igitur triduum illud sacrum in ebdomada proxime concurrat ultimam, intra quod triduum et passus est et quievit et resurrexit, de quo triduo ait: *Solvite hoc templum et in triduo resuscitabo illud*, quid nobis potest

---

114 sq. *cf.* Ex. 12, 8 **117** Ps. 117, 24 **122** proxime] *id est a. 387* **127 sqq.** *accuratius Proterius hoc expressit (274)*: XV lunam quando crucifixus est Christus et XVI lunam simul et XVII quando resurrexit a mortuis; *cf.* Theoph. 225 **134** Ioh. 2, 19

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

115 edendum] -de *A* **118** quam *H* ea *HS* **121** reficiamus *codd.* **126** altera *codd.* **d** hebdomadam **rm** deferenda *AB* **130** cum *HS edd.*, k *AB* **132** ebdomada *correxi*, -am *codd. edd., sed cf. l. 126* **133** concurrat] currat *H*, incurrat **rm** **135** resuscitabo] excitabo **rm**

molestiam dubitationis afferre? Nam si ea res scrupulum movet quia quarta decima luna non celebramus ipsum diem vel passionis vel resurrectionis, ipse dominus non quarta decima luna passus est sed quinta decima et septima decima resurrexit. Quod si movet quia quartam decimam lunam transeuntes, quae die dominica incidit hoc est quartum decimum kalendas Maias, sequenti dominica instaurandam celebritatem suademus, auctoritas exstat huiusmodi.

14. Nam temporibus paulo superioribus cum incidisset quarta decima luna mensis primi in dominicam diem, sequenti altera dominica celebrata solemnitas est. Octogesimo autem ⟨nono⟩ anno et nonagesimo tertio ex die imperii Diocletiani ⟨... octogesimo nono anno ex die imperii Diocletiani⟩ cum quarta decima luna esset nonum kalendas Aprilis, nos celebravimus pascha pridie kalendas Aprilis; Alexandrini quoque et Aegyptii ut ipsi scripserunt, cum incidisset quarta decima luna vicesimo et octavo die Famenoth mensis, celebraverunt pascha quinta die Farmutii mensis quae est pridie kalendas Aprilis ac sic convenere nobiscum. Rursus nonagesimo et tertio anno a die imperii Diocletiani cum incidisset quarta decima luna in quartum decimum diem Farmutii mensis quae est quintum idus

---

148 sqq. *id est anno 373 et anno 377, cf.* Prot. ep. § 4, *qui eodem fonte quo Ambrosius usus est, cf. Proleg. II 2.2.35*

A B[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

140 sq. quartam decimam lunam *S edd.*, quarta decima luna *A B H* **141** incidet **r** **141 sq.** quarto decimo Kalendas Maii **rm** **148** nono anno et nonagesimo tertio *correxi* (*cf.* Prot. ep. 4: sicut in octogesimo nono et nonagesimo tertio anno), anno et nonagesimo tertio *codd.* **d**, anno **r**, et nono anno **m** imperii] -io *A B* **149** dioclitiani *A B S*, *item l. 157* octogesimo — Diocletiani *supplevi* (*cf.* Prot. ep. 4) **150** nonum] -o *A Bpc. edd.*, -a *H* **153** Phamenoth **drm**, farmutii *codd.* **a** (*cf.* Prot. ep. 4) **158** Pharmuthi (-ii **a**) *edd.*, *item l. 158* quinto **rm**

Aprilis quae erat dominica dies, celebrata est paschae dominica Farmutii vicesimo et primo die qui fuit secundum nos sextum decimum kalendas Maias. Unde cum et ratio sit et exemplum, nihil super hoc movere nos debet.

15. Nunc illud est quod enodandum videtur, quia plerique putant secundo mense nos celebraturos pascha cum scriptum sit: *Custodi primum mensem novorum*, quod non potest incidere ut praeter mensem novorum pascha celebrent nisi qui quartam decimam ita observant secundum litteram ut non alio nisi ipso celebrent die. Denique futurum Iudaei duodecimo non primo mense celebraturi sunt pascha hoc est ⟨decimum⟩ tertium kalendas Aprilis secundum nos, secundum Aegyptios autem vicesimo quarto die Famenoth mensis qui est non primus mensis sed duodecimus ⟨incipit enim quintum kalendas Martias et finitur septimum kalendas Aprilis; primus⟩ incipit sextum kalendas Aprilis et finit⟨ur⟩ septimum kalendas Maias. Ergo secundum Aegyptios primo mense celebraturi sumus dominicam paschae hoc est septimum kalendas Maias qui est dies tricesimus Farmutii mensis.

---

165 Deut. 16, 1 **168 sqq.** *Iudaei a. 387 pascha ante aequinoctium celebraverunt (Mart. 20), cf.* Chrys. adv. Iud. 3 (PG 48, 861 sqq.)

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

159 die *Apc.Hpc.S edd.* celebratum est pascha *edd.* paschae *H*, -a *cett.* **160** dominica *om.* **d** **161** sextum decimum] sexto decimo **rm**, XV *codd.*, XVI **d**, quinto decimo **a** Maii **arm** **163** illud est *om.* **r** **167** decimam] *add.* lunam **m** **168** non *HS edd.*, *om. AB* denique] *add.* in *codd.* **d** **170** decimum tertium] -o tertio **rm**, tertium (-a *H*, -o **a**) *codd.* **ad** **173** incipit — **174** primus *addidi*, primus enim mensis apud Aegyptios dicitur Pharmuthi et *corr.* **rm** **174** sextum] VI *H*, sexto *edd.* **175** et *om. H* **d** finitur **rm**, finit *codd.* **d** (*cf. l. 191*) septimum] VII *H*, -mo *edd.* Maii **rm**, *item ll. 177 et 192* **176 sq.** dominicum pascha **d** **177** septimum] VII *ABH*, -mo **rm**

16. Nec absurdum arbitror ut inde observandi mensis trahamus exemplum ubi primum pascha celebratum est. Unde et maiores nostri in tractatu concilii Nicaeni eundem ἐννεαδεκαετηρίδα si quis diligenter intendat statuendum putarunt et ipsum mensem novorum recte custodierunt, quia in Aegypto hoc primo mense nova secantur frumenta. Hic autem mensis et primus est secundum Aegyptiorum proventus et primus secundum legem et octavus est secundum consuetudinem nostram, indictio enim Septembri mense incipit; octavo igitur mense kalendae Aprilis sunt.

Incipit autem mensis non secundum vulgarem usum sed secundum consuetudinem peritorum ab aequinoctio qui dies est duodecimum kalendas Aprilis et finitur undecimum kalendas Maias; inde maxime inter hos triginta et unum dies saepe celebrati sunt paschae dies.

17. Sed cum ante sexennium celebraverimus paschae dominicam undecimum kalendas Maias hoc est tricesimo die mensis secundum nostram scilicet calculationem, moveri non debemus si et proxime tricesimo die Farmutii mensis

---

182 *cf. l. 8 sqq.* 187 indictio] *cf.* Is. rer. nat. 6; Noe 17, 60 191 *id est ab Mart. 21 usque ad April. 21* 194 *a. 379*

A B[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

181 eundem **rm**, eum diem *codd.* **ad** 182 ἐννεαδεκαετηρίδα *correxi*, enneadecateridem **rm**, μεννεαδεκατεηριδε **d**, inen (inennea *Bac.*) deca et herida *codd.*, endecateride **a** 186 et (1) *om. A B* primus] *add.* est *edd.* est *om.* **rm** 191 duodecimum] -mo *A B S edd.*, XII *H* undecimum] XI *codd.*, -mo *edd.* 192 triginta et unum] XXXI *codd.* **d** 193 celebrati sunt *correxi*, celebratos *codd.*, celebratus *Spc. mp.*, celebratus est **d**, celebrati **arm** die **d** 194 sexennium *corr. Balbus* **m**, biennium *codd.* **adr** 195 undecimum] XI *B*, -mo *edd.* Maii **rm** (*semper*)

celebraturi sumus paschae dominicam. Verum si quis mensem secundum id existimat quia post triduum completi mensis qui compleri videtur undecimum kalendas Maias paschae dominica erit, illud consideret quia quarta decima luna quae quaeritur quartum decimum kalendas Maias erit hoc est intra praescriptum mensis numerum; lex autem diem passionis exigit intra primum novorum debere celebrari.

18. Satisfactum est igitur secundum plenitudinem lunae cui ad complendum mensem supersunt tres alii dies. Non ergo in alterum mensem recidit quando intra eundem mensem qui primus est pascha celebrabitur. Ad litteram autem nos teneri non oportet; licet consuetudo celebrandi paschae ipsa nos instruat, tamen et apostolus docet qui ait: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Sed et proposita lectio docet litteram non sequendam, sic enim habes: *Et facies pascha domino deo tuo quarto decimo die mensis primi.* Diem pro luna dicit, unde peritissimi quoque secundum legem lunari cursu computant mensem, et ideo cum a pluribus nonis lunae cursus incipiat hoc est dies primus vides nonas Maias adhuc ad mensem primum novorum computari posse. Ergo et iuxta legis sententiam primus hic mensis est. Denique μήνην lunam vocant Graeci, unde μῆνας

212 1 Cor. 5, 7 213 Deut. 16, 1 + Num. 9, 3 215 sq. *cf.* Theoph. 222 ἐπειδὴ καὶ ὁ μὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς σελήνης λέγεται· μήνη γὰρ αὕτη ὀνομάζεται ἑλλάδι τῇ φωνῇ

A B[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

198 pascha dominicum **d** 199 id *correxi*, ide *Bac.*, idem *A Bpc. Laur.* **d**, inde *H S* **arm** 200 undecimum] XI *A H S*, -mo *edd.* 202 quartum decimum] -o decimo *codd. edd.* 204 primum] *add.* mensem **rm** 210 oportet *Bpc.m1 Laur.*, oporteret *A Bar. H* **d**, oportere *S* **arm** 211 pascha **rm** 218 vides] *add.* pridie **r** 220 denique] *add.* quod *H S* **d** menen *codd.* lunam *om.* **r** menas *codd.*

graece dicunt menses. Et naturalis usus nationum exterarum lunam pro diebus appellat.

19. Alium autem diem passionis, alium resurrectionis celebrandum veteris quoque testamenti series ostendit, sic enim habes: *Agnus sine macula mundus consummatus anniculus masculus erit vobis, ab ovibus et haedis sumetis et erit vobis in observatione usque in quartam decimam mensis huius et occidetis illum tota multitudo synagogae filiorum Israhel ad vesperum et sument a sanguine et ponent super duos postes et super limen ostii ⟨in⟩dom⟨ib⟩us in quibus manducabunt eum inter semetipsos, manducabunt carnem hanc noctu igni assatam.* Et infra: *Et edetis illum cum sollicitudine, pascha est enim domini, et pertransibo in terram Aegyptiorum in nocte illa et percutiam omne primitivum in Aegypto ab homine usque ad pecus et in omni terra Aegypti faciam vindictam, ego dominus, et erit vobis sanguis in signo in domibus in quibus eritis ibi et videbo sanguinem et protegam vos et non erit in vobis plaga exterminii et conteram terram Aegypti et erit dies hic vobis memorabilis et sollemnis et diem festum agetis eum domino in progenies vestras, legitimum sempiternum diem festum agetis illum.*

20. Advertimus et passionis diem descriptum in ieiunio, quia ad vesperum occidendus est agnus, licet ultimum tempus pro vespere possimus accipere secundum Iohannem qui ait: *Pueri, novissima hora est.* Sed et iuxta mysterium

---

225 Ex. 12, 5—8 232 Ex. 12, 11—14 245 1 Ioh. 2, 18

A B[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

221 naturales *Hac.m1* **d** **222** appellant *A B S* **229** a] ad *A Sac.*, de *edd.* sanguine] *add.* eius **arm** supra *A H S* **d** **230** in domibus *correxi* (cf. LXX ἐν τοῖς οἴκοις ἐν οἷς), domus *codd. edd.* quibus] qua **rm** **232** assam **ar** sollicitudine] *add.* pasch(a)e *codd.* **ad** **234** omnem *Bar.* **dr** **238** uobis in *tr. codd.* **ad** **240** eum] cum *S* **d** legiptimum *A B S* (*H deest*)

vespere diei constat occisum quando tenebrae statim factae sunt et ieiunium deferendum eo die verum est quia ita edetis illum cum sollicitudine; ieiunantibus enim sollicitudo adhaeret. Resurrectionis autem die exsultatio refectionis est atque laetitiae, quo die videtur exisse populus ex Aegypto primitivis Aegyptiorum necatis. Quod posteriora evidentius docent, in quibus ait scriptura quia postquam fecerunt Iudaei pascha sicut praecepit Moyses *factum est circa mediam noctem et dominus percussit omne primitivum in terra Aegypti a primitivo Pharaonis. Et vocavit Pharao Moysen et Aaron nocte et dixit illis: Surgite et exite de populo meo et vos et filii Israhel, ite et servite domino deo vestro. Et urguebant Aegyptii populum festinantes quam celerrime expellere.* Denique sic profecti sunt Israhelitae ut non occurreret sibi azyma fermentare; *eiecerant enim eos Aegyptii et non potuerant sustinere ⟨neque⟩ apparatum sibi fecerant in via⟨m⟩.*

21. Reseratum est igitur diem resurrectionis observandum post diem passionis, qui dies resurrectionis non quarta decima luna debet esse sed postea ut vetus loquitur testamentum, quia dies resurrectionis is cum egrediens populus de Aegypto in mari et in nube baptizatus, ut apostolus dicit, mortem vicit, panem spiritalem accipiens et potum de

---

253 Ex. 12, 29 255 Ex. 12, 31 258 Ex. 12, 33 259 *cf.* Ex. 12, 34 260 *Ex. 12, 39 267 sqq. *cf.* 1 Cor. 10, 2—4

AB[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

248 enim] *add.* in *A* 251 primitivis] *add.* et *A* negatis *AB* 252 in *om. codd.* **adr** 254 omnem *ABS* **adr** 257 Israhel] uestri *Laur.* **m** 258 festinanter *ABHSac.* **d** 260 occurrerent *codd.* **d** azyma **rm**, -mam *cett.* eiecerant] -unt *HS edd.* 261 potuerant *correxi*, potuerunt *codd. edd.* neque *addidi*, nec *add.* **r**, quam *add.* **m** 262 fecerunt **r** uia *codd.* **ad** 264 diem] dies *codd.* **ad**

petra hauriens spiritalem, nec passionem domini die dominica posse celebrari, et si quarta decima luna in dominicam inciderit adiungendam ebdomadem alteram sicut et septuagesimo sexto anno ⟨ex⟩ die imperii Diocletiani factum est; nam tunc vicesimo octavo die Farmutii mensis qui est nonum kalendas Maias dominicam paschae celebravimus sine ulla dubitatione maiorum. Simul etiam lunae cursus et ratio suffragatur qu⟨oni⟩am vicesima prima luna proximum pascha celebrandum est, nam usque ad vicesimam primam lunam consuevit extendi.

22. Ergo cum tot veritatis indicia concurrant iuxta maiorum exemplum, festum publicae salutis laeti exsultantesque celebremus, postes nostros, ubi est ostium verbi quod sibi apostolus optat aperiri, fide passionis dominicae colorantes. De hoc ostio dicit etiam David: *Pone, domine, custodiam ori meo et ostium circuitus labiis meis*, ut nihil aliud nisi sanguinem Christi loquamur quo mortem vicimus, quo redempti sumus. Flagret in nobis odor Christi; ipsum audiamus, in illum et mentis et corporis oculos dirigamus, opera eius mirantes, beneficia praedicantes, super limen ostii nostri sacrae redemptionis confessio resplendeat. Sumamus ferventi spiritu sacramentum *in azymis sinceritatis et veritatis* pia doctrina gloriam patris et filii et spiritus maiestatem individuam concinentes.

---

272 *id est anno 360* 281 sq. *cf.* Col. 4, 3 283 Ps. 140, 3 290 1 Cor. 5, 8

A B[*H*]*S*; *edd.* (= **adrm**)

---

270 et] etiam *codd.* 271 hebdomadam *edd.* 272 ex *add.* **adm**, a *add.* **r** dioclitiani *A B* 274 nonum] nono *Balbus* **m**, VII *codd.* **d**, septimo **ar** dominica *B* 276 quoniam] quam *A B S Laur.*, qua *H* **d** XXI *codd.* **d** 277 XXI *A H S* 280 sq. exultantes concelebremus *Aac.* 283 hostio *Apc.* (*sim. l. 284*) 286 fragret *Laur.* **r**, fraglet *H* 292 concinentem *A B Laur.*

Extra collectionem 14 (*Maur. 63*)

Ambrosius servus Christi vocatus episcopus Vercellensi ecclesiae et his qui invocant nomen domini nostri Iesu

Gratia vobis a deo patre et unigenito filio eius adimpleatur in spiritu sancto.

1. Conficior dolore quia ecclesia domini quae est in vobis sacerdotem adhuc non habet ac sola nunc ex omnibus Liguriae atque Aemiliae Venetiarumque vel ceteris finitimis Italiae partibus huiusmodi eget officio, quod ex ea aliae sibi ecclesiae petere solebant; et quod verecundius est, mihi ascribitur vestra intentio quae affert impedimentum. Nam cum sint in vobis dissensiones, quomodo possumus aliquid aut nos decernere aut vos eligere aut quisquam acquiescere, ut inter dissidentes suscipiat hoc munus quod inter convenientes vix sustinetur?

2. Haec illa est confessoris institutio, haec iustorum soboles patrum, qui sanctum Eusebium quem numquam

---

Scripta a. 396, cf. Proleg. II 2.2.4. — Ecclesia Vercellensis Limenio episcopo mortuo propter intestinas dissensiones iam diutius episcopo carebat **17** Eusebium] *cf. Proleg. et l. 699 sqq.*

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]$ $[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

1 Incipit epistula (*add.* sancti ambrosii Q) ad uercellenses MQR, Epistula beati ambrosii episcopi ad uercellenses LXX O, Ambrosius ad uercellenses LXXII P, Epistula uercellensi ecclesiae LXXVIII A, Epistula sancti ambrosii ad ecclesiam uercellensem (-sium B) BZ, Incipit liber ambrosii H, LXXXII **a**, XXV **r** **2** servus] *add.* ecclesiarum A ecclesiae uercellensi *tr.* OQL_1 **3** his] iis **arm** nostri *om.* OQL_1 Iesu] *add.* Christi *edd.* **6** conficior] -figor ABZ, -fligor H **ad** **7** ac] hec O **8** atque *om.* OQL_1 **13** decernere] decerpere Z elegere *Mac.* **14** suscipiatur **d** munus] unus O, honus L_1 **15** sustineatur β **adr** **16** est illa *tr.* **ad** **17** sobolis MNR qui] quae OQL_1

ante cognoverant posthabitis civibus simul ut viderunt et probaverunt, tantumque interfuit ut probaretur quantum ut videretur? Merito vir tantus evasit quem omnis elegit ecclesia, merito creditum quod divino esset electus iudicio quem omnes postulavissent. Convenit igitur ut sequamini exemplum parentum, praesertim cum a sancto confessore institutos tanto meliores patribus esse oporteat, quanto vos melior doctor instituit atque erudivit, modestiaeque vestrae et concordiae insigne edere, ut congruatis assensu ad postulandum sacerdotem.

3. Etenim si iuxta dominicam sententiam quod duobus convenerit *super terram de omni re quamcumque petierint fiet*, inquit, *a patre meo qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ego sum in medio eorum*, quanto magis ubi plena est in nomine domini congregatio, ubi universorum postulatio congruit, dubitare nos nequaquam oportet ibi dominum Iesum et voluntatis auctorem et petitionis arbitrum fore et ordinationis praesulem vel largitorem gratiae.

4. Facite ergo vos dignos videri quorum in medio Christus sit. Ubi enim pax ibi Christus, quia pax Christus;

---

29 *Mt. 18, 19 sq. 38 *cf.* Eph. 2, 14

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]$ $[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

18 cognouerat OQL_1 ciuibus] quibus Q 20 uideret N 21 creditur OQL_1 electus $Mpc.OQPRL_1$ *edd.*, letus *Bac.*, lectus *cett.* 22 omnis Q 23 parentum exemplum *tr.* N sancto (-os *Mpc.*) confessores $MRac.$ confessore] *add.* eusebio *Psl.* 24 tanto $PRpc.m1$ **rm**, *om. cett.* **ad** partibus MQ quando **a** 26 ut] et $Mac.NQRac.$ 28 etenim] etemen N 29 quacumque QL_1Z 30 fiet] *add.* illis **rm** 34 uos H **adr** 35 petitiones *Rac.* arbitrium *Mac.* 37 **sq.** christus in medio *tr.* P

ubi iustitia ibi Christus, quia Christus iustitia. Sit in medio vestrum ut videatis eum, ne dicatur et vobis: *Medius autem vestrum stat quem vos non videtis.* Non illum viderunt Iudaei in quem non crediderunt; nos illum devotione conspicimus, fide cernimus.

5. Stet igitur in medio vestrum ut aperiantur vobis *caeli* qui *enarrant gloriam dei*, ut voluntatem eius faciatis et operemini opus eius. Qui videt Iesum caeli ei aperiuntur, sicut aperti sunt Stephano dicenti: *Ecce video caelos apertos et Iesum stantem ad dexteram dei.* Stabat Iesus quasi advocatus, stabat quasi sollicitus ut Stephanum athletam suum certantem iuvaret, stabat quasi paratus ut coronaret suum martyrem.

6. Stet igitur et vobis ut eum non timeatis sedentem; sedens enim iudicat sicut Danihel dicit: *Throni positi sunt et libri aperti sunt et antiquus dierum sedit.* In octogesimo autem primo psalmo scriptum est: *Deus stetit in congrega-*

---

39 *cf.* 1 Cor. 1, 30 **40** *Ioh. 1, 26 **45** Ps. 18, 2 **45 sq.** *cf.* Ioh. 6, 27—30 **47** *Act. 7, 55 sq. **53** Dan. 7, 9 sq. **55** *Ps. 81, 1

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]$ $[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

39 quia Christus *om. Aac.* Christus (2)] *add.* est HZ **ad** **40** vestrum] uestrorum PR, *om. O*, *add.* pax iustitia Z dicatis R et] de N medius] melius Q **41** vestrum *om.* $MOQRL_1$ **42** non illum] nullum R, non *om.* P **43** fide cernimus] si decernimus Q(*ac.* ?) **46** Iesum] dominum O ei *om. Mac.Rac.* **48** a dextris PR **49** adhletam H, adtletam Q **50** quasi paratus stabat *tr.* O **51** martires M **53** daniel *Oac.RAHZ* **d** dicit Daniel *tr.* **d** **54** sunt] sicut $OQRar.$, *om.* $PRpr.$ et (2) *om.* $OQABZ$, sicut L_1 antiquos *Bac.* sedet β **ad** **54 sq.** octogesimo autem primo] hoctogensimo (LXXX O) autem primo MO, octogesimo (LXXX Q) autem et primo $NQRL_1$ **m**, LXXXI (octogesimo primo H) autem β **55** stetit] *add.* in synagoga deorum siue Z

tione deorum, in medio autem deos diiudicat. Sedens igitur iudicat, stans diiudicat, et iudicat de imperfectis, inter deos autem diiudicat. Stet vobis ut defensor, ut bonus pastor, ne vos lupi incursent graves.

7. Quo non otiose nostra admonitio deflectit. Audio enim venisse ad vos Sarmationem et Barbatianum vaniloquos homines, qui dicant nullum esse abstinentiae meritum, nullam frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes aestimari pretio, delirare eos qui ieiuniis castigent carnem suam ut menti subditam faciant. Quod numquam fecisset, numquam scripsisset ad instituendum alios Paulus apostolus, si deliramentum putasset. Gloriatur itaque dicens: *Sed castigo corpus meum et servituti redigo, ne aliis praedicans ipse reprobus inveniar.* Ergo qui non castigant corpus suum et volunt praedicare aliis, ipsi reprobi habentur.

8. An quicquam tam reprobum quam quod ad luxuriam ad corruptelam ad lasciviam provocat, quam incitamentum

---

57 *cf.* Ps. 138, 16 **58** *cf.* Iud. 6, 13; Ioh. 10, 11 **59** *cf.* Act. 20, 29 **61** Sarmationem et Barbatianum] *de his similia In ps. 36, 49 suppressis eorum nominibus dixit:* Dudum de monasteriis exierunt et nunc luxuriae sunt magistri, disseminatores incontinentiae, incentores petulantiae, obtrectatores pudoris. *Qui monasterio Mediolanensi relicto (cf. l. 82 sqq.) Iovinianum haereticum secuti sunt; de Ioviniani haeresi cf. Proleg. II 2.2.5 (ad epistulas Sirici et extra coll. 15)* **68** *1 Cor. 9, 27

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H][Z]$); *edd.* (= **adrm**), *S inc. l. 72* quam

---

56 deorum] iustorum *O* deos] deus $QBHZ$ **d** diiudicat] *add.* stet uobis **ad** **57** stat *Q* diiudicat] iudicat β **ad** deos] eos *N* **60** quo] quod $ABac.HZac.$ **d**, quos *Zpc.* deflectat *Mpc.* **61** venisse — vaniloquos *om.* β **ad** barbationem *M* **62** dicunt OQL_1AH **adr** **63** nullam (1)] nullum β **adr** **64** delerare *N* castigant *O* **d** **65** ut ... faciant] et ... faciunt **d** **66** instituendum] instruendum (-os *Z*) β **ad** **68** in seruitutem *P* (*Vulg.*) **70** aliis praedicare *tr. P*

libidinis, illecebra voluptatis, incontinentiae fomes, incendium cupiditatis? Quae istos Epicureos nova scola misit? Non philosophorum ut ipsi aiunt sed imperitorum, qui voluptatem praedicent, delicias suadeant, castimoniam nulli usui esse ducant. *Fuerunt nobiscum sed non fuerunt ex nobis;* neque enim pudet dicere quod dicit evangelista Iohannes. Sed hic positi primo ieiunabant, intra monasterium continebantur; nullus erat luxuriae locus, interdicta ludibriosae disputationi licentia. **9.** Hoc delicati non potuerunt ferre, abierunt. Deinde volentes redire non sunt recepti. Pleraque enim audieram quae deberem cavere, monueram, nihil profeceram. Effervescentes itaque disseminare talia coeperunt quibus incentores essent vitiorum omnium miserabiles. Perdiderunt utique quod ieiunarunt, perdiderunt quod se aliquo continuerunt tempore. Nunc itaque diabolico studio invident aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu exciderunt.

10. Quae virgo audiat nullum praemium esse integritatis et non ingemescat? Absit enim ut facile credat, certe

---

78 *1 Ioh. 2, 19 80 monasterium] *sc. Mediolanense, cui Ambrosius praefuit* 86 incentores] *i. e. incitatores, stimulatores*

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

74 illecebra voluptatis *om.* HS **ad** **75** epicureus R **76** filio sophorum B sed imperitorum ut ipsi aiunt *tr. codd.* **d** **77** praedicant **d** suadent $ABZac.$ **d** **78** nulli usui] nullius β **ad**, nullius iuris OQL_1 ducant] dicant $P\beta$ **adr**, *add.* utilitatis β **ad** **79** neque — **80** Iohannes *om.* B dixit $OPQR$, et L_1 **82** disputationis $AHSZ$ **ad** **83** abierunt] *add.* foras **m** **84** plerumque α quae] quod P debent caveri **r** monueram] noueram M **85** proficeram *Rac. A Bac.*, profeci **r** **85 sq.** disseminaret alia *Rac.*, -are alia *Rpc.* alia disseminare *tr.* OQ **86** talia] alia $OPQRpc.L_1$ **87** miserabiliores $OQL_1HSac.$ **d** utique] itaque NO ieiunauerunt $OPApc.HSZ$ **ad** perdiderunt (2) *om. Mac.* **92** ingemiscat OPL_1H *edd.*, gemescat Q certe — **93** inflectat *om. Rac.*

ut non studia deponat et intentionem suae mentis inflectat. Quae vidua cum compererit nullum esse fructum viduitatis malit servare fidem coniugii et in tristibus degere quam laetioribus se credere? Quae coniugii districta vinculo si audiat quod nullus honos castitatis sit, non possit incuriosa temptari corporis aut mentis facilitate? Et ideo ecclesia cotidie in lectionibus sacris, in sacerdotum tractatibus laudem pudicitiae, gloriam integritatis personat?

11. Frustra ergo dicit apostolus: *Scripsi vobis in epistula: ne commisceamini fornicariis.* Et ne forte dicant: Non de omnibus mundi nos dicimus fornicariis, sed dicimus quod qui fuerit in Christo baptizatus haberi iam non debeat fornicarius, sed qualiscumque vita eius accepta sit deo, et ideo addidit apostolus: *Non utique fornicariis huius mundi*, et infra: *Si quis frater nominatur fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi nec cibum quidem sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?* Et ad Ephesios: *Fornicatio autem et omnis immunditia et avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.* Et infra: *Hoc enim scitote quod omnis impudi-*

---

101 1 Cor. 5, 9 **106** 1 Cor. 5, 10 **107** *1 Cor. 5, 11 sq. **110** Eph. 5, 3 **112** Eph. 5, 5

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

93 studio *N* **94** cum compererit] cumper- *Aac.*, conpererit *Apc.*, cum comperit **a**, conceperit **r** fructum esse *tr. N* **95** malit] malet *PR*, mallet $MNOQL_1$ **m** fidem seruare *tr. O* coniugi *QB* **96** se credere laetioribus *tr.* **rm** coniugi *Q* districta β **d** **97** honos] -us *Bac.*, -or *NP* **98** tentari *edd.* **103** dicimus (1)] dicere **r** sed] si *Q* dicimus (2)] *om.* **r** **105** sed *om.* **r** qualiscumque] *add.* sit OQL_1 uite ... accepte *Rac.* et *om.* **a** **106** addit *M* fornicarius *B* **107** si] *add.* is *P* qui **r** nominatur] *add.* inter uos *P*, *add.* est **r** **109** eismodi *Aac.B* quid] quo QL_1ABHS **ad** mihi *om. N* de his mihi *tr. R* his] iis **arm** **110** autem *om.* β **adr** **111** nec] non β **d** **112** sanctis *M* infra] statim subinfert **rm**

cus aut avarus aut immundus quod est idolatria non habet hereditatem in regno Christi et dei. De baptizatis utique dictum liquet; ipsi enim accipiunt hereditatem qui baptizantur in morte Christi et consepeliuntur cum ipso ut cum ipso resurgant. Ideo *heredes dei, coheredes Christi* sunt; heredes dei quia transcribitur in eos dei gratia, coheredes Christi quia renovantur in vitam ipsius; heredes quoque Christi quia datur illis per mortem ipsius tamquam testatoris hereditas. **12.** Isti igitur magis sibi debent attendere qui habent quod possint amittere quam qui non habent, isti maiore agere custodia, isti cavere vitiorum illecebras, erroris incitamenta, quae maxime cibo potuque oriuntur. Denique *sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere.*

13. Ipse quoque Epicurus quem isti sibi sequendum magis quam apostolos putant, assertor voluptatis, etsi neget invectricem mali esse voluptatem, non negat tamen ex ea fieri quaedam ex quibus generentur mala; denique

---

115 sqq. *cf.* Rom. 6, 3 sq. **117** Rom. 8, 17 **125** Ex. 32, 6 **130 sqq.** *cf.* Epic. sent. 10 εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους... οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν ὅ τι ἐμεμψάμεθα αὐτοῖς, πανταχόθεν ἐκπληρουμένοις τῶν ἡδονῶν καὶ οὐθαμόθεν οὔτε τὸ ἀλγοῦν οὔτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅ περ ἐστὶ τὸ κακόν

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

113 immundus aut auarus *tr.* OQL_1 **arm** idolatria] -tra *Npc.* β **a**, idololatra **drm** **114** utique] itaque *N* **116** Christi *om.* **d** cum ipso *om. O* ipso] christo *HSZ* **adr**, *add.* christo *A i. mg.* **117** coheredes] choredes *M*, heredes *Q*, *add.* autem OQL_1 (*Vulg.*) sunt *om. O* **118** transmittitur *OQ* **r** (L_1 *deest*) **119** quoque *om. Aac.* **120** quia] qui *Sac.* **d** tamquam] tamen *Aac.* **121** debeant *ABZ* **122** possunt *O* **d** admittere *MNar.Rac.* **123** agere] egere **r** **124** incitamenta] *add.* debent **rm** maxime] *add.* ex **m** **125** surrexit β **adr** **127** sibi isti *tr.* α **127 sq.** magis sequendum *tr.* **arm** **129** invectricem] inuic- *R*, inuentricem *NSpc.* **d** esse *om.* **d**

nec luxuriosorum vitam reprehensibilem videri quae repleatur delectationibus nisi vel doloris vel mortis quatiatur metu. Atque hic quam alienus a vero sit etiam hinc deprehenditur quod voluptatem in homine deo auctore creatam asserit principaliter, sicut Filominus eius sectator in epitomis suis disputat et huius allegat Stoicos esse auctores sententiae.

14. Sed hoc divina scriptura redarguit quae serpentis insidiis atque illecebris infusam Adae atque Evae voluptatem docet. Siquidem ipse serpens voluptas sit et ideo variae ac lubricae et velut veneno quodam corruptelarum infectae passiones voluptatis sint. Appetentia igitur voluptatis constat deceptum Adam excidisse a mandato dei et fructu gratiae. Quomodo igitur voluptas ad paradisum revocare nos potest quae sola nos paradiso exuit?

15. Unde dominus Iesus volens nos adversus diaboli temptamenta fortiores reddere certaturus ieiunavit, ut sciremus quia aliter illecebras mali non possemus vincere.

---

134 sq. Epic. fragm. 385a **135** Filominus] *iam Maurini hoc nomen pro Philodemi nomine positum esse intellexerunt* **138 sqq.** *cf.* Gen. 3, 1—5

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

131 vitam *om.* Q videri] uidet P repletur β **adr** **133** etiam] esset Q repr(a)ehenditur $ABSac.Zac.$ **135** Filominus] filum- QRZ, silum- O, filumnus P, filuminum AB, philomenos L_1, filummarus H, filuminarus S, Philuminaris (fi- **d**) **ad**, Philomarus **rm** eius] ei B, *om.* Q epitomiis $ABHZ$ **d**, aepithoriis Q **136** alligat (adl-) $MNRac.$ Stoicos] historicos (hyst-) β **ad** auctores esse *tr.* NOP **139** atque (1)] et O Adae atque] atque (adque R) MNR, eque P, *om.* OQL_1 heue M uoluptates P **140** docet] *add.* et β **d** **142** voluptatis (1)] -i AH, -es R, -e N, *om.* Z sunt O voluptatis (2)] -i MPR **143** deceptum] acceptum β **ad** excedisse $Mac.NQRac.ABZ$ a *om.* $OQL_1\beta$ **ad** **144 sq.** nos ad paradisum reuocare potest *tr.* N **145** paradiso exuit] paradisi exuit deliciis OQL_1 **146** unde] *add.* et β *edd.* **147** certaturos $Mac.Nac.OPRac.$ **148** possemus] possimus PR, -umus MN **rm**

Denique ipse diabolus primum temptamentorum suorum spiculum de voluptate intorsit dicens: *Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant.* Unde ait dominus: *Non in pane solo vivit homo sed in omni verbo dei* et noluit facere cum posset, ut magis lectionis studio quam voluptati intendere nos salutari praecepto doceret. Et quia isti ieiunandum negant, qua causa Christus ieiunaverit astruant, nisi ut nobis exemplo esset eius ieiunium; denique in posterioribus docuit non facile malum posse nisi nostro vinci ieiunio dicens: *Hoc genus non eicitur nisi in oratione et ieiunio.*

16. Quid etiam sibi vult scriptura quae docet ieiunasse Petrum et ieiunanti atque oranti de baptizandis gentibus revelatum mysterium, nisi ut ostenderet etiam ipsos sanctos cum ieiunant tunc fieri praestantiores? Denique Moyses cum ieiunaret legem accepit. Ideo et Petrus cum ieiunaret edoctus est novi testamenti gratiam. Danihel quoque ieiunii merito ora clusit leonum futurorumque temporum vidit negotia. Aut quae nobis salus esse potest nisi ieiunio eluerimus peccata nostra, cum scriptura dicat: *Ieiunium et elemosina a peccato liberat?*

---

149 sq. *cf.* Mt. 4, 2 **150** Mt. 4, 3 sq. **158** Mt. 17, 20 **160 sq.** *cf.* Act. 10, 10—16 **162 sq.** *cf.* Deut. 9, 9 sq. **164 sqq.** *cf.* Dan. 14, 30—39; 9, 20—27 **168** Tob. 12, 9

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

150 uoluntate N ut *om.* $Nac.Aac.B$ **151** dominus ait *tr.* MN pane solo pane $Qac.$, solo pane $PQpc.L_1HZ$ **153** uoluptatis BHS **ad 154** salutis O quia et *tr.* S **157** ieiunio uinci *tr.* P **158** genus] *add.* daemoniorum **rm** in *om.* $Aac.BZ$ ieiunium $Rac.$ **159** quid etiam] qui esset Q ieiunasset Q **161** etiam] esset Q **162 sq.** cum moyses *tr.* PR **163** et ideo *tr.* β *edd.* **164** gratia N **165** clusit MR, conclusit N, clausit *cett.* **166** potest] poterit OQL_1 **167** eluerimus] delu- P, *add.* uel abluerimus N *i.mg.*, eleuemus $Bac.$ **168** liberant O

17. Qui sunt igitur hi praeceptores novi qui meritum excludant ieiunii? Nonne gentilium vox ista est dicentium: *Manducemus et bibamus?* Quos bene irridet apostolus dicens: *Si secundum hominem pugnavi Ephesi ad bestias, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus et bibamus, cras enim moriemur*, hoc est: quid mihi profuit usque ad mortem contentio nisi ut hominem redimerem meum? Quia frustra redimitur si nulla est spes resurrectionis. Ac per hoc spe omni redemptionis amissa *manducemus et bibamus*, non amittamus fructum praesentium qui futurorum nullum tenemus. Illorum ergo est cibis et potibus indulgere qui nihil post mortem suam sperant.

Denique Epicurei dicunt assertores voluptatis quia mors nihil ad nos; quod enim dissolvitur insensibile est, quod autem insensibile nihil ad nos. Quo demonstrant corpore se tantum non mente vivere nec animae fungi sed carnis solius munere, qui secessione animae corporisque dissolvi munus suae vitae omne existiment, perire merita

---

171 Is. 22, 13 **172** 1 Cor. 15, 32 **181** quia — **183** nos] Epic. sent. 2 ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δ'ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

169 igitur] ergo $AHSZ$ *edd.*, *om.* $OBac.$ hi] ii O **170** excludunt OQL_1 gentium P **171 sq.** dicens si] dicet *Mac.* **172** pugnavi Ephesi] pugnaueres (-is *pc.*) R ad bestias ephesi *tr.* OP Ephesi *om.* QL_1 bestias] *add.* uersus *Msl.* **173** prodesse $Aac.BZ$ **175 sq.** meum redimerem (-ere Q) *tr.* OQL_1 **176** meum] eum M quia] qui $\alpha\beta$ frustram A redimeretur O spes est *tr.* P **177** per] propter O redemptionis] resurrectionis NZ **rm** **178** non] nec *Spc.* futurum Q **180** sperent PR **182** insensibilem A **183** insensibile] *add.* est M demonstrant] -at NR, -et M **184** se corpore *tr.* OQL_1Z nec] sed Q, sed nec O, et L_1 **186** dissolvi munus] dissoluimus R, dissolutione P omnem R estiment OQL_1

virtutum atque animae omnem vigorem, totos se deficere cum corporis sensu, nihil reliquiarum superesse animae, cum ipsum corpus non statim resolvatur. Prius ergo dissolvitur anima quam corpus, cum secundum suam opinionem vel carnem et ossa considerare debeant quae post mortem supersunt, secundum veram autem assertionem negare non debeant resurrectionis gratiam?

18. Merito ergo hos redarguens apostolus monet nos, ne talibus labamur opinionibus, dicens: *Nolite seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala; sobrii estote iuste et nolite peccare, ignorantiam enim dei quidam habent.* Bonum ergo sobrietas quia peccatum ebrietas est.

19. Quid quod ille ipse Epicurus defensor voluptatis, cuius ideo frequenter mentionem facimus ut hos aut gentilium discipulos et Epicuream probemus sectam sequi aut illum ipsum, quem ipsi philosophi a suo excludunt consortio tamquam patronum luxuriae, tolerabiliorem his esse doceamus? Clamat ergo ille, ut Dimarchus asserit, quia „non

---

195 1 Cor. 15, 33 sq. **204 sqq.** Dimarchus] *iam Maurini hoc nomen pro Hermarchi nomine positum esse intellexerunt, qui locupletissimus Epicuri successor librorumque eius heres fuit, cf.* Usener, Epicurea XLIII Epic. ep. 3, 132 οὐ γὰρ πότοι καὶ κῶμοι συνείροντες οὐδ' ἀπόλαυσις παίδων καὶ γυναικῶν οὐδ' ἰχθύων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα φέρει πολυτελὴς τράπεζα, τὸν ἡδὺν γεννᾷ βίον, ἀλλὰ νήφων λογισμός

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

187 se] que *Msl., om. Z* **192** autem ueram *tr. N* **194** ergo *om. Nac.* mouet *Q* **195** nec *Aac.* **196** elloquia (elo- *pc.*) *S* estote] *add.* et *Msl.* **d** iusti $MNOPRL_1HSpc.$ **d** **197** enim *om. ABZ* **198** ergo] autem *N, add.* est *PRpc.* **199** ipse *om. HS* **ad** epicurius *Nac.* **200** frequentem *NBS edd.* facimus mentionem *tr.* **arm** **201** epicuriam *OZ* **202** a *om. O* excludant β **d** **204** clamabat *O* ut *om.* β **d** dimarcus *O* **a**, Demarchus **rm**, *add.* et *Ssl. m1* **d**

potationes neque comessationes nec filiorum soboles nec feminarum copulae nec piscium copia aliorumque huiusmodi quae splendido usui parantur convivii suavem vitam faciant sed sobria disputatio". Denique addidit quod hi copiis convivii moderate utantur qui non immoderate eas quaerunt. Suco solo et pane vel aqua qui libenter utitur despuit deliciarum epulas, quia multae ex his generantur molestiae. Etiam alibi dicunt: „Non immoderatae epulae, non potationes voluptatis suavitatem generant sed continens vita".

20. Cum igitur illos abdicaverit philosophia, hos non excludit ecclesia? Siquidem et illi quod malae causae habent, se assertionibus suis impugnant frequenter. Nam si principalis eorum sententia sit quod nullam suavitatem voluptatis putent nisi quae cibo potuque percipiatur, tamen intellegentes in tam reprehensibili definitione versari se sine summo dedecore non posse ac deseri ab omnibus, fuco quodam probabilium disputationum eam colorare voluerunt adeo ut diceret quidam ex his: dum studemus delectationi per epulas et cantus, amisimus eam quae per verbi, quo solo salvi esse possumus, infunditur perceptionem.

208 sq. Epic. ep. 3, 130 πεπεισμένοι γνησίως ὅτι ἥδιστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἥκιστα ταύτης δεόμενοι **210** suco — **212** molestiae] Epic. frag. 181 ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος καὶ προσπτύω ταῖς ἐκ πολυτελείας ἡδοναῖς οὐ δι' αὐτάς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐξακολουθοῦντα αὐταῖς δυσχερῆ **212** Epic. fragm. 476a

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

205 nec (1)] neque O **206** copia] copula N **207** uisui splendido N **208** faciant] -unt $OPQL_1$, -ent *Mac.* disputatio] *add.* est AB hi] ii O **rm**, *om.* β **ad** **210** et *om.* P vel] et α **211** quia] quae MN **212** alibi] et alibi R, et alii P dicunt] dominus N, *om.* **d** **216** excludet **d** quod] qui O malam causam O **r** **217** se] sed N si] etsi **m** **219** quae] quod Q cibi N percipiantur β **222** ea OS **adr** **223** quidam ex his diceret *tr.* O his] iis **arm**

21. Nonne isti dispares, discolores in hac multiformi disputatione nobis videntur? Quos adeo scriptura condemnat ut non praeterierit quod eos apostolus redarguebat dicente Luca in Actibus apostolorum qui eum librum historico stilo scripsit: *Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi disputabant cum eo et quidam dicebant: Quid vult hic sibi seminiverbius? Alii autem: Novorum daemoniorum videtur pronuntiator esse.*

22. Ex hoc tamen numero non immunis gratiae abiit apostolus; siquidem etiam Dionysius Ariopagites cum Damali uxore sua aliisque multis credidit. Itaque illi doctissimorum et eloquentium coetus simplici disputatione victos se esse credentium exemplo manifestarunt. **23.** Quid igitur sibi isti volunt qui temptant eos pervertere quos acquisivit apostolus, quos redemit Christus sanguine suo, quod asserunt baptizatos intendere non debere virtutum disciplinis, nihil illis obesse comessationes, nihil voluptatum affluentiam, insipientes esse eos qui his careant, virgines oportere nubere, filios facere, similiter et viduas iterare quod semel

---

231 Act. 17, 18 **236 sq.** *cf.* Act. 17, 34 Damali] *sic codex unicus veteris versionis (h = Floriacensis s. VII); codd. d, e, g et Vulg. Damaris nomen praebent*

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

228 nobis *om.* QL_1, uobis *Spc.* uidetur ABZ **229** quod eos] quos eos ABZ, eos quos HS *edd.* **230** storico MR **231** scripsit stilo *tr.* OQL_1 **232 sq.** sibi vult hic *tr.* **rm** **233** sibi *om.* β **ad** semiuerbius QAB **235** abiit] alibi MNR **236** ΔIONICIOC N oriopagites M, ariopagita (-gia Q)OQL_1, Areopagites **r** damari OP **arm** **237** uxore] muliere **r** itaque] *add.* quod *Spc.* **d**, *add.* quia Z, utique quod $HSac.$ **238** coetus] quietus M **238 sq.** se uictos *tr.* OQ **240** isti sibi *tr.* OL_1 **241** quod] qui O, quid est quod β **adr** **244** inscipientes AB his] iis **arm**

male virili admixtione expertae sint, etiam si se continere possint errare eas quae nolint iterare copulam?

24. Quid ergo? Placet ut hominem exuentes induamus pecudem et expoliantes Christum vestiamur aut supervestiamur amictus diaboli? Sed cum ipsi doctores gentium ne honestatem quidem cum voluptate copulandam putaverint eo quod pecudem viderentur cum homine includere, nos ut beluinos usus humano infundamus pectori et rationabili menti inscribamus irrationabiles ritus ferarum?

25. Quamquam multa genera sint animantium quae amisso pari concubitu indulgere nesciant et tamquam solitariae vitae aevum exigant, plurima quoque herbis vescantur simplicibus nec alias nisi puro fonte restinguere sitim noverint, canesque videamus frequenter interdicto cibo temperare solitos ut ieiuna fame ora suspendant si imperetur abstinentia, ab hoc igitur revocantur homines quod didicerunt per hominem etiam mutae non praevaricari bestiae?

---

255 *cf.* Hexam. 5, 19, 62; In ps. 118, 19, 13

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

246 admixtione *Apc.HS* **adr**, admistione **m**, ammix- L_1, amix- PZ, amissione (amm- N) L_1*sl. cett.* sunt $OPRac.$ etiam] esset Q **247** nolunt AHS **ad** **250** amictu OQL_1 cum *om.* α ne] non N **252** uidentur $QBac.$ induere β **ad** ut] et **r** **253** humanos $Aac.Z$ infundemus **r** rationali O **254** inscribemus **r** **255** et quamquam PR **256** concubitui O et *om.* Q **257** quoque] quaeque N, quique A **258** alias] -os ABZ **a**, -o HS **dr** puro fonte] *tr.* HS *edd.*, puro amne O sitim restinguere *tr.* **rm** **259** canesque] canes quoque N **m** uideas α **m** **260** solitas $ASac.$ ieiunia Q imperetur] -eatur *Bac.*, -atur $ABpc.HSZ$ **ad** **262** praeuaricare ABZ

26. Quid autem pulchrius abstinentia, quae facit etiam iuventutis annos senescere ut fiat morum senectus? Namque ut redundantia ciborum ac temulentia etiam maturior aetas calescit, ita mitigatur iuventutis ferocitas epularum parsimonia irriguoque fontis. Exterior ignis aquae infusione extinguitur, non mirum si etiam interior aestus corporis fluviali potu refrigeratur; cibo enim flamma alitur ac deficit. Siquidem fenum stipula lignum oleum aliaque huiusmodi alimenta ignis sint quibus pascitur, ea si detrahas vel non suggeras etiam ignis sopitur. Similiter ergo etiam vapor corporis cibo alitur aut minuitur, cibo excitatur, cibo solvitur. Luxuria igitur mater libidinis est.

27. Quid quod naturae conveniens temperantia est atque illi divinae legi quae in ipso rerum ortu omnes fontes potui, fructus arborum esui dedit? Vinum post diluvium iustus ad temptationem sui repperit. Utamur ergo temperantiae naturali cibo utinamque possimus! Sed quia non omnes fortes ideo apostolus ait: *Vino modico utere propter frequentes tuas infirmitates.* Non ergo propter volup-

---

277 sq. *cf.* Gen. 9, 20 sq. 280 1 Tim. 5, 23

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

264 iuuentatis $QRac.BZac.$ 266 iuuentatis $QRac.$ 267 inriguroque *ex* inrigoque R fontis] fonte $Mpc.$, *add.* et β **ad**, *add.* etsi **r** 268 extinguntur $Mac.$ interiora β **ad** 269 refrigeratur] -antur β **ad** cibo — alitur *om. Rac.*, *add. s.* ac deficit $Rm1$, ac deficit cibo enim flamma alitur *tr. P* 270 siquidem] *add.* cum $Asl.Ssl.$ **d** aliaque] aqu(a)e $Mac.R$, atque $Mpc.NOQL_1$ **rm**, ceteraque P 271 elementa $MNQRZ$ sunt OPQ, *om.* L_1 si ea *tr. O* 272 etiam *om.* β *edd.* 273 alitur — cibo (2) *om.* α 274 luxurie BZ 275 quid quod] quidquid (quic-$NQRpc.$) α 276 omnium α **m** 278 ad temptationem sui iustus *tr. O* 279 possumus A

tatem bibendum est sed propter infirmitatem; pro remedio igitur parcius, non pro deliciis redundantius.

28. Denique Helias quem dominus ad virtutis erudie-
285 bat perfectionem ad caput suum collyridam et vas aquae repperit et ideo in virtute escae illius quadraginta diebus ieiunavit. Patres nostri cum mare transirent pedibus, aquam non vinum bibebant. Danihel et Hebraei pueri patrio cibo et aquae potu ille furorem leonum repressit, illi
290 ardentem ignem innoxio videre tactu circa membra sua pasci.

29. Et quid de viris loquar? Iudith luxurioso Holofernis haudquaquam inflexa convivio solo titulo sobrietatis desperatum lacertis virilibus reportavit triumphum, pa-
295 triam obsidione exuit, ducem militiae suis manibus occidit. Exemplum evidens quod et illum terribilem populis bellatorem virum luxuria sua emolivit et hanc feminam temperantia cibi fortiorem viris fecit. Non hic in sexu suo victa est natura, sed in cibo suo vicit. Esther regem superbum

---

284 sqq. *cf.* 3 Reg. 19, 6.8 **287 sq.** *cf.* Ex. 17, 6 **288 sqq.** *cf.* Dan. 1, 12; 14, 30—39 **290 sq.** *cf.* Dan. 3, 20—94 **292 sqq.** *cf.* Iudith 12, 15—13, 10 **299 sq.** *cf.* Est. 4, 16—7, 10

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

283 non] *eras. B, om. AHSZ* **ad** **284** erudibat *R* **285** profectionem *AH* (*S illeg.*) **286** escae] esaye *Mac.* **288** et] e *B* **289** ille] -o *Mac.* leonem *Mac.* **292** luxuriosi *Mpc.* **d** Holofernis] -ni *S*, *add.* caput **d** **293** haudquaquam] aut quaquam *Bac.* (*corr. m1*), haud quamquam *Aac.S*, aut quamquam *Z*, autem quaquam *Hac.*, nequaquam *P* inflexa] -i *NRBac.*, -it *Bpc.AHSZ* **ad** convivio] *add.* delectata *Asl.* **294** desperatis *N* uiribus *MNRAac.BH* portauit *N* **295** manibus suis *tr. O* **297** emolliuerit *O* et — **298** fecit *om. N* **298** hinc *O* **299** cibu *B* vicit Esther] uicta est et β **ad** aester *M*, hester *NP* **r**, ester OL_1

suis inclinavit ieiuniis. Anna octoginta quattuor annos in viduitate sua ieiuniis et obsecrationibus in templo die ac nocte serviens Christum agnovit, quem Iohannes abstinentiae magister, quidam novus terrarum angelus, annuntiavit.

30. O stultum Helisaeum qui silvestribus grumis et amaris pascebat prophetas! Immemorem scripturarum Hesdram qui memoria sua scripturas reddidit! Insipientem Paulum qui gloriatur in ieiuniis si nihil prosunt ieiunia!

31. Sed quomodo non prosunt quibus vitia purgantur? Quae si deferas cum humilitate, cum misericordia, ut Esaias divino spiritu locutus est, *ossa tua pinguescent et eris sicut hortus ebrius.* Pinguescit igitur anima tua virtutesque eius spiritali adipe ieiunii et fructus tui multiplicantur ubertate mentis tuae, ut sit in te sobrietatis ebrietas, sicut illud est poculum de quo ait propheta: *Et poculum tuum inebrians quam praeclarum est.*

32. Sed non illa solum laudabilis quae parca est ciborum temperantia, sed etiam illa quae concupiscentiae. Denique scriptum est: *Post concupiscentias tuas ne eas et a*

---

300 sqq. *cf.* Luc. 2, 37 sq. **302 sq.** *cf.* Mt. 3, 4.11 **305 sq.** *cf.* 4 Reg. 4, 39 **306 sq.** *cf.* 2 Esdr. 8, 2—8 **307 sq.** *cf.* 2 Cor. 11, 27 **311** *Is. 58, 11 **315** *Ps. 22, 5 **319** Sir. 18, 30 sq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

300 ieiuniis inclinauit *tr.* *O* LXXXIIII $MNOQRAB$, LXXX L_1 annis OL_1 **303** magister] *add.* et *P* **rm** **305** elesieum *M* grumis] ramis β **ad**, glumis **r** **307** hisdram *M* sua *O*, suis QL_1, *om.* **arm**, sui *cett.* **d** **308** in *om.* β **adr** **310** si *om.* *N* deferas] diff- $MNPR$, das *O* **311** eseyas *M*, ysaias *O*, isaias *P* spiritu diuino *tr.* β *edd.* pinguescent] -ens *A*, -et *H* **314** sit *om.* *Q* sobrietatis] -tas β **a**, sobria **dr** **316** tuum *om.* $MNOQL_1B$ est *om.* NOQ **318** concupiscentia *Q* **319** ne] non *H*

voluptate tua vetare. Si dederis animae tuae concupiscentiam, gaudio eris inimicis tuis. Et infra: *Vinum et mulieres apostatare faciunt etiam prudentes.* Unde Paulus etiam in ipsis coniugiis temperantiam docet; est enim velut quidam adulter incontinens in matrimonio qui legem apostolicam praevaricatur.

33. Quid autem loquar quanta sit virginitatis gratia, quae meruit a Christo eligi ut esset etiam corporale dei templum, in qua *corporaliter* ut legimus *habitavit plenitudo divinitatis*? Virgo genuit mundi salutem, virgo peperit vitam universorum. Sola ergo non debet esse virginitas quae omnibus in Christo profuit? Virgo portavit quem mundus iste capere ac sustinere non potest. Qui cum ex Mariae nasceretur utero, genitalis tamen saeptum pudoris et intemerata virginitatis conservavit signacula. Itaque in virgine Christus repperit quod suum esse vellet, quod sibi omnium dominus assumeret. Per virum autem et mulierem caro eiecta de paradiso, per virginem iuncta est deo.

34. Quid de altera Moysi Maria loquar quae feminei dux agminis pede transmisit pelagi freta? Quo munere

---

321 Sir. 19, 2 **322 sq.** *cf.* 1 Cor. 7, 5 **328** Col. 2, 9 **332 sqq.** *cf.* In Luc. 2, 57; ep. extra coll. 15, 44 sqq. **338** *cf.* Ex. 15, 20 **338 sq.** feminei dux agminis] *cf.* Verg. Aen. 11, 663

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

320 uoluntate *Nac.* vetare] auertere $OPQL_1$ (*Vulg.*) si dederis] sideris *Mac.*, desideriis ABH, *add.* si *Asl.*, delitiis desideriis Z (*S illeg.*) **321** mulier O **322** prudentes] sapientes H *edd.*, sapientes uel prudentes Z (*S illeg.*) unde] *add.* et N **m** **326** quid] qui Q, quod O, quis L_1 loquitur $NOQL_1$ uirginitas Q gratia] -am R, gloria HS **adr** **327** etiam] eam R, ea P **328** habitabit R **332** ac] aut β **adr** **333** Mariae] matre Z, uirgine mariae H genitalis] -li ABZ, -le HS **ar** **334** signacula] si gula N **336** dominus omnium *tr.* N **338** Moysi] *add.* sorore P **rm** maria moysi *tr.* OQL_1 feminae N

autem venerabilis Tecla etiam leonibus fuit ut ad pedes praedae suae stratae impastae bestiae sacrum deferrent ieiunium nec procaci oculo virginem nec ungue violarent aspero, quoniam et ipso aspectu virginitatis violatur sanctitas.

35. Denique qua reverentia virginitatis locutus est sanctus apostolus: *De virginibus praeceptum domini non habeo, consilium autem do tamquam misericordiam consecutus a domino.* Praeceptum non habet, consilium habet; non enim praecipitur quod supra legem est sed magis dato suadetur consilio. Nec auctoritas praesumitur, sed demonstratur gratia, nec a quocumque demonstratur sed ab eo qui misericordiam domini meruit. Horum ergo meliora quam apostolorum consilia? Apostolus dicit: *Consilium do*, isti dissuadendum putant, ne qua studeat virginitati.

36. Cuius quantam laudem brevi versiculo propheta expresserit vel potius Christus in propheta debemus cognoscere: *Hortus*, inquit, *clusus soror mea sponsa, hortus clusus fons signatus.* Christus hoc dicit ad ecclesiam quam vult esse virginem sine macula, sine ruga. Bonus hortus virginitas, quae plurimos boni ferat fructus odoris; *hortus*

---

340 Tecla] *cf.* Acta Pauli et Teclae, Acta ap. apocr. 1, 235 sqq.; Hennecke—Schneemelcher 2, 244 sqq.; virg. 2, 3, 19 **341** impastae bestiae] *cf.* De Iac. 2, 9, 42; Verg. Aen. 9, 339; 10, 723 **346** 1 Cor. 7, 25 **357** Cant. 4, 12

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

340 autem *om.* QL_1 thecla ABS **341** stratae $Mpc.OQL_1S$ *edd.*, -ti *cett.* **341 sq.** sacro... ieiunio **r** differunt *Pac.* **345** denique] *add.* de OQL_1 **350** consilio suadetur *tr.* O **351** quocumque] quoquam HZ ab eo] habeo R **353** consilium do] consilio MNR **357** clusus MNR, clausus OQL_1 **arm**, conclusus *cett.* **358** clusus $MNRZ$, conclusus PH, clausus *cett. edd.*

clusus quia undique vallata est muro castitatis; *fons signatus* eo quod virginitas sit fons et origo pudicitiae, quae inviolata custodiat integritatis signacula: in quo fonte imago dei luceat, quia cum munditia corporis congruit etiam puritas simplicitatis.

37. Nec potest dubitare quisquam quod ecclesia virgo sit, quam etiam in Corinthiis despondit apostolus Paulus *virginem castam assignare Christo*. In superiore igitur epistula dat consilium et existimat bonum esse munus virginitatis, ut nullis instantis saeculi turbetur necessitatibus, nulla illuvie coinquinetur, nullis exagitetur procellis; in posteriore sponsor est Christo, quod virginitatem ecclesiae in illius plebis consignare possit integritate.

38. Responde mihi nunc, Paule, qua ratione propter instantem necessitatem des consilium; quoniam *qui sine uxore est, sollicitus*, inquit, *est quae domini sunt quomodo placeat deo*, et addidit: *et mulier innupta et virgo cogitat quae sunt domini, ut sit sancta corpore et spiritu*. Habet igitur murum suum adversus mundi huius turbidines et ideo saepto divinae munita protectionis nullis saeculi flabris inquietatur. Bonum ergo consilium, quia in consilio utilitas est, in praecepto laqueus; consilium invitat voluntarios,

---

368 2 Cor. 11, 2 **369 sq.** *cf.* 1 Cor. 7, 25 sq. **375** 1 Cor. 7, 32 **377** 1 Cor. 7, 34

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

361 clusus $MNRBZ$, clausus OQL_1 **arm**, conclusus (con *Asr.*) *cett.* **362** fit Q **363** qua fronte O, qua fonte L_1 **364** cum] eum Q congruat QR **366** nec] non *Pac.* β **ad** **368** superiori *Apc.* **370** instantis] in tantis O **371** ingluuie N **372** quo P **373** illis R **375** des *om.* M **376** est inquit *tr.* NO **379** aduersum $MOPQRL_1$ β **d** huius mundi *tr.* N turbines $OPQL_1$ *edd.* **380** saepto] sceptro **d** munita diuinae *tr.* QL_1 nulli R fabris $QAac.BZ$ **382** est] *add.* et β **ad**

praeceptum astringit invitos. Si qua ergo secuta fuerit consilium et eam non paenituerit acquisivit utilitatem, si quam vero paenituerit non habet quod accuset apostolum. Ipsa enim de infirmitate sua iudicare debuit et ideo sibi voluntatis suae rea est, cuius graviore quam ferre posset laqueo se ac nodo ligavit.

39. Itaque tamquam bonus medicus, qui et fortibus stabilitatem virtutis conservare cupiat et infirmis salubritatem dare, aliis dat consilium, aliis demonstrat remedium: *Qui infirmus est olera manducet, accipiat uxorem*; qui validior est fortiorem virtutis cibum expetat. Meritoque adiunxit: *Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, et hoc iudicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimonio iungit virginem suam bene facit et qui non iungit melius facit. Mulier vincta est legi quanto tempore vir eius vivit; quodsi dormierit vir eius liberata est, cui vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic manserit secundum meum consilium, puto enim et ego spiritum dei habeo.* Hoc est consilium dei habere: explorare diligenter

---

392 Rom. 14, 2 accipiat uxorem] 1 Cor. 7, 2 **394** 1 Cor. 7, 37—40

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

385 quam] qua $MNOPRZ$ quod] quo P, quomodo O **387** grauiori $MNPR$ potest **m** **389** fortioribus HS **adr** **390** salubritatem] salutem N **392** olera] holera NOH, oleta Q, hedera **m** **393** expetat] expectat $Nac.RAZ$ **d**, expectet BHS **ad** **394** statuit] stat $QL_1Aac.BZ$, *add.* uel statuit $L_1sl.m1$ **395** habens] habet $MNOQR$ β **d** **396** igitur — **397** facit OPL_1, *om. cett.* et *om.* L_1 **397** virginem suam *om.* P **398** vincta] iuncta NQL_1 **d**, alligata P (*Vulg.*) **399** libera ABH **400** permanserit $NOPRHSZ$ *edd.* **401** enim] *add.* quod P **402** habeam P

omnia et quae meliora sunt suadere, quae tutiora demonstrare.

40. Providus ductor multas ostendit vias, ut qua vult unusquisque quam sibi adcommodam arbitratur incedat, dummodo occurat quo possit in castris praetendere. Bona virginitatis via sed sublimis et ardua validiores requirit. Bona etiam viduitatis non tam difficilis ut superior sed confragosa et aspera cautiores exigit. Bona etiam matrimonii plana et directa longiore circuitu ad castra sanctorum pervenit, ea plurimos recipit. Sunt ergo virginitatis praemia, sunt merita viduitatis, est etiam coniugali pudicitiae locus. Gradus singularum sunt et incrementa virtutum.

41. State igitur in corde vestro ne quis vos subruat, ne quis possit subvertere. Docuit nos apostolus quid sit stare hoc est quod Moysi dictum est: *Locus enim in quo tu stas terra sancta est;* nemo enim stat nisi qui fide stat, nisi qui fixus stat sui cordis sententia. Alibi quoque legimus: *Tu autem hic sta mecum.* Utrumque ad Moysen a domino dictum est et: *Ubi tu stas terra sancta est* et: *Hic sta mecum,*

---

417 Ex. 3, 5 **419** Deut. 5, 31

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

403 sunt *om.* α *B* suadere] *add.* et β **adr** **405** doctor β **ad** **407** posset *Mac.* **408** via *om. R* **410** confragora *Aac. B* **411** plena β **ad** et *om.* OQL_1 **413** pudicitiae] iustitiae QL_1 **415** corde vestro] fide uestra *PRpc.* **416** posset *R* **417** tu *om.* *PRABHS* **adr** **420** sta] ista *Q* utrumque] *add.* autem *Q* **421** et (1) *om.* β **adr** est sancta *tr. AB*

hoc est mecum stas si stes in ecclesia. Ipse enim locus est sanctus, ipsa terra fecunda sanctitatis et opima virtutum messibus.

42. Sta ergo in ecclesia, sta ubi tibi apparui, ibi ego tecum sum. Ubi est ecclesia ibi firmissima statio tuae mentis est, ibi fundamentum animi tui, ubi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis; ignis in rubo, ego in carne; propterea ignis ut tibi luceam, ut tuas spinas, ut tua peccata consumam et meam tibi demonstrem gratiam.

43. Stantes ergo in corde vestro lupos fugate ab ecclesia quaerentes praedam tollere. Non sit in vobis desidia, non sit pravum os, lingua amarior. Nolite in concilio vanitatis sedere, scriptum est enim: *Non sedi in concilio vanitatis.* Nolite audire detrahentes de proximis ne dum auditis alios provocemini ut et ipsi derogetis proximis et dicatur unicuique vestrum: *Sedens adversus fratrem tuum detrahebas.*

44. Sedentes detrahunt, stantes autem dominum benedicunt quibus dicitur: *Ecce nunc benedicite dominum, omnes servi domini, qui statis in domo domini.* Qui sedet, ut de corporeo usu loquar, quasi otio⟨so⟩ resolvitur corpore atque

---

434 Ps. 25, 4 **437** *Ps. 49, 20 **440** Ps. 133, 1

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

422 ipsa *P* est *om. P* **423** ipsa] *add.* est $NPOQRL_1$ sanctitatis] *add.* est *MHZ* **425** sta ergo] ista enim *R*, hic sta enim *P*, *add.* uel ista *Psl.*, ista ergo *M* sta ubi] stabi *Rac.*, ubi *PRpc.* tibi] te *N* apparuit *Rac.* **427** tui] *add.* est *H*, *om.* α **428** ignis (2) *om.* *AHS* **ad** **429** ut (2)] et β **adr** **434** sedit *O* consilio *AB* **435** de *om.* β **adr** **436** et ut *tr. Q* **437** aduersum *MNPQR* **440** quibus dicitur *om.* QL_1 **442** otioso **m**, otio α **dr**, otio et β **a** resolvitur] *add.* et **d** corpore] -is *P* **r**, -a *Npc.OR*, *om.* QL_1

intentionem mentis relaxat. Stat autem speculator providus, explorator impiger, pervigil custos, qui praetendit in castris. Bellator quoque strenuus ante expectatum stat in agmine, qui vult adversarii consilia praevenire.

45. Qui stat *videat ne cadat*; qui stat obtrectare nescit, otiosorum enim fabulae sunt quibus obtrectatio seritur, malignitas proditur. Unde ait propheta: *Odio habui congregationem malignorum et cum impiis non sedebo.* Et in tricesimo sexto psalmo quem praeceptis refersit moralibus in principio statim posuit: *Noli aemulari inter malignantes neque aemulatus fueris facientes iniquitatem.* Malignitas plus nocet quam malitia, quia malignitas nec puram simplicitatem habet nec apertam malitiam sed absconditam malivolentiam. Difficilius autem caventur occulta quam quae sunt cognita. Unde et salvator noster a spiritibus malignis cavendum admonet, quod nos blandarum specie voluptatum capiant ceterarumque rerum simulatione, cum ad ambitionem honorem, ad avaritiam divitias, ad superbiam potentiae lenocinia praetendunt.

---

445 sq. ante — agmine] *cf.* Verg. Georg. 3, 348 ante exspectatum positis stat in ordine castris; *cf.* fug. saec. 8, 47 **447** 1 Cor. 10, 12 **449** *Ps. 25, 5 **452** *Ps. 36, 1

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

443 sq. providus] *add.* et O β **ad** **445** expectatum] -us QZ, *add.* praelium **r** **447** obtrectare] detrahere OQL_1 **448** etenim β **449** perditur AB unde] *add.* bene $MOPQRL_1$ **450** in *om.* R **451** XXXVI $MOQRL_1ABSZ$ quem] quae in M refersit] refertus sit A, refert $MNPR$, infersit L_1 **452** nolite HS **d** aemulari] malignari **rm** inter] in N **454** malitiae M **457** spiritalibus α **458** uoluptate Q **459** simulationem AS **d** ad *om.* *Nac.* β **ad** **460** ambitione HZ **ad** honores *Apc.* ad (1) *om.* β *edd.* diuitiis R ad (2) *om.* A

46. Itaque cum in omni actu tum maxime in episcopi petitione abesse debet malignitas, in quo vita formatur omnium, ut placido et pacifico iudicio praeferatur vir omnibus qui eligatur ex omnibus et qui medeatur omnibus, etenim *mansuetus homo cordis medicus* est. Cuius se medicum etiam dominus in evangelio locutus est dicens: *Non opus est sanis medicus sed his qui male habent.*

47. Bonus medicus qui infirmitates nostras suscepit, sanavit aegritudines et tamen iste sicut est scriptum *non se honorificavit fieri summum sacerdotem, sed qui locutus est ad eum* pater dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sicut et alibi dicit: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Qui quoniam typus futurus erat sacerdotum omnium ideo carnem suscepit, ut *in diebus carnis suae preces et supplicationes deo patri cum magna voce et lacrimis offerret et ex his quae passus est, quamvis esset filius, discere videretur oboedientiam, quam nos doceret ut nobis fieret auctor salutis.* Denique consummatis passionibus tamquam consummatus ipse sanitatem dedit omnibus, peccatum tulit omnium.

---

466 *Prov. 14, 30 **467** Mt. 9, 12 **469** *cf.* Mt. 8, 17 **470** Hebr. 5, 5 **473** Hebr. 5, 6 **475** *Hebr. 5, 7—9

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

462 cum *del. M* **463** obesse *Rac.* **464** ut] et ABZ (*S illeg.*) **465** ex] ab *P* **466** est medicus *tr. P* cuius] huius β **adr** **469** suscepit] accepit β **ad** **470** scriptum est *tr. HZ* **473** et *om. S* **d** dicit] dixit *P* tu es *om. S* **474** melhisedec *A*, melchisedec *OR* typus] et plus *MNPR* **475** ut *om. ABZ* **476** et (1)] *add.* u *Bsl.m1*, ut *AZ* **477** his] iis **arm** filius] *add.* dei *HS edd.* discedere *Aac.B* **479** consumatis *M*

48. Ideo et Aaron sacerdotem ipse elegit, ut non humana cupiditas in eligendo sacerdote praeponderaret sed gratia dei, non voluntaria oblatio nec propria assumptio sed caelestis vocatio, ut is offerat munera pro peccatis qui possit affici pro peccantibus, *quia et ipse*, inquit, *gestat infirmitatem*. Non sibi quis honorem debet sumere sed vocari a deo sicut et Aaron, ita et Christus non exegit sed accepit sacerdotium.

49. Denique cum ab Aaron per genus ducta successio generis magis teneret heredes quam iustitiae consortes, propterea ad typum illius Melchisedech, quem in veteri testamento legimus, verus Melchisedech, verus rex pacis, verus iustitiae rex venit; hoc enim habet nominis interpretatio: *Sine patre, sine matre, sine generationis enumeratione, neque initium dierum nec vitae finem habens*, quod et ad filium dei refertur qui matrem in illa divina generatione nescivit, patrem in hoc virginis Mariae partu ignoravit, ex patre solo natus ante saecula, ex virgine sola ortus in hoc saeculo, initium dierum habere utique non potuit qui erat

---

482 *cf.* Num. 17, 8 **485** *cf.* Hebr. 5, 1 **486** *Hebr. 5, 2 **487 sqq.** *cf.* Hebr. 5, 4—6 **492 sqq.** *cf.* fid. 3, 11, 88; sacr. 4, 3, 12; R. Gryson, Melchisédech, type du Christ, Revue théol. de Louvain 10 (1979) 176 sqq. **495** Hebr. 7, 3

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

482 et *om.* Q eligit S **d** **483** elegendo AB sacerdotem β **d** praeponderarit Q **484** oblatio nec] oblatione ABZ **485** his QS **486** et quia *tr. codd.* **d** **487** assumere P **488** et (1) *om.* $NOQL_1$ et ita *tr.* N exegit] ex se β **ad** sed] sibi **a** **490** genus] gens *Oac.Q* **492** melhisedhec M, melchisedec OR, melchisedehc Q (*item l. 493*) **493** pacis] *add.* uenit QHS **adr** **495** generationis enumeratione] generatione (genealogia OQL_1, *Vulg.*) sine numeratione α **496** neque] nec Q nec] neque β et *om.* PQ **497** referatur *Bar.* **498** mariae uirginis *tr.* O **499** ortus] *add.* est P **500** utique *om.* α

in principio. Quomodo autem vitae finem haberet qui vitae auctor omnibus est? Ipse *principium et finis* omnium. Sed refertur et ad exemplum ut tamquam sine patre et sine matre sacerdos esse debeat, in quo non generis nobilitas sed morum eligatur gratia et virtutum praerogativa.

50. Sit in eo fides et morum maturitas, non alterum sine altero sed utrumque in uno cum bonis operibus conveniat et factis. Unde nos apostolus Paulus eorum vult esse imitatores qui per fidem, inquit, et patientiam possident repromissiones Abrahae, qui per patientiam promissae sibi benedictionis meruit accipere et possidere gratiam. Imitatores nos sancti Aaron David propheta debere esse admonet, qui eum inter sanctos domini ad imitandum nobis constituit dicens: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius et Samuhel inter invocantes nomen eius.*

51. Dignus plane vir qui sequendus proponatur omnibus; nam cum dira mors propter contumaces in plebem serperet, medium se inter viventes morientesque obiecit ut mortem statueret ne plures perirent. Vere vir mentis et animi sacerdotalis qui se pro domini grege quasi pastor bonus pio obiceret affectu. Itaque infregit aculeum mortis,

---

502 Apoc. 21, 6 **509 sq.** *cf.* Hebr. 11, 9 **514** Ps. 98, 6 **517 sqq.** *cf.* Num. 16, 1 sqq. **520 sq.** *cf.* Ioh. 10, 11 sq. **521** aculeum mortis] *cf.* 1 Cor. 15, 55 sq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

501 autem *om.* HS **adr** finem uitae *tr.* N **502** sed] sic O **503** et (1) *om.* β **ad** ut tamquam] uitam quam A *Bac.* **505** et *om.* α **507** utraque α conueniant P **508** uult eorum esse *tr.* P **510** habrae A patientia R **512** propheta debere] profetabere *Aac.* **515** invocantes] eos qui inuocant NP, uocantes $ORac.$ **516** proponitur β **ad** **518** obicit β, *corr.* S **519** statueret] sisteret r ne] nec m **521** obiceret] ubicaret R

impetum tenuit, transitum negavit. Pietas meritum adiuvit, quia pro ipsis se obtulit qui resistebant.

52. Discant igitur dissidentes timere domini commotionem, sacerdotes placare. Quid? Dathan et Abiron et Core nonne propter dissensionem hiatus terrae absorbuit? Nam cum instigassent Core et Dathan et Abiron ducentos quinquaginta viros adversus Moysen et Aaron ut separarent se ab his, insurrexerunt illi dicentes: *Satis sit vobis quod tota synagoga omnes sancti et in ipsis dominus.* **53.** Unde iratus dominus locutus est ad omnem synagogam; consideravit et *novit dominus qui sunt eius* et sanctos adduxit ad se et quos non elegit non adduxit ad se. Et iussit dominus, ut eligerent sibi arulas et incensum ponerent Core et omnes qui cum eo insurrexerant adversus Moysen et Aaron sacerdotes domini, ut qui electus esset a domino ipse sanctus confirmaretur inter levitas domini. **54.** Et dixit Moyses ad Core: *Audite me, filii Levi: Num-*

---

525 sq. *cf.* Num. 16, 32 sq. **527 sqq.** *cf.* Num. 16, 1 sqq. **529** Num. 16, 3 **531—537** *cf.* Num. 16, 4—7 **532** 2 Tim. 2, 19 **538** Num. 16, 8 sq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

522 pietatis $MNPRpc.$ **524** domini] deum NOP commotioni *Sac.* **525** sacerdotes] -is NOR, -em Q placere R datanh M et (1) *om.* Q **526** Core] chore $NPHSZ$ **ad**, coreb $MOQR$, choreb L_1 (*item l. 527*) hiatus] -tu Q, habitus *Nac.* absorbuuntur *ex* -uitur Q, absorbuunt L_1, opsorbuit M **527** instigasset $MNPR$ Core — Abiron *om.* O corbet Q dathan et abiron et chore *tr.* P **528** quadraginta N aduersum OPL_1Z separarent se] superarent se R **529** vobis] nobis **d** **530** omnes sancti] omnis s. ABZ, sanctorum est HS **ad** omnes — dominus] et cetera $OQmg.L_1$, *om. Qac.* in PH *edd., om. cett.* ipsis] ipse MNS, *add.* est PHS **adr** **532** sancto R **533** adduxit (2)] -cit O **535** chore $Npc.HSZ$, coreb MOR, choreb L_1 aduersus PR, -um *cett. edd.*

quid hoc pusillum est vobis quod separavit vos deus a synago-
ga Israhel? Et infra: *Quaeritis sacerdotio fungi sic tu et omnis synagoga tua congregata ad deum? Et Aaron quid est quia murmuratis de eo?*

55. Consideratis igitur quae offensionis causae extiterint, quod sacerdotio fungi indigni vellent et propterea dissiderent quod immurmurarent improbantes in sacerdotis sui electione iudicium dei; propterea totum populum metus ingens corripuit, poenae terror involvit universos. Obsecrantibus tamen omnibus ne paucorum insolentia omnes perirent, designantur sceleris rei et a totius populi corpore ducenti quinquaginta cum auctoribus suis separantur viri, immugiens terra in medio plebis scinditur, aperitur in profundum sinus, arripiuntur noxii et ab omnibus mundi huius ablegantur elementis, ut nec aerem haustu nec caelum visu nec mare tactu nec terram contaminarent sepulchro. **56.** Cessavit poena, non cessavit malitia; ex hoc ipso immumuratio exorta populi quod per sacerdotes perisset populus. Qua indignatione dominus perdidisset omnes, nisi

---

540 Num. 16, 10 sq. **546 sqq.** *cf.* Num. 16, 22—35
556 sqq. *cf.* Num. 16, 41—50

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

539 deus uos *tr.* ABZ sinagogis β **adr** **540** Israhel] *add.* et adduxit vos ad se ut ministraretis ministeria tabernaculi domini **rm** **541** tua *om.* QL_1 congregata **rm**, -are PRH **a**, -aris L_1, -ari *cett.* deum] dominum NZ et] *add.* ad QL_1 quid] quis β **d** **542** quia] quod O murmurastis RBZ **543** causa $OPQRL_1$ extiterit $OPQL_1$ *Bac.* **544** indigne *Rac.* **545** dissiderent] dess- R, -runt β **d**, desiderent *Mac.* murmurarent MN **547** corrupuit R terrori AB **549** et — **550** suis *om.* $HSac.$ **d** a *om.* NZ **550** viri] uim Q, *om.* HS **ad** **552** et] ita et *Apc.*, et ita HS *edd.* **553** elementis ablegantur (eleg- *Oac.*) *tr.* OQL_1 **554** terra A **556** murmuratio MN

Moysi et Aaron primo precibus inflexus post etiam obiectu sacerdotis sui Aaron maluisset ingratos maiore veniae pudore donare his quorum abnuebant gratiam.

57. Ipsa prophetissa Maria, quae cum fratribus pede transmiserat freta maris, quia Aethiopissae mysterium adhuc nesciens immurmuraverat adversus fratrem Moysen, leprae maculis inhorruit ut vix tanto absoluta esset contagio nisi Moyses rogasset. Quamvis ad typum synagogae illa referatur admurmuratio quae Aethiopissae id est ecclesiae ex gentibus sacramentum ignorans cottidiano immurmurat et invidet ei plebi cuius fide etiam ipsa exuetur a perfidiae suae lepra, secundum quod legimus *quia caecitas ex parte Israhel contigit donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Israhel salvus fieret.*

58. Et ut advertamus quia in sacerdotibus divina magis quam humana operatur gratia, una ex multis quas Moyses per tribus acceperat et reconderat virga Aaron floruit atque ita divini iudicii munus spectandum in sacerdote populus advertit ac destitit parem sibi humano iudicio vindicare gratiam, qui ante parem sibi praerogativam com-

561 sqq. *cf.* Num. 12, 1—15 **569** Rom. 11, 25 sq. **574 sq.** *cf.* Num. 17, 8

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$) ; *edd.* (= **adrm**)

558 abiectu ABZ **560** his] iis **arm** **562** transmiserat] -ierat β **ad**, -meaverat **m** quia] *add.* ut OQ, *add.* in L_1 aethiopissa QL_1 **563** murmurauerat *Npc.* aduersum OQZ **564** lepra R absoluto *Bac.* **565** moysen β sinagogie A **566** refertur β *edd.* id est *PSsl.* **ar**, istius *cett.* **d**, istius id est L_1 **m** **567** cottidiano] -ne P, quotidie (co- Q) OQL_1 **d** immumurat] *add.* convicio **arm** **568** invidet] -it ABZ, uidet R ipse N exuitur *Zac.* **569** parte] *add.* in P **m** **570** omnes R **573** multis] tribus Q, uirgis L_1 quas] quam HS **ad** **574** recondiderat P **m**, reconded- M **575** sacerdotem AHS **ad** **576** humana AB **577** uendicare β **adr** sibi parem *tr.* α

petere arbitrabatur. Virga autem illa quid aliud ostendit nisi quod numquam sacerdotalis marcescat gratia et in summa humilitate habeat in suo munere commissae sibi florem potestatis vel quia id quoque ad mysterium refertur? Nec otiose prope exitum vitae Aaron sacerdotis hoc factum putamus. Declarari videtur populus senior sacerdotalis longaevae infidelitatis vetustate cariosus quod ultimis temporibus imitatione ecclesiae reformatus in studia fidei et devotionis emortuum iam tot saeculis rediviva gratia florem remittat.

59. Quid autem aliud significatur quod post defunctum Aaron non universo populo sed soli Moysi qui est in sacerdotibus domini imperavit deus ut exuviis Aaron sacerdotis filium eius indueret Eleazarum, nisi ut cognosceremus quod sacerdos sacerdotem consecrare debeat et ipse eum induere vestimentis hoc est virtutibus sacerdotalibus ac tunc, si nihil ei deesse indumentorum adverterit sacerdotalium et apte quadrare omnia, sacris eum adhibeat altaribus? Supplicaturus enim pro populo eligi a domino, probari debet a sacerdotibus, ne quid sit quod in ipso graviter offendat, cuius officium est pro aliorum offensa

---

578 *cf.* Num. 17, 8 590 sq. *cf.* Num. 20, 26—30

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

578 illa *om. N* 580 humanitate *Mpc.* 581 referatur β **adr** 584 longaevae] longae suae *PRpc.* uetustatis *Q* cariosus] cu- *NR*, caliginosus *Z* 585 formatum *Q* fid(a)e OQL_1 586 et *om.* α, *add. Mpc.* 588 aliud] illud *MNPR* **rm** significat *MP* **rm** 590 dominus *ABZ* 591 cognosceremur *R* 592 consecrare sacerdotem *tr.* β **ad** 594 ac] at QL_1 595 quadrare] quadere *Mac.N*, cedere *Mpc.* eum adhibeat *add. sl. post* altaribus *Q* 596 altaribus *om. Oac.*, *add. post* eum *Om1* elegi *A* domino] *add.* et *NO* 597 quid] qui *N*, quis *R* 598 pro] per **d**

intervenire. Neque enim mediocris virtus sacerdotalis est, cui cavendum non solum ne gravioribus flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem, ut sit promptus ad misericordiam, promissum non remordeat, lapsum revocet, compatiatur dolori, mansuetudinem teneat, pietatem diligat, iram repellat vel decoquat, sit quidam lituus plebis excitandae ad devotionem, mitificandae ad tranquillitatem.

60. Vetus dictum est: ‚Assuesce unus esse', ut vita tua quandam picturam exprimat, eandem servans semper imaginem quam acceperit. Quomodo potest unus esse qui nunc iracundia inflammatur, nunc indignatione gravi exaestuat, nunc vultu excandescit, nunc pallore immutatur, per momenta varius et discolor? Sed esto sit naturae irasci aut plerumque causae, hominis est tamen temperare iracundiam, non leonino raptari furore, ut non norit mansuescere, clamores non serere nec acerbare familiare iurgium; scriptum est enim: *Vir iracundus effodit peccatum.* Non est unus duplici corde, non est unus qui se cohibere nescit in iracundia, de quo pulchre David ait: *Irascimini et nolite*

---

606 assuesce unus esse] *hoc dictum alio loco non reperitur* (*cf.* Otto, Sprichwörter 358) **615** *Prov. 15, 18 **617** Ps. 4, 5

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

600 sit flagitiis *tr.* $MNOQRL_1$ **601** promptus] promotus $ABHZ$ **603** dolori] -e MNR, dolenti P, *add.* uel enti *Rsl.* depellat N **604** lituus] *add.* tuba *Nsl.* **605** mitificandae] miri- **m** **608** accepit $Nac.OPQRL_1$ **609** inflammatur] ut flam- Q **611** sit] si β **ad** (*S illeg.*) aut *eras.N* **613** leoni ne *Mac.* ut *om.* β **adr** (*S illeg.*) mansuescere] assuescere *S* **adr** **614** clamores] -is $AHSac.$, -i *Spc.* **adr** aceruare $MNPR$ familiare] -es *O*, familiae *Nac.* iurgio *O* **616** duplice *A* in *om. P* **617** David *om.* α ait] *add.* propheta *P*

peccare. Non iram imperat sed indulget naturae, quam homo praevenire non potest, mitigare potest. Ergo etsi irascimur, affectus noster motum recipiat secundum naturam, non peccatum praeter naturam. Quis enim ferat, si ipse se gubernare non queat qui alios gubernandos receperit?

61. Ideoque apostolus formam dedit quia *episcopum oportet esse irreprehensibilem*, et alibi ait: *Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum*. Nam quomodo conveniunt sibi dispensantis misercordia et cupientis avaritia?

62. Haec posui quae cavenda acceperim, virtutum autem magister apostolus est qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes, qui *unius uxoris virum* praecipiat esse, non quo exsortem excludat coniugii — nam hoc supra legem praecepti est —, sed ut coniugali castimonia servet ablutionis suae gratiam neque iterum ut filios in sacerdotio creare apostolica invitetur auctoritate; habentem enim filios dixit, non facientem neque coniugium iterare.

---

624 1 Tim. 3, 2 **625** Tit. 1, 7 **632** 1 Tim. 3, 2

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**), *Z des. l. 629* aua (*uno folio avulso*)

---

619 praeuehere *P* **622** gubernare se *tr. N* non queat] nequeat **arm** gubernando *ABZac.* recipit QL_1 **624** quia] *add.* et *ABsl.m1 HSZ edd.* quia episcopum] qui apiscopum *R* **625** esse (*add. Bsl.*) oportet *tr.* β *edd.* enim *om. Nac.PR* **629** et *del. N* cupientis] cupiditatis β **ad** auaria *M* **633** exsortem] exhortem *Q*, consortem **d** **634** castimoniae *S* **636** etenim *NPR* **637** dixit] Ð *B*, *om. A* dixit filios *tr. HS edd.*

63. Quod ideo non praetermisi quia plerique ita argumentantur *unius uxoris virum* dici post baptismum habitae, eo quod baptismo vitium sit ablutum quo afferebatur impedimentum. Et vitia quidem atque peccata diluuntur omnia, ut si quis contaminaverit suum corpus cum pluribus quas nulla coniugii lege sociaverit remittantur ei omnia, sed coniugia non resolvuntur si quis iteraverit; culpa enim lavacro, non lex solvitur, nulla enim culpa coniugii sed lex est. Quod legis est igitur non remittitur quasi culpa, sed tenetur quasi lex. Ideo et apostolus legem posuit dicens: *Si quis sine crimine est, unius uxoris vir.* Ergo quia sine crimine est unius uxoris vir, tenetur ad legem sacerdotii suscipiendi, qui autem iteraverit coniugium culpam quidem non habet coinquinati, sed praerogativa exuitur sacerdotis.

---

638 plerique — **639** habitae] *cf.* RAC 3, 1022 **639** 1 Tim. 3, 2 **647** Tit. 1, 6 **650 sq.** *Ambrosius verba canonis III concilii Nicaeni falso interpretatus esse videtur*: μήτε ἐπισκόπῳ μήτε πρεσβυτέρῳ μήτε διακόνῳ μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν. *Qui canon nihil de uxore post prioris mortem habita dixit, sed de subintroductis i. e. viduis vel virginibus, quas presbyteri in domos suas receperunt; quem morem Ambrosius ignorasse videtur, cf.* Hefele-Leclercq I 536 sqq.; 523 n. 1

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**)

---

639 duci Q habitet O **640** baptismo] -um *Nac. Rac.*, -i *Rpc.*, post (per L_1) baptismum QL_1 **642** pluribus] plurimis *Qac.* β *edd.* **643** nullam N sociaverit] sociant O, sociantur N, sibi sociauerit P, sonauerit Q **645** lex solvitur] resol- S **646** remittitur] *add.* igitur Q **647** teneatur AB et *om.* O β **d** **648** quia] qui OQL_1 **649** teneatur β **ad** **650** qui] quia AB quidem] qui **d**

64. Diximus quid legis sit, dicamus etiam quid rationis. Sed prius cognoscamus non solum hoc apostolum de episcopo et presbytero statuisse, sed etiam patres in concilii Nicaeni tractatu addidisse neque clericum quemquam debere esse qui secunda coniugia sortitus sit. Quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, servandam marito fidem, quam ipse priori coniugio non reservaverit? Aut quid interesset inter populum et sacerdotem si isdem astringerentur legibus? Debet praeponderare vita sacerdotis sicut praeponderat gratia; nam qui alios praeceptis suis ligat debet ipse legitima praecepta in se custodire.

65. Quam resistebam ne ordinarer! Postremo cum cogerer saltem ordinatio protelaretur! Sed non valuit praescriptio, praevaluit impressio. Tamen ordinationem meam occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probaverunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit, vis cogentis est, si non deest humilitas competens sacerdotio, ubi causa non haeret, vitium non imputatur.

---

664 sqq. *de propria ordinatione cf.* off. 1, 1, 4; paen. 2, 8, 67 **668** neophytus] *cf.* Con. Nic. can. II; Hefele-Leclercq I 532 sqq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**)

---

652 legi Q **653** cognoscam AB **654** concilii *Spc.* **r**, -io *codd.* **adm** **655** niceno *Mpc.* tractatu $ABSpc.$ **r**, -us *cett.* **adm** **658** quam] quod O, qui NQL_1 **659** reservaverit] ser- $Mac.PQL_1$, seruauit O interesset] esset P inter] in Q **660** isdem] eisdem $Npc.$, hisdem $MPQRL_1$ β **d**, iisdem O **arm** astringeretur β **d** **661** uitam M sacerdotis] pastoris OQL_1 **662** gratiam M **663** legiptima B in se praecepta *tr.* OQL_1 **665** saltem] -im MRL_1, *add.* ut $Mpc.OPQRpc.L_1$ **667** occidentalis $Aac.$ probarunt AB **668** neophytus] neosytus Q, ne offitiis A **669** delatio P vis] uir AB, uirtus **d** **670** non *om.* R

66. Quod si in aliis ecclesiis tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio, quanta cura expetitur in Vercellensi ecclesia, ubi duo pariter exigi videntur ab episcopo, monasterii continentia et disciplina ecclesiae? Haec enim primus in occidentis partibus diversa inter se Eusebius sanctae memoriae coniunxit, ut et in civitate positus instituta monachorum teneret et ecclesiam regeret ieiunii sobrietate. Multum enim adiumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentiae et normam integritatis iuventutem astringat et versantes intra urbem abdicet usu urbis et conversatione.

67. Hinc illi processerunt viri, Helias Helisaeus Iohannes Elisabeth, qui pelliciis tunicis et caprinis exuviis induti inopes atque egentes angustiis et doloribus afflicti in solitudinibus errabant inter alta et condensa montium, invia rupium, speluncarum horrida, fovearum vadosa, quorum conversatione dignus orbis terrarum non erat. Hinc illi Danihel Ananias Azarias Misahel, qui in aula regia pascebantur, ieiunio alebantur tamquam in desertis cibo aspero potuque obvio; meritoque regii servuli regnis praevaluerunt et captivitatem decusso iugo contempserunt,

---

676 Eusebius] *cf. l. 699 sqq.* **683 sqq.** *cf.* 3 Reg. 19, 4; Mt. 3, 1; Luc. 3, 2 **684** *cf.* Mc. 1, 6; 4 Reg. 1, 8 **689 sqq.** *cf.* Dan. 1, 6 sqq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**)

---

673 expetitur] *add.* uel di *Psl.* **677** conuinxit *Q* **678** et *om. O* **679** etenim *MN* **680** et] *add.* ad **m** **681** conuersantes *P* adducet *N* **683** elias eliseus *AB* **684** Iohannes Elisabeth] iohelisabet (ióh el. *B*) hoc *AB*, Elisabeth *del. R*, *om. P* **r**, *add.* hoc *H*, *add.* hi **d**, *add.* hinc *S*, *add.* al. hi *Ssl.* pelliceis *Mpc. Q* **arm**, -ii *P* capris *Aac.* **685** et *om. O* **687** horrea *MNR* **688** uersatione *N* orbi *AB* non erat orbis terrarum *tr. O* **689** Danihel *om. N* misael *M* **691** regi **r** **692** captivitatem] -is α *Aac.*, -es *Apc.B* discusso *Mpc.*

potestates subegerunt, elementa vicerunt, naturam ignis extinxerunt, hebetarunt flammas, obtuderunt aciem gladii, strinxerunt leonum ora, et ubi infirmiores fieri aestimabantur ibi fortiores reperiebantur; non refugiebant ludibria humana qui caelestia sperabant praemia, non horrebant tenebras carceris quibus aeterni luminis refulgebat gratia.

68. Hos secutus Eusebius sanctus exivit de terra sua et de cognatione sua et domestico otio peregrinationem praetulit. Pro fide quoque exilii dura praeoptavit atque elegit coniuncto sibi sanctae memoriae Dionysio qui posthabuit imperatoris amicitiam exilio voluntario. Itaque memorabiles viri circumdati armis, vallati exercitu cum raperentur de ecclesia triumphabant de imperio, quia contumelia terrestri mercabantur mentis fortitudinem, regni potentiam, quibus militaris manus, armorum strepitus extorquere non potuit fidem, subegerunt bestialis animi feritatem

---

699 sqq. *Eusebius Vercellensis et Dionysius Mediolanensis ab imperatore Valente in exilium expulsi sunt, quod in synodo Mediolanensi a. 355 habita Athanasii condemnationi subscribere recusaverunt, cf.* Paredi, Il prefazio di S. Dionisio 341 sqq.; Athanas. hist. arian. 33—35; Hilar. CSEL 65, 186 sq. **699 sq.** *cf.* Gen. 12, 1

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**)

---

693 potestatem O subegerunt] subig- *Mac.R*, subierunt N conuicerunt N ignis] -em P, *add.* aut OQ **694** extinserunt M hebetarunt] -auerunt OL_1, euitauerunt (et eui- H) β **ad** **695** ora leonum *tr.* QL_1 fieri *om.* P existimabantur N, aestimantur Q, exsti- S **697** quia N **698** refulgebant R **699** esebius B **700** et (2)] *add.* de $MNOQRL_1$ **701** pertulit O **702** dyonisio N (*sim. semper*) **705** ecclesia] -ae *Mac.*, *add.* maiore *Asl.HS edd.* contumelie P **706** terrestria *Apc.* mercabantur *om.* α fortitudinem $PRpc.S$, -e $MNOQL_1ABH$, *add.* praeponebant P, *add.* et **d** **706 sq.** potentiam] -a $OAac.$, *add.* contempnentes P **707** militaris manus] militaris manum B, militaris marum *Aac.*, militaris *Apc.* **ar**, militarium (-rim *Hac.*) manus (*om. Sac.*) HS **d** **708** fide Q subigerunt *Mac.NP*, subierunt R

quae nocere sanctis nequivit. *Ira enim regis ira leonis* ut in Proverbiis habes.

69. Confessus est victum se esse qui rogabat ut mutarent sententiam, sed illi validiorem calamum suum ferreis gladiis arbitrabantur. Denique vulnerata est perfidia ut occideret, non est vulnerata sanctorum fides, non desiderarunt patrium sepulchrum quibus reservabatur caeleste domicilium. Erraverunt toto orbe *ut nihil habentes et possidentes omnia*. Quocumque missi essent locus deliciarum putabatur; neque enim illis quicquam deerat quibus locuples fides abundabat. Denique locupletabant alios ipsi inopes ad sumptum, opimi ad gratiam. Temptabantur sed non mortificabantur in ieiuniis, in laboribus, in custodiis, in vigiliis. Evaserunt de infirmitate fortes. Non expectabant deliciarum illecebras quos saginabat fames, non adurebat eos torrida aestas quibus refrigerabat aeternae spes gratiae, non frangebant glacialis plagae frigida quibus ferventi spiritu vernabat devotio, non verebantur vincula hominum quos Iesus solverat, non desiderabant redimi a morte qui praesumebant a Christo resuscitari.

---

709 *Prov. 19, 12 **712** calamum] *quod Athanasii condemnationi subscribere noluerunt* **716** 2 Cor. 6, 10 **721** *cf.* 2 Cor. 11, 27 **722** *cf.* Hebr. 11, 34

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**)

---

709 nequit *S* **712** ferreis] funeis *N* **714** occiderit *QRac.* desiderarunt] -auerunt *O*, deserarunt *Aac.B*, deserarerunt *Apc.*, deseruerunt *H*, destruerunt desiderarunt (?) *S* (*partim illeg.*) **715** seruabatur α **716 sq.** omnia possidentes *tr. R* **717** quocumque] que- *Rac.*, quacumque *Rpc.P* **718** fides locuples *tr.* **arm** **719 sq.** as sumptum *N* **720** opimam *A* **721** in (1) *om. AB* **722** expectabant] -auerunt *OQ*, expetebant *Ppc.*, expetiuerunt L_1 **723** saginabant *Mac.* adurebant β **a**, adurerebant **d** **724** estatis *NRac.* β **ad** quibus] quos *PRpc.* **adr** aeterna *MNOQRac.*L_1 gratiae] gloriae *PRsl.m1* **r** **725** frangebat *N* β **ad** glaciales *Mac.NR* frigida] frigora *OQ*L_1 **r**, frigiditas β **d**

70. Denique sanctus Dionysius exegit votis ut in exilio vitam poneret, ne regressus confusa institutis et usu infidelium studia plebis aut cleri inveniret, meruitque hanc gratiam ut pacem domini tranquillo affectu secum referret. Itaque ut Eusebius sanctus prior levavit vexillum confessionis, ita beatus Dionysius in exilii locis propiore martyribus titulo vitam exhalavit.

71. Haec igitur patientia in sancto Eusebio monasterii coaluit usu et durioris observationis consuetudine hausit laborum tolerantiam. Namque haec duo in attentiore Christianorum devotione praestantiora esse quis ambigat, clericorum officia et monachorum instituta? Ista ad commoditatem et moralitatem disciplina, illa ad abstinentiam assuefacta atque patientiam; haec velut in quodam theatro, illa in secreto, spectatur ista, illa absconditur. Ideo bonus athleta ait: *Spectaculum facti sumus huic mundo.* Dignus sane qui spectaretur ab angelis, cum luctaretur ut ad bravium Christi perveniret, cum certaret ut in terris vitam angelorum institueret, in caelo nequitiam angelorum refelleret; colluctabatur enim nequitiis spiritalibus. Merito mundus eum spectabat ut mundus imitaretur.

---

729 sqq. *cf. Proleg. II 2.2.42* **744** 1 Cor. 4, 9 **746** bravium] *cf.* 1 Cor. 9, 24

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**)

---

729 ut *om.* Q excilio B **730** ponere Q et] seu MN **arm**, set *Rac.* **734** exiliis *Aar.B* **d** propiore (-priore *Aac.BSac.*, -ri **r**) β **adr**, priore MNR, priori OQL_1 **m**, prioribus aequali P martyrii OQL_1 **735** vitam *om.* β exaluit *Mac.NRac.* **736** in *om.* QL_1 **738** attentiore] -i P, anteriori N **740** ista] ita N commoditatem] comitantem *Bac.*, comitatem $ABpc.HS$ **ar**, communitatem **d** **743** spectatur] exp- NPR, -abatur H illa (2) *om.Mac.NPR* **744** adhleta Q huic *om.* O mundo] *add.* et angelis **rm**, *add.* et angelis et hominibus OQL_1 **745** quis *Aac.B* **746** Christi bravium *tr.* **arm** **749** mundus (2) *om.* O

72. Haec ergo vita in stadio, illa in spelunca, haec adversus confusionem saeculi, illa adversus carnis appetentiam, haec subiciens, illa refugiens voluptates corporis, haec gratior, illa tutior, haec se ipsam regens, illa semetipsam coercens, utraque tamen se abnegans ut fiat Christi, quia perfectis dictum est: *Qui vult post me venire abneget seipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me.* Sequitur ergo Christum qui potest dicere: *Vivo autem iam non ego, vivit autem in me Christus.*

73. Negabat se Paulus cum sciens quia vincula et tribulationes eum manerent in Hierusalem voluntarius se offerret periculis dicens: *Nec facio animam cariorem mihi, dummodo consummem cursum meum et ministerium verbi quod accepi a domino Iesu.* Denique circumstantibus plurimis, plorantibus et obsecrantibus non reflexit animum; ita fides prompta durus sui censor est.

74. Haec ergo dimicat, illa se removet, haec illecebras vincit, illa refugit, huic mundus triumphatur, illi exultat, huic mundus crucifigitur vel ipsa mundo, illi ignoratur, huic plura temptamenta et ideo maior victoria, illi infrequentior lapsus, facilior custodia.

---

750 *cf.* 1 Cor. 9, 24 **755** Mt. 16, 24 **757** Gal. 2, 20 **761** Act. 20, 24 **768** *cf.* Gal. 6, 14

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**)

---

751 adversus (1)] OP, -um *cett. edd.* adversus (2)] -um QL_1 appetentiam] ad penitentiam *Mac.Q*, impetentiam L_1 **752** corporis uoluptates *tr. P* **753** ipsa N semetipsa N **756** semetipsum OL_1 sibi *om. O* **758** autem iam non *om.* **r** autem] uero P **rm** **760** eum] ei $MNPR$ **761** animam] *add.* meam α **rm** **762** consumem *Npc.R* **d** **764** plurimis] populis **d** flexit PR **765** durus OQ, dura *cett.* **767** refuit R, *om.* L_1 triumphator *Aac.* **769** plurima OQL_1 magior *Aac.*

75. Denique ipse Helias ut confirmaretur verbum oris eius missus est a domino ut se ad torrentem absconderet Chorrat. Minabatur Achab, minabatur Iezabel, timuit Helias et exsurrexit et iterum in virtute escae intellegibilis quadraginta diebus ambulavit et quadraginta noctibus usque ad montem Choreb et introivit in speluncam et requievit ibi et sic postea missus est ut ungeret reges. Duratus igitur ad patientiam est solitudinum incolatu et tamquam pastus ad virtutis adipalem agresti alimento processit fortior.

76. Iohannes quoque in deserto adolevit et constantiam illic prius exercuit ut postea regem increparet.

77. Et quia de sancti Heliae habitatione deserti nomina locorum non otiosa quasi feriati praeterivimus, quid significent repetendum videtur. Missus est Helias ad tor-

---

772 sq. *cf.* 3 Reg. 17, 3 **773 sqq.** *cf.* 3 Reg. 19, 1—16 **781** *cf.* Luc. 3, 2

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S$); *edd.* (= **adrm**), *A des. l. 782* exercuit (*duobus foliis avulsis*), *itemque H et Vat. 6023 (s. XII) et Havniensis fol. 22 (s. XV)*

---

771 ut *om. AB* infirmaretur *N* **772 sq.** chorad absconderet *tr. O* **773** Chorrat] -ad *QRABSac.*, chorad *OHSpc.* **d**, corad L_1, carith *P*, charith **a**, Chorath **r** ahab *P*, Achas **d** Iezabel *NOPHS*L_1 *edd.*, zez*cett.* elias *A* **774** exsurrexit] esur- *ABpc.*, sur- *QL*$_1$*Bac.HS* **d** **775** noctis *Mac.* **776** Choreb] coreb *O*, oreb *R* β **ad**, dei horeb *P*, Horeb **r** **777** reges ungeret *tr. P* **778** solitudinum] -inis *P*, -em *Sac.* **779** uirtu est **d** adipem *OQL*$_1$ 781 adolevit] *add.* et dominum baptizauit *Asl.HS* **adm** constantiam] conscientiam β **ad** **782** postea] posteriori *N* **783** quia] qui *P* **784** praeteribimus *Mac.N Rac.* **785** significent *OPQL*$_1$ **rm**, -et *cett.* **ad**

rentem Chorrat, ibi eum corvi alebant, mane panem afferebant, ad vesperam carnes. Non immerito mane panis afferebatur qui *confirmat cor hominis*. Quo enim cibo nisi mystico aleretur propheta? Ad vesperam caro ministrabatur. Intellege quae legis, quia Chorrat intellectus est, Choreb omne cor vel quasi cor dicitur, Bersabee quoque puteus septimi aut iuramenti latina interpretatio est.

78. Primum Helias in Bersabee concessit ad sanctae legis mysteria divinique iuris sacramenta, postea ad torrentem mittitur, ad illum fluminis impetum qui *laetificat civitatem dei*. Utrumque advertis unius auctoris testamentum. Vetus scriptura quasi puteus profunda et obscurior, unde cum labore haurias, non plena, quia adhuc qui impleret eam non venerat. Denique postea ait: *Non veni legem solvere sed*

---

786 Chorrat] *cf.* 3 Reg. 17, 3 corvi] *cf.* 3 Reg. 17, 4.6 **788** Ps. 103, 15 **790** Chorrat intellectus est] *cf.* fug. saec. 6, 34 (= cognitio); *cf.* Hier. Hebr. nom., CC lat. 72, 110, 16: Charith diuisio siue cognitio **791** Choreb — cor] *al. interpr.* fug. saec. 6, 34: fugit ad montem Choreb, quod significat exsiccationem, *item* Hier. Hebr. nom. 77, 18: Oreb ardor siue siccitas aut coruus uel solitudo, *sim.* 101, 13 **791 sq.** Bersabee — septimi] *cf.* Hier. Hebr. nom. 62, 20: Bersabee puteus satietatis uel puteus septimus, *item* 103, 3 **792** iuramenti — est] *Ambrosius confundit Bersabee nomen cum nomine Bethsabee, cf.* Hier. Hebr. nom. 110, 5: Bethsabee filia iuramenti **795** Ps. 45, 5 **799** Mt. 5, 17

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= BS); *edd.* (= **adrm**)

---

786 chorrad MQ β, chorad O **d**, chorath P **r**, corad L_1, charith **a** (*sim. l. 790*) alebant corui *tr. O* **787** vesperam M β **adr**, -um *cett.* **789** uesperum PL_1 **m** **791** coreb RL_1, chorreb S, oreb **a**, Horeb **r**, chorad **d** vel *om.* NRS **adr** bersabe BS **adr** quoque] quippe N **792** septimus P iuramenti] *add.* uel satietatis *Psl.* **793** Bersabee] -e est S **adr** **794** diuinaque N **795** mittatur *Bac.* **796** utrum qui S **797** et] atque **arm** **798** plenam β **adr**

implere. Ideo ad fluvium transire sanctus a Christo iubetur, quoniam qui de novo testamento biberit non solum flumen sed etiam *flumina de ventre eius fluent aquae vivae*, flumina intellectus, flumina cognitionis, flumina spiritalia, quae tamen perfidiae aruerunt tempore, ne sacrilegi biberent, potarent perfidi.

79. Ibi prophetam domini agnoscebant corvi quem Iudaei non agnoscebant. Pascebant corvi quem genus regale illud et nobile persequebatur. Quae est Iezabel quae persequebatur, nisi synagoga vane fluens, vane abundans scripturis, quas neque custodit neque intellegit? Qui corvi pascebant nisi quorum pulli eum invocant, quorum *iumentis dat escam*, ut legimus, *et pullis corvorum invocantibus eum*? Sciebant illi corvi quem pascerent, qui iuxta intellectum erant et ad illum cognitionis sacrae fluvium escam vehebant.

80. Pascit prophetam qui intellegit, qui custodit quae scripta sunt. Dat ei sucum fides nostra, dat ei alimentum noster profectus; mentes ille nostras sensusque pascitur, in

---

800 *cf.* 3 Reg. 17, 3 **802** Ioh. 7, 38 **807** *cf.* 3 Reg. 17, 6 **811** Ps. 146, 9

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= BS); *edd.* (= **adrm**), Z *inc. l. 803* quae

---

800 adimplere OQL_1 sanctos N **801** flumen] *add.* est $OPQRL_1$ β **adr** **802** etiam *om.* R β flumina *om.* M **803** cognitionis] cogitationis α **m** (*cf. l. 814*) **808** zezabel R β **808 sq.** quae persequebatur *om. Bac.* **810** scripturas *Nac.* corvi] *add.* qui OQL_1 **812** pupilli *Bac.* **814** et *om.* **dm** cogitationis Q, cognationis L_1 sacrae cognitionis *tr.* O **817** dat ei sucum] date s. *Rac.*, da te s. *Rpc.*, date (da te Z **d**) ipsum cum (*add.* iam S) β **d**, da te cum *Spc.*, da te ipsum ei cibum **a** dat (2) *om.* **a** **818** noster profectus] non erit profectus (per- Z) SZ **ad** mentes — sensusque] mentes *om.* R, ille nostro sensu P, ille sensu nostro **r** pascit OQL_1

nostro sermo eius intellectu epulatur. Damus ei mane panem qui in lumine evangelii positi conferimus ei nostri firmamenta cordis. His alitur, his viget, his ieiunantium replet ora, quibus Iudaeorum perfidia nullum fidei cibum subministrabat. Ieiunus est illic omnis sermo propheticus cuius adipem interiorem non vident, exesus et tenuis, qui impinguare eorum fauces non potest.

81. Fortasse ideo ad vesperam carnes quasi fortiores cibos, quos infirmi ingenio Corinthii non poterant sumere et ideo lacte potabantur apostolico. Esca ergo fortior ad vesperam mundi huius deferebatur, mane panis. Et ideo quia dominus hanc ministrari mandavit alimoniam, bene illud propheticum dici ei hoc loco convenit: *Exitus matutinos et vesperis delectabis*, et infra: *Parasti cibum illorum quia ita est praeparatio eius.*

82. Sed satis de magistro dictum puto; nunc discipulorum vitam persequamur qui in illam se laudem induerunt,

---

819 mane] *mane corvi Heliae prophetae panem apportaverunt, cf.* 3 Reg. 17, 6 **826** *cf.* 3 Reg. 17, 6 **828 sq.** *cf.* 1 Cor. 3, 2 **831** Ps. 64, 9 **832** Ps. 64, 10

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $BS[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

819 sermone *Rpc.* mane *om.* *NS* **d** **820** inluminet *Mac.N* **821** ieiunantium] ieiuna (-i *Z*) diu OQL_1 β **adr** **823** subministrat **adr** illic] illis *S* **ad** **824** tenuis] *add.* perfidis β **d** **826** ideo] *add.* deferebant *Ssl.* **arm** **829** uesperum *MNPR* **830** ministrare *N* **831** ei] ex **d** exitu **ar** **831 sq.** matutinos et vesperis] -ni et uesperi (-re *P*) $OPQL_1$, *add.* uel nos *et* uel ris *Psl.*, -nis et -ris **d**, -no et -re **arm** **832** delectaberis **d** **833** quia] quoniam *P* **835** prosequamur *O* quia β **adr** in *om.* OQL_1 illa se laude *tr. O*

hymnis dies ac noctes personant. Haec nempe angelorum militia est: semper esse in dei laudibus, orationibus crebris conciliare atque exorare dominum, student lectioni vel operibus continuis mentem occupant, separati a coetu mulierum sibi ipsi invicem tutam praebent custodiam. Qualis haec vita in qua nihil sit quod timeas et quod imiteris plurimum adest? Ieiunii labor compensatur mentis placiditate, levatur usu, sustentatur otio aut fallitur negotio, non oneratur mundi sollicitudine, non occupatur alienis molestiis, non urgetur urbanis discursibus.

83. Huic vel servando vel edocendo muneri advertitis qualis adhibendus magister sit, quem reperire possumus si vestra unanimitas aspiret, si vos donetis invicem vobis, si quis ab altero se laesum putat. Non enim haec sola est forma iustitiae, ut non laedas eum qui te non laeserit, sed etiam illa ut etiam ei remittas qui te laeserit. Laedimur plerumque fraude alterius, dolo proximi: numquid hoc virtutis putamus ut dolum ulciscamur dolo, fraudem referamus fraudibus? Etenim si iustitia virtus est, crimine debet vacare nec improbitatem improbitate refellere; quae enim

---

848 *cf.* Eph. 4, 32

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $BS[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

836 hymnos *P* die ac nocte OQL_1 nempe] namque *P* 837 semper] super *P* 838 deum *O* lectioni] -e $MR\beta$ 839 a] ac *Sac.* 840 inuicem ipsi *tr.* QL_1 tutam] uitam *S* **a**, uitae **d** praebet **d** 843 aut — 844 sollicitudine *om. N* 846 hinc *S* aduertis β **d** 848 unianimitas *Mac.R* 849 laesum] *add.* non *P* **dr** putet **d** 849 **sq.** forma iustitiae est *tr. P* 850 non (2) *om.* QL_1 851 etiam (2) *om.* OQL_1 853 uirtutem *O* refellamus OQL_1 854 si *om.* α est] *add.* a *P* 855 nec *om.* α improbitatem improbitate] *tr.* *MN*, probitate inprobitatem OQL_1, improbitate *om. PR* repellere OL_1

virtus hoc a te fieri quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis, non ultio est; nihil autem interest cui malefacias, utrum iusto an iniusto, cum te malefacere non oporteat, neque distat quomodo malignus sis, utrum vindicandi studio an voto nocendi, cum malignitas in utroque genere non careat reprehensione. Nam malignum esse ab iniusto nihil distat, ideoque tibi dictum est: *Noli malignus esse inter malignantes neque aemulatus fueris facientes iniquitatem*, et supra idem dixit: *Odio habui congregationem malignantium*. Omnes utique complexus est, nullum excepit; malignitatem tenuit, non causam interrogavit.

84. Quae autem melior forma quam iustitiae divinae? Dicit enim dei filius: *Diligite inimicos vestros*, et iterum dicit: *Orate pro calumniantibus et persequentibus vos*. Eo usque perfectis studium adimit ultionis ut laedentium caritatem imperet. Et quoniam in veteri scriptura dixerat: *Mihi vindictam, ego retribuam*, in evangelio ait orandum pro his qui laeserint, ne in eos vindicet qui vindicandum promisit; vult enim ex tua dimittere voluntate, in quo ex sua convenitur promissione. Quod si vindictam requiris, habes quia iniustus amplius suis punitur opinionibus quam iudiciariis severitatibus.

---

862 *Ps. 36, 1 864 *Ps. 25, 5 868 sq. Mt. 5, 44 872 *Deut. 32, 35; Rom. 12, 19

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $BS[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

856 hoc] haec **m** 858 an iniusto *om. Sac.* 859 oportet *Bac.Zac.* utrum] *add.* iusto **r** 861 malignu *R* 862 dictum est tibi *tr. SZ* **d** tibi *om.* **ar** 864 dixit] ait *P*, *om. SZ* **adr** odio habui] odiui *O* 865 malignantem *O* 868 filius dei *tr. P* 869 persequentibus et calumniantibus *tr. P* **rm** 870 ut] et *Bac.Q* 871 imperet] impleret $MNOPQac.RL_1$ dixit *OS* 872 vindictam] *add.* et **arm** retribuam] *add.* et β **ad** 875 suam *N* 876 suis *om. Bac.*

85. Et quoniam nemo potest esse sine aliquibus adversis, id agamus ne nobis nostro vitio adversa accidant. Nemo enim gravius alieno condemnatur iudicio quam insipiens suo, qui sibi est auctor malorum. Unde molesta et plena contentionis declinemus negotia, quae neque fructum habent et impedimentum afferunt. Quamquam id agere debemus ne nos arbitrii nostri paeniteat aut facti, prudentis est enim prospicere ne frequenter eum paeniteat sui; numquam enim paenitere solius est dei. Quis vero iustitiae fructus nisi mentis tranquillitas? Aut quid est iuste vivere nisi cum tranquillitate vivere? Qualis forma fuerit domini talis totius domus est status. Quod si domi quaeruntur ista, quanto magis in ecclesia ubi et dives et pauper, *servus et liber*, *Graecus et Scytha*, honoratus et plebeius, *omnes in Christo unum sumus.*

86. Nemo praesumat, quia dives est, plus sibi deferendum. Ille est dives in ecclesia qui fide dives est, fideli enim totus mundus divitiarum est. Quid mirum si mundum fidelis possidet, qui possidet Christi hereditatem, quae pretiosior est mundo? *Sanguine pretioso redempti estis,*

890—892 *Col. 3, 11 897 1 Petr. 1, 19

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $BS[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

878 quoniam] quia *O* 879 agimus *Rac.* vitio] iudicio **r** accedant β **ad** 880 condemnatur] -ari β **adr**, *add.* potest *S* **adr** inscipiens *BSac.* 881 auctor est *tr. P* 882 quae] quem *R* 884 debeamus OQL_1 886 enim] autem β **adr** 887 iuste *om.* **d** 889 querentur *R* 890 et (1)] *om. PR*, est **d** 891 scita *R*, scyta *N*, scriba *Sac.* **d** plebeius] plebs eius *R* omnes *om. N* 894 dives (1)] *add.* qui pauperi non sibi diues est *B* ecclesia] *add.* qui pauperi non sibi diues est in ecclesia *SZ* **adr** qui fide] quidem fidelis *S* **adr** 895 divitiarum] dili- *N*, -ae **d** quid] *add.* enim β **ad**

omnibus utique non solis pecuniosis dictum est; sed si vultis divites esse sequimini dicentem: *Sancti in omni conversatione estote*. Non divitibus dicit sed omnibus, quia sine discrimine personarum iudicat, ut bonus testis eius apostolus dicit. Et ideo non in remissione, non in fastidio, non in exaltatione cordis, sed *in timore*, inquit, *hoc incolatus vestri tempus conversamini*. Tempus accepistis in hac terra, non perpetuitatem; quasi tempore utimini qui sciatis vos migraturos.

87. Nolite in divitiis confidere quia omnia illa hic relinquentur, sola vos comitabitur fides. Erit sane etiam iustitia comes, si fides praevia sit. Quid vos palpant divitiae? *Non auro vel argento*, non possessionibus, non sericis vestibus, *de vana vestra conversatione redempti estis, sed pretioso sanguine Christi Iesu*. Ille ergo dives est qui fuerit heres dei, Christi coheres. Noli pauperem contemnere, ille te divitem facit. Noli egentem fastidire; *iste pauper clamavit et dominus exaudivit eum*. Noli inopem refutare; et

---

899 1 Petr. 1, 15 **903** 1 Petr. 1, 17 **910—912** 1 Petr. 1, 18 sq. **913** heres — coheres] *cf.* Rom. 8, 17 **914** Ps. 33, 7

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $BS[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

898 solum Z pecuniosis] preciosis N sed *om.* OQL_1 si *om.* β **adr** **900** non] *add.* solis **m** quia] qui N **901** discrimine] crimine N, discretione P bonis N, -i M **903** in (1) *om.* Q exultatione NL_1 incolatu **d** **904** tempus (1)] tempore $OPQL_1$ **rm**, temporis **d** accepistis] *add.* et Q hac in *tr.* **ar** **905** quasi] ipsi **rm** tempore utimini] tempus utamini **ar** scitis OQL_1 **908** reliquuntur β **adr** **909** iustitiae *Bac.* **910** vel] non OQL_1 siricis N **912** iesu christi *tr.* OQL_1 **913** heres] heredes NR dei] christi Q Christi] *add.* autem OQL_1 coheres christi *tr.* P coheredes R **914** diuitem te *tr.* O **915** clamavit] *add.* ad dominum β **ad** refutare inopem *tr.* α

Christus pauper factus est cum dives esset, sed propter te pauper factus est ut te inopia sua divitem faceret. Noli quasi dives te attollere, sine pecunia misit apostolos suos.

88. Denique primus eorum dixit: *Argentum et aurum non habeo.* Gloriatur in paupertate quasi refugiat contaminationem. *Argentum*, inquit, *et aurum non habeo*, non: aurum et argentum; nescit ordinem qui nescit usum. *Argentum et aurum non habeo*, sed fidem habeo; satis dives sum in nomine Iesu *quod super omne nomen est.* Argentum non habeo sed nec requiro, aurum non habeo sed nec desidero, sed habeo quod vos divites non habetis, habeo quod pluris esse etiam vos arbitremini et dono pauperibus, ut in nomine Iesu dicam: *Convalescite manus remissae et genua dissoluta.*

89. Sed si vultis divites esse estote pauperes. Tunc eritis per omnia divites si fueritis pauperes spiritu; non census divitem sed animus facit.

---

916 Christus — **917** faceret] *cf.* 2 Cor. 8, 9 **919** *Act. 3, 6 **924** Phil. 2, 9 **928** *Is. 35, 3 **931** pauperes spiritu] *cf.* Mt. 5, 3

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $BS[Z]$); *edd.* (= **adrm**), AH *inc. l. 931* non

---

916 pauper — **917** est] propter te pauper factus est quum esset dives **r** **921** non (2) *om. P* **922** ordine **r** usu *P* **r** **923 sq.** dives sum] diuersum *N* **924** omne nomen] omnem n. *N*, omnem hominem β **d** **926** non (*om. Sac.*) diuites *tr.* β **927** plures *Mac.* et *om.* β **adr** **930** si *om. Rac.* β **adr** **932** cessus *Q*

90. Sunt qui se humiliant in multis divitiis et recte ac prudenter; satis enim dives omnibus naturae lex est, cui cito invenias quo abundet; cupiditatibus autem omnis divitiarum abundantia inopia est. Denique nemo pauper nascitur sed fit. Non ergo naturae paupertas sed opinionis est, ideoque cito invenitur dives naturae, difficile cupiditati. Etenim quo plus unusquisque acquisierit plus sitit et quasi quadam inardescit ebrietate cupiditatum suarum.

91. Quid quasi necessarium quaeritis cumulum divitiarum? Nihil tam necessarium quam cognoscere quid non sit necessarium. Quid in carnem retorquetis excusationem? Non corporis venter insatiabilem sed mentis avaritia facit. Numquid caro spem futuri abstulit, numquid caro spiritalis gratiae suavitatem ademit, numquid caro fidem impedivit, numquid caro tamquam furiosis dominis vanis opinionibus adiudicavit? Plus amat caro moderatam frugalitatem qua exuitur onere, induitur salubritate, quia sollicitudinem deponit, assumit tranquillitatem.

92. Sed nec ipsae divitiae vituperabiles. Denique *redemptio animae viri divitiae eius*, quoniam qui pauperi donat redimit animam suam. Est ergo et his materialibus

---

951 Prov. 13, 8

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

933 sunt] *add.* enim β **ad** **935** quo **m**, quod *codd.* **adr** **938** inueniatur *O* **939** quo] quod $MNRAac.Bac.Z$ **943** carne *Mac. P* **944** venter] uester *N* **947** tamquam] tamen quid (quod *Z*) *AHSZ*, tantum quid **d**, aliquid *Smp.* **a** furoris β **ad** domini **d** **948** frugalitatem] fragil- $MNPRBZac.$, *add.* uel fruga *Psl.* qua] quia $MNPsl.RABZ$ **949** exuitur onere] ex. honore (onore *Qac.*) $MNQac.R$, exuritur honore $MABZac.$ quia] qua *PHS* **adr** **953** redimet *PR* suam *om. N*

divitiis virtuti locus. Quasi gubernatores estis in magno mari. Si bene quis gubernat suum navigium cito transit fretum ut perveniat ad portum; qui autem nescit regere suum censum onere suo mergitur. Ideo scriptum est: *Possessio divitum civitas firmissima.*

93. Quae est ista nisi Hierusalem quae in caelo est in qua regnum est dei? Bona haec possessio quae fructus perpetuos facit, bona possessio quae non hic relinquitur sed illic possidetur. In hac possessione qui fuerit dicit: *Portio mea dominus.* Non dicit: Portio mea ab illis usque ad illos porrecta et diffusa terminos. Non dicit: Portio mea inter illos vicinos nisi forte inter apostolos, inter prophetas, inter sanctos domini; haec est enim iusta portio. Non dicit: Portio mea in pratis, non in silvis, non in campis nisi forte in campis silvae in quibus invenitur ecclesia de qua scriptum est: *Invenimus eam in campis silvae.* Non dicit: Portio mea greges equorum; *mendax* enim *equus ad salutem.* Non dicit: Portio mea armenta boum asini oves nisi forte inter illa se numerat armenta quae agnoscunt possessorem suum et in illa asina vult consortium habere quae non refugit

---

957 *Prov. 10, 15 959 *cf.* Apoc. 3, 12; 21, 2 962 Ps. 118, 57 969 Ps. 131, 6 970 *Ps. 32, 17 972 sq. *cf.* Is. 1, 3

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

954 virtuti] -is $PRpc.Z$, -ibus *Rac.* 955 quis bene *tr.* P transit cito *tr.* N 957 onere] honere B, onero *Nac.*, honore *Mac.RAHac.* 958 firma OPR 960 est regnum *tr.* O est *om.* β **adr** dei est *tr.* QL_1 fructus] -os *Nac.Bac.*, -o *Rac.* 961 quae non] *add. in mg.* diuitias non uituperabiles B hic non *tr.* QL_1 962 possidetur] *add.* non sunt diuitiae uituperandae H 966 domini] dei S **adr** enim est *tr.* P iusta] iuxta *Bac.*, -o $MNPQRL_1$, -i O 967 mea *om.* β **ad** non (*bis*) *om.* OP 968 in (2) — 969 silvae *om.* N 969 inueniemus AB 972 se numerat] enum- β **d** 973 asina *om.* OQL_1

praesepe Christi et illa ovis sibi portio est quae ad immolandum ducta est et ille *agnus coram tondente sine voce qui non aperuit os suum*, cuius in humilitate iudicium exaltatum est. Bene ait *coram tondente*, quia superflua non propria in illa deposuit cruce; qui corpus exuit non divinitatem amisit.

94. Non quicumque ergo dicit: *Portio mea dominus.* Non avarus dicit, quia venit avaritia et dicit: Mea portio es, ego te subditum habui, mihi servisti, mihi te in illo auro vendidisti, mihi te in illa possessione adiudicasti. Non dicit luxuriosus: Portio mea Christus, quia venit luxuria et dicit: Mea portio es, ego te illo mihi mancipavi convivio, illis cepi epularum retibus, ego te addictum teneo gulae tuae chirographo; an ignoras quia carius fuit mensae tuae quam vitae pretium? Tuo te iudicio revinco, nega si potes, sed negare non potes; denique nihil ad vitam reservasti, totum ad mensam expendisti. Non potest dicere adulter: *Portio mea dominus*, quia venit libido et dicit: Ego sum tibi portio, mihi te illius adulescentulae addixisti amore, in illius nocte meretricis in meas leges, in mea iura migrasti. Non dicit

---

975 *Is. 53, 7 **980.990** Ps. 118, 57

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

974 sibi] ibi QL_1 **975** tondente] *add.* se O **977** coram] sine MNR β **d**, *corr. Smp.* quia] qui $QL_1\beta$ **adr** **979** admisit *Mac.* **982** est R servisti] reseruasti *Qac.* auro] aureo β **ad**, auaro NQL_1 **983** possessione] passione $ABHZ$ **985** portio mea *tr.* $NOQL_1Z$ est *Rac.* mihi (*om. Oac.*) illo *tr.* OQ, mihi in illo *tr.* L_1 in illo RL_1 β **ad** conuiuio mancipaui *tr.* QL_1 in illis R β **ad** cepi] coepi N, *om.* β **ad** **986** reatibus β **a**, ructibus **d** adductum Q gulae tuae] gula et uuae β **ad** cyrographo (ci- OQ) $NOQL_1\beta$ **987** quia] *add.* nihil *Asl.* **988** tuo] tuum Q negas R **988 sq.** non negare *tr.* β **ad** **992** te] *add.* in β **adr** **993** iura] uita P

proditor: Portio mea Christus, quia statim irruit in eum nequitia mali et dicit: Fallit te, domine Iesu, meus iste est.

95. Habemus exemplum, quia cum Iudas panem a Christo accepisset, immisit se in cor eius diabolus quasi possessionem suam vindicans, quasi portionis suae ius retinens, quasi dicens: Non est iste tuus, sed meus, meus certe minister, tuus proditor, meus plane iste est. Denique tecum recumbit et mihi servit, tecum epulatur et mecum pascitur, a te panem accipit, a me pecuniam, tecum bibit et mihi tuum sanguinem vendit. Quam vera diceret probavit; denique Christus recessit ab eo, ipse quoque Iudas reliquit Iesum secutus diabolum.

96. Quam multos dominos habet qui unum refugerit! Sed nos non refugiamus. Quis refugiat eum quem sequuntur alligati vinculis, sed vinculis voluntariis quae solvunt non alligant, quibus vincti vinculis gloriantur dicentes: *Paulus vinctus Iesu Christi*? Gloriosius ab hoc stringimur quam ab aliis absolvimur et relaxamur. Quis igitur fugiat pacem, quis fugiat salutem, quis fugiat misericordiam, quis fugiat redemptionem?

---

996 sq. *cf.* Ioh. 13, 2 **1010** Philem. 1

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

---

995 et] sed $MNABZ$ meus meus N **997** misit **d** **998** uendicans $QBpc.S$ **adr** portionis] possessionis $OPac.QL_1$ **999** quasi dicens *om.* QL_1 est] *om.* α, *add. post* tuus OQL_1 tuus iste *tr.* β **dr** **1000** plane] tamen α **1002** accepit $Mac.ORL_1$ β **adr** bibet *Bac.* **1003** uendidit Q dicere QL_1 probabit $Mac.N$ **1005** Iesum] Christum **d** secutus] sequtus *Bpc.*, sequitur $ABac.H$, sequutus S **1007** nos *om.* **d** **1008** uinculis alligati *tr.* O **1009** vincti *om.* N gloriamur **d** (S *illeg.*) **1010** Christi] *add.* et Timotheus **arm** ab *om.* **m** **1012** salutem quis fugiat *om.* N

97. Videtis, filii, quales evaserint qui haec secuti sunt, quomodo operentur defuncti? Quarum virtutum laudem miramur, earum studeamus adipisci industriam et quas praedicamus in aliis eas in nobis taciti recognoscamus. Nihil molliculum, nihil infractum ad laudem pervenit: *Regnum caelorum cogitur et cogentes diripiunt illud.* Festinantes patres agnum manducabant. Festina est fides, alacris devotio, spes impigra; contradictiones animi non amat, sed traductionem ab infructuoso otio ad fructum laborum. Quid in crastinum differs? Potes et hodiernum diem lucrari; cavendum est enim ne et illum non teneas et hunc amittas. Non exiguum detrimentum est vel horae unius, et una hora totius vitae portio est.

98. Sunt iuvenes qui cito volunt ad senectutem pervenire, ne subiaceant diutius seniorum arbitrio; sunt etiam senes qui velint si possint ad iuventutem redire. Quorum studium neutrum probo, quia iuvenes fastidiosi praesentium quasi ingrati mutationem vivendi requirunt, senes dilationem, cum possit et iuventus senescere moribus et senectus virere operibus. Neque enim emendationem morum magis aetas affert quam disciplina. Quanto ergo

---

1018 *Mt. 11, 12

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

1014 qualis *Bac.* **1016** industria BZ **1019** diripiunt — **1020** patres *om. Aac.* festinanter P **1020** agnum patres *tr.* OQL_1 manducauerunt *Pac.* alacris] salutis β **ad** **1021** animi] cum **d** **1022** traductionem] -ne *Aac.BZ*, -nes H, tradict- Q, *add.* animi O ab] ad AB **1023** luctari Q **1024** admittas *Aac.B* **1030** studium] -o *Aac.BZ*, -a *Apc.*, -orum HS **d** **1031** uidendi A **1032** dilatationem NOQ possint *Nac.* iuventus] -as $ABSac.Z$, iuuenes *Nac.* **1033** virere] uiuere $MNPQRZ$, iuuenescere OL_1 emendatione N

magis nos oportet spem attollere ad regnum dei, ubi vitae novitas, ubi gratiae erit non aetatis commutatio?

99. Non otio, non somno merces paratur. Nullum opus dormientis est, nullus fructus otii, immo magis dispendium. Otiosus Esau amisit primatus benedictionis, quia maluit cibum accipere quam quaerere; laboriosus Iacob apud utrumque parentem invenit gratiam.

100. Et tamen cum superior esset Iacob virtute et gratia, cessit fratris indignationi qui sibi praelatum fratrem iuniorem dolebat. Ideo scriptum est: *Date locum irae*, ne alterius indignatio te quoque in peccatum trahat, dum vis resistere, dum vis vindicari. Potes et ab illo et a te removere culpam si cedendum putes. Imitare patriarcham qui de consilio matris longinqua petiit. Et cuius matris? Rebeccae utique hoc est patientiae. Cuius enim nisi patientiae hoc consilium esse poterat? Amabat mater filium; maluit enim sibi eum exulare quam deo. Et quia bona mater utrique, detulit iuniori filio benedictionem quam

---

1039 sq. *cf.* Gen. 25, 31—34; 27, 1—35 **1044** Rom. 12, 19 **1047 sq.** *cf.* Gen. 27, 43 **1047 sqq.** *cf.* De Iac. 2, 4, 14; off. 1, 21, 91 **1049** Rebeccae] *cf.* Hier. Hebr. nom. 70, 23: Rebecca multa patientia uel multum accepit uel patientia

---

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

1035 uitae ubi *tr.* $ABSZ$ **ad** **1036** mutatio O **1039** primatum *Aac.* **d** benedictionem **r** **1043** cessit] excessit tamen P indignationis *Rac.* **1043 sq.** iuniorem fratrem *tr.* O **1046** uindicare $PBac.$ potest R **1047** si cedendum] secedendo NO, si cedendo M, sed cedendum R putes] potes $MNOR$ imitari $NORac.$ **1048** longinqua] -um OQL_1, -o NR matris cuius *tr.* **ad** **1050** poterant *Mac. Rac.* mater filium] filium *om.* **ar**, *add.* contra affectum pii amoris dimitti filium β **adr** **1051** exulare] -i PR, exultare *Qac.*, exaltare *Aac.*

conservare poterat; non enim filium filio, sed impigrum otioso praetulit, fidelem infido, sed etiam filio ipsi seniori non parum contulit amando minorem filium ne parricidium faceret.

101. Itaque quoniam ob pietatem non propter improbitatem exulabat a parentibus, loquebatur cum deo, augebatur censu liberis gratia. Neque his tamen elatus cum fratri occurreret, sed humiliatus adoravit, non utique illum immitem, illum furibundum, illum degenerem, sed eum quem in fratre considerabat. Ideoque adoravit septies numero scilicet remissionis, quia non hominem adorabat, sed deum quem in carne hominis esse venturum praevidebat spiritu, ut tolleret peccata mundi. Quod tibi ex Petri responsione aperitur mysterium dicente eo: *Si peccaverit in me frater meus, quotiens remittam ei? Usque septies?* Vides quoniam peccatorum remissio typus est illius magni sabbati, illius quietis perpetuae gratiae, et ideo contemplatione donatur.

102. Sed quid sibi vult quod et uxores et filios et omnes disposuit suos et praecepit ut et ipsi adorarent super terram? Non utique ut elementum quod plerumque repletur sanguine, in quo officina est scelerum aut vastis ple-

---

1058 sq. *cf.* Gen. 28—30 **1059 sqq.** *cf.* Gen. 33, 3 sqq.
1064 sq. *cf.* Ioh. 1, 29 **1066** *Mt. 18, 21 **1070 sq.** *cf.* Gen. 33, 2.5 sq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

1055 amando] amittendo P minorem] iuniorem P paricidam **d** **1057** quoniam *om.* NO **1058** exultabat R **1059** his tamen $L_1\beta$ **ar**, is tamen **d**, istam QR, ista (*add.* ob *Osl.*) NO, istis M **m** elatus] *add.* est β **ar**, eleuatus est **d**, erectus L_1 **1061** illum (2) *om.* QL_1 **1062** fratrem N **1063** eum α **m** **1064** carne] -nem $MOQRBac.$ *add.* in β **d** (*del.* H) hominis] *add.* spe *Asl.* **1068** remissio peccatorum *tr.* N est] erat β **adr** **1071** et (1) *om.* QL_1 ut *om. Bac.* **1072** ut *om.* $OQL_1Bac.$ repleatur *Bar.*

rumque horret cautibus aut praeruptis rupibus aut sterili et ieiuno solo, sed ut carnem praesidio nobis futuram. Et fortasse hoc illud mysterium quod te docuit dominus dicens: *Non solum septies sed etiam septuagies septies.*

103. Et vos igitur donate iniurias vestras ut sitis filii Iacob. Nolite exasperari sicut Esau. Imitamini sanctum David qui tamquam bonus magister reliquit nobis quod imitaremur dicens: *Pro eo ut diligerent me detrahebant mihi, ego autem orabam*, et cum malediceretur orabat. Bonum scutum oratio qua contumelia excluditur, maledictum repellitur et in ipsos qui maledixerint frequenter retorquetur ut suo telo vulnerentur: *Maledicent*, inquit, *et tu benedices.* Ambienda hominum maledictio quae acquirit dominicam benedictionem.

104. Quod superest, karissimi, considerate quia *Iesus extra portam passus est*, et egredimini de hac terrena civitate quia civitas vestra superior est Hierusalem. Ibi conversamini ut dicatis: *Nostra autem conversatio in caelis est.* Ideo Iesus exivit de civitate ut vos exeuntes de hoc mundo supra mundum sitis. Moyses solus qui deum vide-

---

1074 horret cautibus] *cf.* Verg. Aen. 4, 366; De Iac. 2, 27 **1077** *Mt. 18, 22 **1078** donate — vestras] *cf.* Col. 3, 13 **1081** Ps. 108, 4 **1085** Ps. 108, 28 **1088** Hebr. 13, 12 **1091** Phil. 3, 20 **1093 sqq.** *cf.* Ex. 33, 7

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

1074 horrent N aut (1)] at N **1075** ut] utraque Q, utique L_1 **1076** illud] *add.* est β **adr** te docuit] edo- β **ad** **1079** sanctum] secundum $Aac.BH$, *om.* Z **1083** qua] quae NR, quam *Bar.* **1084** maledixerint] -erit *Nac.*, -dicunt OQL_1, -xerunt HS **adr** **1085** maledices Q, -diceris L_1 **1086** homini QL_1 **1089** et] *add.* uos P **arm** **1093** deum] dominum QL_1

bat, extra castra habebat tabernaculum quando loquebatur cum deo et hostiarum quae pro peccato fiebant sanguis quidem altaribus inferebatur, corpora autem extra castra comburebantur, quia nemo intra mundi huius vitia positus peccatum deponit nec sanguis eius acceptus est deo nisi de corporis huius exeat inquinamento.

105. Hospitalitatem diligite per quam sanctus Abraham invenit gratiam, Christum hospitio suscepit, filium Sara meruit effeta iam senectute. Lot quoque Sodomitani excidii evasit ignem. Et tu potes suscipere angelos si advenientibus hospitium tuum offeras. Quid de Raab dicam quae hoc munere invenit salutem?

106. Compatimini his qui alligati tenentur vinculis tamquam simul alligati. Consolamini in luctu positos; *melius est enim ire in domum luctus quam in domum gaudii.* Illic officii meritum boni, hic vitium lapsus refertur. Postremo illinc mercedem speras, hic recepisti. Sentite laborantibus tamquam simul laborantes.

1095 hostiarum — **1097** comburebantur] *cf.* Ex. 29, 12—14 **1100 sq.** *cf.* Gen. 18, 3 sqq. **1101 sq.** *cf.* Gen. 17, 16 sqq.; 21, 1 sq. **1102 sq.** *cf.* Gen. 19, 2 sqq. **1104 sq.** *cf.* Ios. 2, 1 sqq. **1107** Ecclc. 7, 3

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

1096 inreferebatur *A* corpora — **1097** comburebantur *om.* β **ad** **1097** uitia mundi huius *tr.* OQL_1 positus] possit *O* **1098** deponere *O* deo] domino OQL_1 **1100** habraam *ABZ* **1101** gratiam *om. NO* Christum *om.* β **ad** suscipere *S* **ad** **1102** sarra *Mac.NR* β **d** effecta *Mac.Nac.RABZ* loth *Mpc.NR* β **ad** **1103** excidii] *add.* uel incendii *Psl.* euasit ignem excidii *tr. N* **1104** rahab *O* **1106** conpatemini *Rac.* allegati *Bpc.* **1107** allegati *B* **1108** est *om. PR* enim est *tr. Q* **1109** illinc *ABH* **adr** officium α meriti $OPQL_1$ hinc $MQRL_1$ β **adr** vitium] initium *O* postremum *MNPR* **1110** illic $OPQL_1$ sperans α hinc **d** sentite] cons- OQL_1, *add.* de *P* **drm**

107. Mulier viro deferat, non serviat, regendam se praebeat, non coercendam. Indigna est coniugio quae digna est iurgio. Vir quoque uxorem tamquam gubernator dirigat, tamquam consortem vitae honoret, participet ut coheredem gratiae.

108. Matres, ablactate filios, diligite eos et orate pro his ut longaevi super terram sint, non in terra sed super terram; nihil enim longaevum in hac terra et quod est diu breve est et magis lubricum. Monete eos ut magis crucem domini tollant quam hanc vitam diligant.

109. Maria, domini mater, ante crucem filii stabat; nullus me hoc docuit nisi sanctus Iohannes evangelista. Mundum alii concussum in passione domini conscripserunt, caelum tenebris obductum, refugisse solem, in paradisum latronem sed post piam confessionem receptum; Iohannes docuit, quod alii non docuerunt, quemadmodum in cruce positus matrem appellaverit, pluris putans quod victor suppliciorum pietatis officia matri exhibebat quam quod regnum caeleste donabat. Nam si religiosum est quod latroni donatur venia, multo uberioris pietatis est quod a filio mater tanto affectu honoratur: *Ecce*, inquit, *filius tuus*,

1123—1156 *cf.* in Luc. 10, 129—133 **1124** *cf.* Ioh. 19, 25 concussum] *cf.* Mt. 27, 51 **1125** caelum — solem] *cf.* Luc. 23, 44 sq. tenebris] *cf.* Mt. 27, 45 **1125 sq.** in — receptum] *cf.* Luc. 23, 42 sq. **1132** Ioh. 19, 26 sq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

1112 seuiat *O* **1113** non *om.* β **ad**, *add. Spc.* **1115** honoret] *add.* et OQL_1 ut] tamquam PL_1 coheredi OQL_1 **1117** et] sed *N* **1119** terra *R* est *om. P* **1121** diligunt *MRac.* **1122** mater domini *tr. HS* **arm** **1123** hoc me *tr. P* sanctus *om. N* **1124** concursum *Aac.BSZac.* **1127** non *om. Aac.* quemadmodum] *add.* christus *P* **1128** plures **d** putant β **d**, putatur **a** **1129** matris *MN* exhibeat *Mac.Nac.AHSZ* **d** **1130** donabat] *add.* uitae aeternae β **ad** **1131** latroni] latro *MOPRABSac.Z* **d** uberiore (-ae *M*) *MN* est *om. Rac.*

ecce mater tua. Testabatur de cruce Christus et inter matrem atque discipulum dividebat pietatis officia. Condebat dominus non solum publicum sed etiam domesticum testamentum et hoc eius testamentum signabat Iohannes dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum non pecuniae sed vitae aeternae, quod non atramento scriptum est sed spiritu dei vivi: *Lingua mea calamus scribae velociter scribentis.*

110. Sed nec Maria minor quam matrem Christi decebat. Fugientibus apostolis ante crucem stabat et piis spectabat oculis filii vulnera, quia expectabat non pignoris mortem sed mundi salutem aut fortasse quia cognoverat per filii mortem mundi redemptionem aula regalis, etiam sua morte putabat se aliquid publico addituram muneri. Sed Iesus non egebat adiutore ad redemptionem omnium qui omnes sine adiutore servavit. Unde et dicit: *Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.* Suscepit quidem affectum parentis, sed non quaesivit alterius auxilium.

111. Hanc imitamini, matres sanctae, quae in unico filio dilectissimo tantum maternae virtutis exemplum edidit; neque enim vos dulciores liberos habetis neque illud virgo quaerebat solatium quod alium posset generare filium.

1139 Ps. 44, 2 **1148** Ps. 87, 5 sq.

α (= $MNOPQR[L_1]$) β (= $AB[H]S[Z]$); *edd.* (= **adrm**)

1134 officia] *add.* testabatur $MNOQRL_1ABZ$ **1137** tanto dignus *tr.* P **1139** vivi] *add.* qui ait *Ssl.* **arm** **1141** dicebat *Bac.Zac.* **1142** pii L_1 expectabat N **1143** oculis] optutibus oculis Q, optutibus L_1 non] *add.* in β **1144** aut] an *Nac.* **1146** se] sed M addituram publico *tr.* O publici **d** muneris $MNR\beta$ **1147** adiutorem A **1148** qui] quia M servavit] saluauit P dixit α **1149** suscipit *Bpc.* **1153** edidit exemplum *tr.* OQL_1 **1154** dulciores liberos uos *tr.* OQL_1 nec OL_1 illud] ullum $MNPQRL_1BSZ$ **d**, illum A

57 data] *add.* est **r** dilata *Rpc.OW* **r** **61sq.** potentem solum sapientem *tr. L* **r** **62** dicendo] dicentem *L*, *om. OW* eorum] horum **rm** commendatione β **r**, comminatione *Pac.*, commonatione *Ppc.Mac. Q*, commonitione *Mpc.*π_2, commotione **m** **63** uoluissent $\pi_1 BDac.$ intellegere **r** potius sequi *om. L* **64** deum (1) *om. L* dei *om. OW* **66** multas] *add.* idcirco **r** **66sq.** crescebat eorum impietas *om. L* **67** eorum] illorum $\pi_2\beta$ **rm** **68** sacrilegis *Pac.* **70sq.** epistulae lectione] -la el- *Q*, -a electionem π_2 **72** neque rationis] neque orationis *L*, *om. OW* **73** responsumque esset] responsum tamen fuit **r** **75** reservato β intentionibus] propositionibus **r** tandem **r** acquievimus] et quieu- *L* **76** ibi] illi vero **r** dum *L* evangeli *P*, -ii *cett.* scripta] -turam *L* **r**, apta *BR* **77** fallentes *W*

misit maior me est", cum aliter scriptum doceat series scripturarum.

7. Redarguti de falsitate sunt ut faterentur nec tamen ratione correcti. Nam cum diceremus secundum carnis susceptionem minorem patre suo filium dici, secundum divinitatem autem pro testimoniis scripturarum patri aequalem probari nec posse ibi discretionem esse gradus alicuius aut magnitudinis ubi esset unitas potestatis, non solum illi noluerunt emendare errorem sed etiam vesaniam augere coeperunt, ut et subiectum secundum divinitatem dicerent, quasi ulla dei secundum divinitatem suam possit esse subiectio, mortem denique eius non ad sacramentum nostrae salutis sed ad infirmitatem quandam divinitatis referrent.

8. Horruimus, clementissimi principes, tam dira sacrilegia pravosque doctores; ne ulterius populos deciperent quos tenebant, sacerdotio putavimus abdicandos, quoniam subditi libelli impietatibus concinebant. Neque enim dignum est ut sacerdotium eius sibi vindicent quem negaverunt. Vestram fidem vestram gloriam deprecamur, ut reve-

---

$P\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$) β ($= LOW$); rm

---

80 ut] *add.* veritatem r 83 pro] ex r patri β, pare *Pac.*, parem (patrem *Sac.*) et *Ppc.* π, parem patri et rm 84 ibi] *add.* nec *L* discretionem] -ne *Q*, -nis π_2 rm, -num *L* esse discretionis *tr.* rm 85 aut alicuius *tr. L* 86 uoluerunt *L* 87 augere] agere *PMac.QBRDac.* 88 dicerent] -eremus $P\pi_1 BRDac.$, *add.* filium rm divinitatem] maiestatem β, divinitatem et maiestatem suam rm 89 mortem] morem *Pac.Mac.QBRDac.*, *add.* uel mortem *Rsl.* eius *om.* $P\pi$ 91 referrent] referent $P\pi_1 Rac.$, referant *BRpc.*, referunt *TDS* rm, *add.* es *Msl.* 92 horremus $P\pi$ m dura *W* 93 paruosque *L* doctores] *add.* et rm deciperent populos *tr. O* 94 quos] quod r putamus $P\pi$ quoniam — 95 concinebant β m, *om.* $P\pi$ r 96 eius sacerdotium *tr.* rm negarunt β rm

rentiam imperii vestri deferatis auctori censeatisque impietatis assertores et adulteros veritatis datis apicibus clementiae vestrae ad iudicia competentia et ab ecclesiae arcendos esse liminibus, ut in damnatorum locum per nostrae parvitatis legatos sancti subrogentur sacerdotes.

9. Adtalum quoque presbyterum de praevaricatione confessum et Palladi sacrilegiis inhaerentem parilis sententia comprehendat. Nam quid de eius magistro Iuliano Valente dicamus, qui cum esset proximus declinavit sacerdotale concilium, ne eversae patriae perditorumque civium praestare causas sacerdotibus cogeretur. Qui etiam torquem ut asseritur et brachiales impietate Gothica profanatus more indutus gentilium ausus sit in prospectum exer-

---

103 Adtalum] *cf.* Acta 588 sqq.: in tractatu concili Nicaeni subscripsit... sub episcopo suo Agrippino **105 sqq.** *Iulianus Valens ab Arrianis Petavione* (= Pettau) *in sede Marci episcopi catholici eiecti positus sed paulo post ipse expulsus in Italiam fugit et turbas concitavit, cf. ll. 122 sqq.* **107** eversae patriae] *accusatus est quod Mursinense oppidum* (= Osijek) *Gothis tradidisset, cf.* Ep. Maximi Tyranni ad Valentinianum *a. 386 vel 387 missam* (coll. Avell. 39), 4

$P\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$) β ($= LOW$); **rm**

---

98 auctori] autcorde $P\pi_1 BRDac.$ censeatis quae $P\pi_1 BDac.$ **100** contemptiua *L* et] *om. T* β **rm** **101** esse arcendos *tr. L* luminibus *W* ut] et ut π **rm**, *om. L* **102** sacerdotes] antistites (antistes L) β **r** **103** attalum *Mpc.* π_2 **rm** **104** Palladi] -ii *OW* **m**, palam de (de *eras. PMD, om. TS*) *P* π, palam **r** sacrilegiis] -gis *Pac.*, -gus *L* parilis] pares *Pac.Mac.*, pari *Mpc.*, par *Ppc.Q* π_2 **r** **105** comprehendit *Pac.* β **m** magistro eius *tr.* **rm** Iuliano *om. P* π **r** **107** ne] nec *Pac.Mac.QBRac.* aduersae *L* perditorumque] pro- **rm**, proditorque *L* **108** praestare] dicere **r** torquet *Lpc.* **109** brachiales] -is *PMac.Q* π_2, -i *Mpc.*, -e **rm** impietate *om. L* **109 sq.** Gothica profanatus impietate *tr.* **rm** prophanatos β **110** prospectum] conspectu **rm**

citus prodire Romani, quod sine dubio non solum in sacerdote sacrilegum sed etiam in quocumque est Christiano, etenim abhorret a more Romano nisi forte sic solent idolatrae sacerdotes prodire Gothorum.

10. Moveat pietatem vestram sacerdotale nomen quod ille sacrilegus infamat, qui etiam suorum vocibus si qui tamen superesse possunt nefandi sceleris arguitur. Certe domum repetat suam, non contaminet florentissimas Italiae civitates, qui nunc illicitis ordinationibus consimiles sui sociat sibi et seminarium quaerit suae impietatis atque perfidiae per quosque perditos derelinquere, qui episcopus esse nec coepit. Nam primo Petavione superpositus fuerat sancto viro Marco admirabilis memoriae sacerdoti et posteaquam deformiter deiectus a plebe est qui Petavione esse non potuit, is nunc Mediolani post eversionem patriae ne dicamus proditionem inequitavit.

11. Super omnibus igitur pietas vestra consulere dignetur, ne obtemperantes vestrae tranquillitatis statutis

---

$P\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$) β ($= LOW$); **rm**

---

111 prodere *Lac.* solum] *add.* est **r** sacerdotem $P\pi_1 BRDac.$ **112** sacrilegium $BRpc.TL$ **rm** est *om.* TDS **r** Christiano est *tr.* **m** **113** etenim *om.* TDS **r** abhorret a β **m**, abhorretur $P\,\pi$ **r** more] atque **r** soleant **r** **114** idolatrae] -iae *Pac.* (*corr. m1*) $\pi_1 BRL$, idolulatrae *Ppc.*, idololatrae **rm** prodere *Pac.* (*corr. m1*) **115** sacerdotem *Pac.* (*corr. m1*) **116** qui (1)] quid *Pac.* si *om.* $P\,\pi$ **117** arguit $PQBR$ **118** repetit $P\pi_1 BRDac.$ florentissimae OW **m** **119** ciuitatis P qui] ipse **r** ordinationibus illicitis *tr.* O **121** per — derelinquere] ut perditos quosque sibi conciliet **r** derelinqueret $P\,\pi$ (*corr. Mmp.*) **122** nam] non $PMac.QRac.$ Petavione] pata- OW **m**, petu- L, *item l. 124* **123** sacerdos $P\,\pi$ (*corr. Mmp.*) et] sed OW **rm** **124** eiectus β **r** a plebe eiectus *tr.* O **125** nunc] tunc L **126** ne *om.* β (*add. Omp.*) inequitavit] -tate *Pac.*, latet β **r** (*inequitare i. q. illudere, insultare*) **127** igitur] ergo **rm** vestra] *add.* nobis **rm** consulere] -are P, -solare $QRac.$, consolari $MTDS$ **128** ne] *add.* nos **rm** tranquillitatis uestrae *tr.* OW

frustra conivisse videamur. Non solum enim cavendum est ne nostra sed etiam vestra decreta ludantur. Petimus igitur ut legatos concilii, sanctos viros, aeque clementia vestra audire dignetur et cum effectu eorum quae poscimus maturius redire praecipiat, ut mercedem accipiatis a domino deo Christo, cuius ecclesias ab omni sacrilegorum labe purgastis.

12. Fotinianos quoque quos et superiore lege censuistis nullos facere debere conventus et ea quae de concilio sacerdotum data est congregando concilio removistis, petimus ut quoniam in Sirmiensi oppido adhuc conventus temptare cognovimus, clementia vestra interdicta etiam

---

136 superiore lege] *lex de haereticis data IV Id. Ian. a. 381 (= Ian. 10;* c. Theod. 16, 5, 6) *Fotinianis, qui Christum hominem solum dicunt, interdicit, ne in urbibus conventus habeant; al. Palanque 91 adn. 93 et Rauschen 108*

$P\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$) β ($= LOW$); **rm**

---

129 frustra] *add.* huc **r** conivisse] conuenisse $TDS\beta$**rm** **130** sed etiam] sedentia *L*, sed ne etiam **r** ludantur] lau- *Pac.* (*corr. m1*) *R*, laudentur *B*, ledantur β, infamentur *TDS* **m**, infirmentur **r** **131** aeque] atque (adque *P*) *P* $\pi_1 R$, *del. PMR*, *om. B*, illum atque illum β, aequanimiter **r** **132** effectu] -um *Par. Mar. QBRDac.*, affectu *L* poscimus] petimus β maturius] oportune **r** **133** praecipiebat *W* accipiatis] recipiatis *L* **m** **134** sacrilegiorum β purgatis β **136** Fotinianos β **rm**, fotinianicos *PQBR*, -iani *M*, fotiniacos *DTS* quoque quos] quosque *L* superiore] -i π_2, -a *Mac.*, superius e *L* legem *Par.* **137** et — **138** removistis] prout iam et sacerdotum concilio sententia in eos lata est **r** ea] eam *TDS* **m**, *om.* β **137sq.** concilio sacerdotum] sacerdotum *om. L*, *tr. T* **m** **138** concilio] a conc. β, *del. D*, *om. TS* **m** **138sq.** petimus] *add.* insuper **r** **139** firmiensi *RDS* **140** tentare eos **r** **140sq.** etiam nunc] hac eius **r**

nunc coitione reverentiam primum ecclesiae catholicae, deinde etiam legibus vestris deferre iubeatis, ut et vos deo praesule triumfetis, qui paci ecclesiarum quietique consulitis.

⟨Acta concili Aquileiensis⟩

NOMINA EPISCOPORUM QUI SUSCRIPSERUNT

Valerianus	Bassianus	Filaster
Ambrosius	Anemius	Iovinus
Constantius	Constantius	Felix
Iustus	Maximus	Maximinus
Abundantius	Almacius	Amantius
Eventius	Ianuarius	Felix
Limenius	Theodorus	Viator
Eusebius	Domninus	Maximus
Sabinus	Diogenes	Efesius
Exsuperantius	Proculus	Numidius
Machedonius	Heliodorus	Artemius et
	Felix episcopi	

Valerianus] ep. Aquileiensium civitatis (*l. 3*) Constantius] episco-

---

$P\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$) β ($= LOW$); **rm**
$P\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

141 coitione] -nem $P\pi_1 BR$, cogit- W, concione O, concine L catholicae *om. L* catholicae ecclesiae *tr. O* **142** deferre] diff- *Pac.* $\pi_1 R$ *Dac.*, -i **m** **143** praesule] praesente **r** qui paci *om. L* paci] *add.* ae *Pac.*, *add.* et *Ppc.* consulitis] -sulutis P, -suletis *Mac. Q Bac. R Dac.*, *add.* finit epistula *D*, *add.* explicit *O* Nomina episcoporum — Felix episcopi] *in fine add. ordine mutato* **rm**, *om. TDS* felaster $P\pi_1$

1. Syagrio et Eucherio viris clarissimis consulibus III Nonas Septembres Aquileiae in ecclesia considentibus cum episcopo Aquileiensium civitatis Valeriano Ambrosio Euse-

---

pus *vel* Arausicus *et* legatus Gallorum (*l. 167 et 722*) *vel* Siscianensis (*Sisak; l. 779*) Iustus] ep. Lugdunensis *et* legatus Gallorum (*l. 173*), *quem Ambrosius summa laude effert* (*cf. l. 171*); *ad eum prima libri primi epistula et ep. 55 directae sunt* Abundantius] ep. Tridentinus (*Trento; l. 736*) Eventius] ep. Ticiniensis (*Pavia; l. 733*) Limenius] ep. Vercellensis (*l. 757*), *a. 396 mortuus* (*cf.* ep. extra coll. 14 *et Proleg. II 2.2.4*) Eusebius] ep. Bononiensis (*Bologna; l. 739*) *a. 370—390* Sabinus] ep. Placentinus (*Piacenza; l. 746*), *ad quem epistulae 27, 32—34, 37, 39, 40 directae sunt* Exsuperantius] ep. Dertonensis (*Tortona; l. 768*) Machedonius] ep. *sedis ignotae* Bassianus] ep. Laudensis (*Lodi; l. 772*) *ca. a. 374—409. Qui rescripto ab Ambrosio composito contra Iovinianum haereticum subscripsit* (*cf.* ep. extra coll. 15, 2 *et* 145). *Cf.* ep. 5 (*Maur. 4*), 8 *et* Paul. vit. 47 Anemius] ep. Sirmiensis (*l. 718*; caput Illyrici *l. 184*, *Sremska Mitrovica*) *ca. a. 376—392, ab Ambrosio ordinatus* (*cf.* Paul. vit. 11) Constantius *v. ad Constantium (1)* Maximus] ep. Emonensis (*Ljubljana; l. 764*) Almacius] ep. *sedis ignotae* Ianuarius] ep. *sedis ignotae* Theodorus] ep. Octodorensis (*Martigny*; *l. 789*). *Qui rescripto ab Ambrosio composito contra Iovinianum haereticum subscripsit* (*cf.* ep. extra coll. 15, 146) Domninus] ep. Gratianopolitanus (*Grenoble; l. 792*) Diogenes] ep. Genavensis (*Genova; l. 802*) Proculus] ep. Massiliensium (*l. 796*) Heliodorus] ep. Altiniensis (*Altinum; l. 782*) Filaster] ep. Brictianus (*Brescia; l. 776*) Iovinus] ep. *sedis ignotae* Felix] ep. Diadertinus (*Zadar; l. 786*) Maximinus] ep. *sedis ignotae* Amantius] ep. Lotevensium (*Lodève; l. 806*) Felix] ep. et legatus Afrorum (*l. 179.753*) Viator] ep. *sedis ignotae* Maximus] ep. *sedis ignotae* Efesius] ep. *sedis ignotae* Numidius] legatus Afrorum (*l. 753*) Artemius] ep. *sedis ignotae* Felix] ep. *sedis ignotae* **1** *id est a. 381 Sept. 3*

$P\ \pi\ (\pi_1 = MQ; \pi_2 = BRTDS)$; **rm**

---

1 Suagrio $P\pi_1 BR$, sia- TDS **r** III *om.* **r** 2 Nonis Septembribus **r** aquileia $Ppr.\pi_1 BR$ cum *om.* **r** 3 episcopo *correxi*, -is $P\ \pi$ **rm** aquileiensis **r** Valeriano] *add.* Mediolanensis **r**

bio Limenio Anemio Sabino Abundantio Artemio Constantio Iusto Filastro Constantio Theodoro Almachio Domnino Amantio Maximo Felice Bassiano Numidio Ianuario Proculo Heliodoro Iovino Felice Exsuperantio Diogene Maximo Machedonio Cassiano Marcello et Eustasio episcopis.

2. Ambrosius episcopus dixit: „Diu citra acta tractavimus, et quoniam tanta sacrilegia a parte Palladi ac Secundiani nostris auribus ingeruntur, ut difficile quisquam credat tam aperte eos blasfemare potuisse, vel ne qua ipsi calliditate dicta sua postea negare conentur, licet de tantorum sacerdotum testificatione dubitari non queat, tamen quando omnibus episcopis placet, fiant acta, ut unusquisque professionem suam postea negare non possit. Quid igitur vobis, sancti viri, placeat declarandum est."

Omnes episcopi dixerunt: „Placet."

Ambrosius episcopus dixit: „Disceptationes nostrae ex rescripto imperiali firmandae sunt" et adiecit: „Legantur."

---

8 Cassiano Marcello et Eustasio episcopis] *sedis ignotae* 10 Palladi] *ep. Arriani Ratiariensis* (*Arcer*/*Arcsar in Bulgaria*) Secundiani] *ep. Arriani Singidunensis* (*Beograd*)

$P\ \pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); rm

---

6 Bassiano] basiano *Ppc.*, bassiliano (basi- *Pac.RT*) *Pac.*π 8 Eustasio] eustachio *TDS*, Eustathio rm episcopis *om.* r 9 diu] iamdiu, fratres et consacerdotes, nostras disceptationes r 10 et] verum quia r tanta] tam *Pac.* (*corr. m1*), *add.* tamque aperta r Palladi *PMac.Qac.*, -ii *cett.* ac *P*, et π rm 11 nostris] *add.* in dies r quisquam] quisque π_2 rm 12 aperte] immaniter r 14 dubitari] duuituri *Pac.* (*corr. m1*) quaeat *P* 15 quando *correxi*, quoniam de *P* π, quoniam m, ubi r (*cf. Proleg. III 2.4.27*) 16 postea *om.* π_2 rm 17 igitur] ergo rm 18 dixerunt] *add.* scribantur acta r 19 disceptationes] controversiae r ex — 20 sunt] firmandae sunt *om. Pac.* (*add. in mg. mp.*), ex re firmandae sunt scripto (-a *BR*) imperiali π m *Hans.*, ratione firmandae et rescripto imperiali publicandae sunt r 20 et] ut *TDpc.S* rm adiecit (ADI *P*) legantur] addidit legantur *Hans.*, allegantur (adl-) $\pi_1 BRD$, allegentur *TS* m, allegari possint r, *add.* Recitetur rescriptum si placet. Omnes episcopi dixerunt: Placet r

3. Sabinianus diaconus recitavit: „Ambigua dogmatum reverentia, ne dissid⟨e⟩ant sacerdotes quam primum experiri cupientes, convenire in Aquileiensium civitate⟨m⟩ ex diocesi meritis excellentiae tuae credita episcopos iusseramus. Neque enim controversiae dubiae sententiae rectius poterant experiri quam si obortae altercationis interpretes ipsos constituissemus antistites, ut videlicet a quibus proficiscuntur instituta doctrinae, ab isdem discordis eruditionis repugnantia solverentur. **4.** Neque sane nunc aliter iubemus ac iussimus non invertentes praecepti tenorem, sed superflua⟨m⟩ convenarum copiam recolentes. Nam quod Ambrosius et vitae merito et dei dignatione conspicuus episcopus Mediolanensium civitatis ibi multitudinem non opus esse suggerit, ubi veritas non laboraret in plurimis, si locata esset in paucis, seque eorum qui contra astarent adsertionibus et sacerdotes vicinarum ex Italia civitatum satis abundeque sufficere posse suggerit, abstinendum venerabilium virorum fatigatione censuimus, ne

---

21—29 solverentur = Max. 4 *rescriptum directum est ad Syagrium, praef. pr. Italiae a. 380/82, cos. 381*

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); *Max.*; **rm**

---

21 recitavit] *add.* Gratianus Valerianus et Theodosius et imperatores etc. **r** **22** ne *ante* **21** ambigua *tr.* **r** dissideant *Max.* **rm**, -dant $P\,\pi$ **23** experire $P\,\pi_1 R$ ciuitate $P\,\pi_1$ **24** ex diocesi] ex diocesim (dioe- *Q*) $P\,\pi_1 R$, ex dioecesibus **r** *et tr. post* **23** convenire credita *correxi*, -am *Max.* **rm**, -um $P\,\pi$ **25** enim — **26** experiri] dubiae sententiae rectius manifestari poterant controversiae **r** controuersia *Pac.* (*corr. m1*) **26** experiri] expediri *Max.* **m** si] *add.* in **r** altercationis] *add.* iudicium **r** **27** antestites *Pac.*π_1 **28** instatuta *PRac.* isdem] hisdem $P\,\pi$, eisdem *Max.* **rm** discordis] -es *Pac.* (*corr. m1*), discordantis *Max.* **29** solueretur *Ppc.TDpc.S Max.* **rm** **31** superfluam *QS* **rm**, -a *cett.* copia *Pac.*π_2 recolentes] recidentes **r** **32** dei] deo $P\pi_1 BR$ **33** Mediolanensis **r** ibi] ubi *Pac.* **34** esse] adesse **r** **35** paucis] pacis $PMQac.$ **38** venerabilium virorum] vero venerabiles viros ab itineris **r** fatigatione] -em $P\,\pi_1 BR$

quis vel maturo aevo gravis vel corporali debilitate confectus vel laudabili paupertate mediocris insuetas repetat terras, et reliqua".

5. Ambrosius episcopus dixit: „Ecce quod Christianus constituit imperator: Noluit iniuriam facere sacerdotibus, ipsos interpretes constituit episcopos. Ac per hoc quoniam in sacerdotali concilio consedimus, responde ad ea quae tibi proponuntur. Arri epistula lecta est, etiam nunc recitabitur, si tibi videtur; a principio habet blasfemias, solum patrem aeternum dixit. Si tibi videtur quod dei filius sempiternus non sit, hoc ipsum quemadmodum vis astrue, si damnandum putas damna. Evangelium praesens est et apostolus, omnes scripturae praesto sunt. Unde vis astrue, si putas non esse dei filium sempiternum".

6. Palladius dixit: „Vestro studio factum est ut non esset generale et plenum concilium; absentibus consortibus nostris nos de fide dicere non possumus".

Ambrosius episcopus dixit: „Qui sunt consortes vestri?"

Palladius dixit: „Orientales episcopi".

7. Ambrosius episcopus dixit: „Interim quia superioribus temporibus concilium sic factum est, ut orientales in

---

42—46 proponuntur = Max. 2 **53—70** venire = Max. 5—7

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); *Max.*; **rm**

---

39 graues *PMQac.* **40** mediocres *PMQac.BRDac.* repetat **m**, -ent *P*, -ant (-an *M*) π, commigret **r** **44** interpretes ipsos *tr.* **r** **45** concilio] *add.* s *s.* c *Pmp.* considemus π_2 **rm** **46** Arri *P*, arrii π, Arii **rm** (*sic semper*) **53** est] *add.* sicut indicat (dicat *Mac.*, dictat **rm**) lectio (diualis **r**) sacra (-ae *PMQac.*, sanctio **r**) a uobis prolata (-ae *PMQac.*) *Pmp.* (*sl. et in mg.*) π **rm** **54** consilium *Pac.MQac.* consortibus **rm**, consacerdotibus *P* π (*cf. ll. 56 et 123*) **55** de fide dicere *correxi*, diffidere *Pac.*, de fide diiudicare *Max.*, respondere *Ppc.* π **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.12*)

orientis partibus constituti haberent concilium, occidentales in occidente, nos in occidentis partibus constituti convenimus ad Aquileiensium civitatem iuxta imperatoris praeceptum. Denique etiam praefectus Ita⟨liae⟩ litteras dedit, ut si vellent convenire in potestate haberent, sed quia scierunt consuetudinem huiusmodi ut in oriente orientalium esset concilium, intra occidentem occidentalium, ideo putaverunt non esse veniendum".

8. Palladius dixit: „Imperator noster Gratianus iussit orientales venire; negas tu iussisse eum? Ipse imperator nobis dixit se orientales iussisse venire".

Ambrosius episcopus dixit: „Utique iussit qui non prohibuit huc venire."

Palladius dixit: „Sed ne venirent tua petitio fecit; sub specie falsae voluntatis hoc impetrasti et dilatasti concilium".

9. Ambrosius episcopus dixit: „Non opus est, evagasti diutius; responde nunc: Bene dixit Arrius solum aeternum patrem et secundum scripturas hoc dixit an non?"

Palladius dixit: „Non tibi respondeo".

Constantius episcopus dixit: „Non respondes qui tamdiu blasfemasti?"

---

70 imperator — **73** venire = Max. 9 **74—79** patrem = Max. 10 **79** secundum — **86** = Max. 12

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); *Max.*; **rm**

---

61 consilium *Pac.* **m** **63** Aquileiensem **r** ciuitate *Pac.* imperatorum **r** **64** Italiae] ita *Pac.* **65** vellent] *add.* orientales **rm** potestate] *add.* id **r** **66** orientem *PMac.Q* **67** consilium *Pac.* occidente *Pac.* **75** specie] *add.* piae sed **r** dilatasti *Pac.*, distulisti *Ppc.* π *Max.* **rm** **77** non] *add.* hic **r** **77 sq.** evagasti diutius] euagari diutius *TDpc.S*, diutius evagari **rm**, euagatus es diutius *Max.* **78** Arrius] *add.* asserens **r** **81** respondebis *Pac.*

Eusebius episcopus dixit: „Sed debes simpliciter fidei tuae prodere libertatem. Si te gentilis exigeret quemadmodum in Christum crederes, confiteri erubescere non deberes".

10. Sabinus episcopus dixit: „Tu petisti ut responderemus. Hodie ex voluntate tua et urgente te convenimus et non expectavimus reliquos fratres qui poterant venire; proinde non tibi est liberum evagari. Christum dicis esse creatum aut sempiternum dicis esse filium dei?"

Palladius dixit: „Dixi tibi: Nos ideo scripsimus vobis, ut veniremus et convinceremus quod non recte fecissetis subripere imperatori".

Ambrosius episcopus dixit: „Legatur epistula Palladi, utrum nobis hoc mandaverit, et docebitur quod etiam nunc fallit".

Palladius dixit: „Legatur plane".

Episcopi dixerunt: „Imperator cum praesens esset Sirmio, tu illum interpellasti an ipse te compulit?" Et adiecerunt: „Quid ad ista respondes?"

Palladius dixit: „Dixit mihi: ‚Vade', diximus: ‚Orientales conventi sunt?' Ait: ‚Conventi sunt.' Numquid si

---

87—91 = Max. 16 92—103 sunt (1) = Max. 18 103 conventi (2) — 125 = Max. 20—23

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); *Max.*; **rm**

---

83 sed *om.* **r** debes **r**, debis *Pac.*, debebis *Ppc.*π *Max.* **m** 84 prodere] tradere **r** si] *add.* a **rm** 85 in *om. Pac.* confiteri] *add.* prorsus **r** 88 te urgente *tr.* **rm** 90 liberum est *tr.* **rm**, *add.* ulterius **r** 91 sempiternum] *add.* deum **r** 92 dixi] dico **r** scripsimus] diximus π_2 **m**, dixisse iam **r** 93 ut] quod **r** et convinceremus quod] ut conveniretis et vos quia expectabamus consortes sed **r** fecissetis] fecise- *PM*, fecistis **rm** 94 subrepere **rm** 96 nunc] *add.* nos **r** 99 esset praesens *tr.* **rm** 100 compulit] compellavit **r** 101 adiecerunt *Max.*, ADI *P*, addidit π, addiderunt *Hans.* **rm** respondis *PMQac. Max.* 102 dixit (1)] respondit **rm** mihi] *add.* imperator **r** 103 ait *om.* **r**

orientales non fuissent conventi, numquid nos convenissemus?"

11. Ambrosius episcopus dixit: „Sequestrata sit causa orientalium, sententiam tuam hodie quaero. Arri tibi epistula lecta est; soles te Arrianum negare: aut damna hodie Arrium aut defende".

Palladius dixit: „Non est auctoritatis tuae ut hoc a me quaeras".

Eusebius episcopus dixit: „Non credimus religiosum imperatorem aliud dixisse quam scripsit. Episcopos iussit convenire, non potuit tibi soli contra rescriptum suum dicere, ut sine orientalibus causa minime diceretur".

Palladius dixit: „Si Itali soli iussi sunt convenire?"

Euagrius presbyter et legatus dixit: „Ut ante quattuor dies et ante biduum respondere⟨s⟩ t⟨e⟩ adfuturum. Quid ergo exspectabas? Ut dicis, orientalium consortium tuorum sententiam expectandam? Sic debuisti mandare, non promittere conflictum".

Palladius dixit: „Qui quasi ad concilium plenum veneram, vidi non convenisse consortes meos; ut convenirem et dicerem secundum iussionem, egeritis in praeiudicium futuri concili".

$P\,\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); *Max.*; **rm**

---

104 numquid *om.* **r** nos] *add.* huc **r** **107** quaero] expone **r** **108** aut] *add.* igitur **r** **109** Arrium] arrianum *Par.* **110** est] *add.* hoc *Psl.mp.*$Q\pi_2$ *Max.* hoctoritatis *M* **113** quam] *add.* quod **r** episcopos] *add.* orientales **r** **117** euuagrius $P\pi$ **118** responderes te **r**, responderet *Pac.*, responderet se *Ppc.*π **m**, respondere te *Max.* **119** ergo *om.* **r** orientalium ut dicis *tr.* **rm** **120** sententiam expectandam] praesentiam **r** **122** qui *correxi*, quia $P\pi$ **rm** **123** meos consortes convenisse *tr.* **r**, *add.* iudicavi vero **r** **124** et — iussionem] secundum iussionem ut dicerem ne aliquid **r** egeritis] iniegeritis *Pac.*, ageretis **rm** **125** concili *P*, -ii *cett.* (*sic saepe*)

12. Ambrosius episcopus dixit: „Ut hodie resideremus ipse exegisti. Denique etiam hodie tu ipse dixisti quia Christiani ad Christianos venimus, Christianos nos probasti. Promisisti te conflictaturum, promisisti te oblaturum aut acceptaturum esse ratione⟨m⟩. Libenter itaque accepimus praefationem tuam, optavimus ut quasi Christianus venires. Obtuli tibi epistulam Arri quam scripsit Arrius, de cuius nomine dicitis vos frequenter iniuriam sustinere. Dicitis quod Arrium ⟨non⟩ sequamini. Hodie aperta debet esse sententia: aut condemna illum aut astrue quibus vis lectionibus." Et adiecit: „Ergo iuxta epistulam Arri Christus dei filius non est sempiternus?"

Palladius dixit: „Nos diximus probaturos nos Christianos sed in concilio pleno; non vobis respondemus omnino in praeiudicium concili futuri".

Eusebius episcopus dixit: „Sine calliditate fidei tuae professionem debes exponere".

Palladius dixit: „Et quid concilio reservamus?"

13. Ambrosius episcopus dixit: „Omni ore condemnatio facta est in eum qui negaret dei filium sempiternum. Negavit Arrius, hunc sequitur Palladius qui non vult condemnare Arrium. Itaque utrum huius probanda sententia sit considerate, et utrum secundum scripturas dicat aut

---

126—199 = Max. 25—34 **136** iuxta — **137** sempiternus] *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar. a. 320) p. 13, 10sq. οὐδὲ γάρ ἐστιν (*sc.* ὁ υἱὸς) ἀίδιος ἢ συναίδιος

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); *Max.*; **rm**

---

126 resederemus $PMQac.$ **127** exigisti P **128** Christianos] *add.* igitur **rm** probatis $PMQac.$, probabitis $Qpc.$ **129** oblaturum *correxi secundum Max.*, ablaturum $P\pi$, allaturum **rm** **129sq.** aut acceptaturum *om.* **r** **130** ratione $P\pi_1BR$ **131** optabimus P **132** quam] *add.* ipse **r** de] pro **r** **133** iniuriam frequenter *tr.* **rm** **134** non B **rm**, *om. cett.* **136** adiecit] ADI P, addidit π **rm** *Hans.* (*item semper*) **140** in praeiudicium] sine (in *pr.*) praeiudicio P

contra scripturas intellegere licet. Lectum est enim: *Sempiterna virtus dei atque divinitas.* Dei virtus Christus est. Si igitur sempiterna dei virtus est, sempiternus utique Christus est, quia Christus est dei virtus".

Eusebius episcopus dixit: „Haec fides nostra est, haec intellegentia catholica. Qui hoc non dixerit anathema".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema".

14. Eusebius episcopus dixit: „Specialiter dicit solum patrem sempiternum et filium aliquando coepisse".

Palladius dixit: „Arrium nec vidi nec scio qui sit".

Eusebius episcopus dixit: „Arri blasfemia prolata in qua negat filium dei sempiternum; hanc perfidiam damnas cum auctore aut asseris?"

Palladius dixit: „Ubi auctoritas pleni concili non est non dico".

15. Ambrosius episcopus dixit: „Dubitas damnare post divina iudicia cum crepuerit medius?" Et adiecit: „Dicant etiam sancti viri legati Gallorum".

---

149 Rom. 1, 20 **150** dei virtus Christus] *cf.* 1 Cor. 1, 24; 1, 18 **156sq.** solum patrem sempiternum] *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar.) p. 12, 4 μόνον ἀίδιον **157** filium aliquando coepisse] *cf.* Ar. Urk. 4b p. 7, 21 ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ar. Urk. 12, 3 ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; Ambr. fid. 4, 9, 96sqq. **165** crepuerit medius] *sc. Arrius, cf.* Ruf. hist. 10, 14 *et* Act. 1, 18

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); *Max.*; **rm**

---

149 scriptura *Pac.* licet *Max.* **m**, liquet *P* π, decet **r** **154** hoc] haec π_2**rm** **156** dicit] *add.* Arius **r** **157** sumpiturnum *P* **159** prolata] *add.* est *BRsl.***rm** **160** dei filium *tr.* **rm** **161** auctorem $P\pi_1$ **162** est] *add.* sententiam meam **r** **164** damnare — **165** iudicia] post divina iudicia damnare Arium **rm**

Constantius episcopus et legatus Gallorum dixit: „Hanc impietatem eius hominis et semper damnavimus et nunc damnamus non solum Arrium sed et quique filium dei non dixerit sempiternum".

Ambrosius episcopus dixit: „Quid etiam dicit dominus meus Iustus?"

Iustus episcopus et legatus Gallorum dixit: „Qui filium dei coaeternum cum patre non confitetur anathema habeatur".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema".

16. Ambrosius episcopus dixit: „Dicant etiam Afrorum legati qui omnium civium huc attulere sententias."

Felix episcopus et legatus dixit: „Si qui filium dei negaverit sempiternum et coaeternum negaverit, non solus ego legatus totius provinciae Africanae damno, sed et cunctus chorus sacerdotalis qui ad hunc coitum me sanctissimum misit etiam ipse ante damnavit".

Anemius episcopus dixit: „Caput Illyrici non nisi civitas est Sirmiensis, ego igitur episcopus illius civitatis sum. Eum qui non confitetur filium dei aeternum et coaeternum patri quod est sempiternum anathema dico, sed etiam is qui idem non confitetur".

---

180 *cf. l. 136 sq.*

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); *Max.*; **rm**

---

168 eiusmodi **r** **169** quique] quicumque π_2 **rm**, quisque *Max.* **171** etiam] ad hoc **r** **173** et] *add.* alius **r** **178** civium] Afrae sacerdotum **r** huc] hoc *P*π_1, hic *BR* **179** quis *T* **rm** **180** negaverit (1)] *add.* et **r** et] *add.* patri **r** negaverit (2) *om.* **r** **181** Africanae provinciae *tr.* **rm**, *add.* eum **r** **182** coitum] coetum *Max.* **r**, cognitum *BR* sanctissimum me *tr.* **rm** **183** misit] *add.* sicut **r** etiam] *add.* illum **r** **185** igitur] vero **r** **186** eum] *add.* igitur **r** confitetor *P* **187** sed] et **r** is] his *Max.*, iis **m** is — **191** habentem] ut recitatum est eum qui confitetur solum patrem aeternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem, non etiam filium aequalem, anathema dico **r** **188** confitentur *Ppc.* π_1

17. Ambrosius episcopus dixit: „Audite sequentia".

Et recitatum est: „Solum aeternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem".

Ambrosius episcopus dixit: „Et in hoc damna eum qui negat filium deum verum. Cum enim ipse sit veritas, quemadmodum non est deus verus?" Et adiecit: „Quid ad hoc?"

Palladius dixit: „Filium verum qui non dicit?"

Ambrosius episcopus dixit: „Arrius negavit".

Palladius dixit: „Cum apostolus dicat Christum super omnia deum, potest aliquis negare verum filium dei?"

18. Ambrosius episcopus dixit: „Ut scias quam simpliciter veritas a nobis requiratur: ecce dico ego ut dicis, sed semiplenum habeo; cum enim ita dicis, videris negare deum verum, si autem simpliciter confiteris verum deum filium dei, eo ordine astrue quo ipse propono".

Palladius dixit: „Ego secundum scripturas tibi loquor, verum filium dei deum dico".

190sq. *cf.* Ar. Urk. 6 (= ep. Ar.) p. 12, 4sq. μόνον ἀίδιον, μόνον ἄναρχον, μόνον ἀληθινόν, μόνον ἀθανασίαν ἔχοντα **193** veritas] *cf.* Ioh. 14, 6 **198sq.** *cf.* Rom. 9, 5 **205** secundum — **206** deum] *cf.* Ar. Urk. 3 (Euseb. Caes. ep.) p. 5, 7 sqq. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς θεὸς μὲν ὁ υἱός, ἀλλ' οὐκ ἀληθινὸς θεὸς... εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ἀληθινός, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ εἴη ἄν καὶ θεός, ἐπεὶ ‚καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος', οὐ μὴν ὡς ὁ μόνος ἀληθινὸς θεός; Ambr. fid. 3, 16, 133 deinde dicis interdum deum Christum. Sed ita dic deum, ut deum verum, ut plenitudinem ei paternae divinitatis adsignes.

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); *Max.* (*des l. 199*); **rm**

---

194 et — **196** dixit] Palladius dixit quid est hoc **r** **196** qui] quis **rm** dicit **rm**, dicat *P* π **204** quo] quid *PMQac.*, quod *Qpc.* **206** deum *correxi*, dominum *P* π **m**, *om.* **r** (*de vocabulorum dei et domini confusione cf. Proleg. III 2.4.32*)

Ambrosius episcopus dixit: „Verum deum dicis filium esse dei?“

Palladius dixit: „Cum verum filium dicam quid amplius?“

Ambrosius episcopus dixit: „Non quaero tantummodo ut verum filium dicas, sed ut verum deum dei filium dicas“.

19. Eusebius episcopus dixit: „Christus deus verus est secundum omnium fidem et catholicam professionem“.

Palladius dixit: „Verus filius dei est“.

Eusebius episcopus dixit: „Nam et nos per adoptionem filii sumus, ille secundum proprietatem generationis divinae“. Et adiecit: „Confiteris ergo verum filium dei deum verum esse secundum nativitatem et proprietatem?“

Palladius dixit: „Verum dei filium unigenitum dico“.

Eusebius episcopus dixit: „Hoc ergo putas contra scripturas si Christus deus verus esse dicatur?“

20. Cumque Palladius reticeret, Ambrosius episcopus dixit: „Solum verum filium dei qui dicit et non vult dicere deum verum videtur negare. Hoc igitur ordine confiteatur si tamen confitetur Palladius e⟨t⟩ dicat utrum verum deum dei filium dicat“.

---

207 sqq. verum deum] *cf.* Ambr. fid. 2, 3, 33 De vero et bono deo dei filio; fid. Nic. 9 θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ **217** nos — **218** sumus] *cf.* Gal. 4, 5

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

207 deum **r**, dominum $P\,\pi$ **m** **208** esse *om.* π_2 **rm** **212** deum **r**, dominum $P\,\pi$ **m** **216** dei filius *tr.* **rm** **218** fili P **220** deum **r**, dominum $P\,\pi$ **m**, *item 226.228* **222** putas] *add.* esse *Pac.* (*corr. m1*) **226** verum] *add.* deum esse eum **r** **227** et dicat] edicat $P\pi_1$, *om.* **r**

Palladius dixit: „Cum dicat filius: *Ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti Iesum Christum*, cum affectu ⟨aut⟩ veritate?"

Ambrosius episcopus dixit: „Iohannes dixit in epistula sua: *Hic est deus verus*, nega hoc."

Palladius dixit: „Cum dicam tibi verum filium, profiteor veram etiam divinitatem".

Ambrosius episcopus dixit: „Et in hoc fraus est; sic enim soletis dicere unam et veram divinitatem ut patris tantummodo, non etiam fili veram et unam divinitatem dicatis. Ergo si aperte vis dicere, quia ad scripturas me provocas, dic quod dixit evangelista Iohannes: *Hic est deus verus*, aut nega dictum".

Palladius dixit: „Absque filio alius genitus non est".

21. Eusebius episcopus dixit: „Christus deus verus secundum omnium fidem et catholicam professionem an in sententia tua deus verus non est?"

Palladius dixit: „Virtus dei nostri est".

Ambrosius episcopus dixit: „Non habes libertatem profitendi, ac per hoc anathema ei qui non confitetur verum deum filium dei".

---

229 Ioh. 17, 3 233 1 Ioh. 5, 20 240 1 Ioh. 5, 20

$P\ \pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

229 cognoscat $P\pi_1 R$ **230** deum **r**, dominum $P\ \pi$ **m**, *sed cf. l. 206*; Max. 15; Ambr. fid. 4, 10, 138 *al.* cum *om.* **m**, humano **r** **231** aut *addidi*, an $BTDS$, an in **rm**, *om.* $P\pi_1 R$ **232** iohannis P **233** negas **r** **236** est fraus *tr.* **rm** **237** ut] *add.* ex $P\pi_1 BRDac.$ **238** filii π_2 **rm** **239** dicatis TDS **rm**, dic autem $P\pi_1 BR$ (*cf. Proleg. III 2.4.4*) **240** iohannis P **240sq.** verus deus *tr.* **rm**, *item 243* **242** absque filio] praeter filium **r** **245** sententiam tuam $P\pi_1$ **249** deum filium **r**, dominum filium **m**, filium domini (-um MB) $P\ \pi$

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema habeatur qui Christum filium dei deum verum non dixerit".

22. Item adiecit: „Solum verum, solum immortalitatem habentem".

Ambrosius episcopus dixit: „Filius dei habet immortalitatem an non habet secundum divinitatem?"

Palladius dixit: „Apostolum admittis an non? *Rex regum qui solus habet immortalitatem.*"

Ambrosius episcopus dixit: „De Christo filio dei quid dicis?"

Palladius dixit: „Christus nomen divinum est aut humanum?"

23. Eusebius episcopus dixit: „Secundum carnis quidem sacramentum Christus dicitur, sed idem deus et homo est".

Palladius dixit: „Christus nomen carnis est, Christus nomen humanum est, et respondete vos mihi".

Eusebius episcopus dixit: „Quid superfluis immoraris? Cum legeretur impietas Arri, qui hoc dicit de patre quia *solus ⟨habet⟩ immortalitate⟨m⟩*, attulisti testimonium ad consensum impietatis Arri ex apostolo dicens: *Qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem*; sed si intellegis totius naturae dignitatem in dei nomen expressit, siquidem in dei nomine et pater et filius designatur".

---

256 1 Tim. 6, 15sq. 269.270 1 Tim. 6, 16

$P\ \pi$ (π_1 = $M\ Q$; π_2 = $B\,R\,T\,D\,S$); **rm**

---

251 deum **r**, dominum $P\ \pi$ **m** **252** item *correxi*, iterum $P\ \pi$ **rm** **256** an] aut $P\ \pi_1 B\,R$ (*cf. Proleg. III 2.4.21*) **257** regum] *add.* inquit ille **r** **260** aut] an **rm** **267** superfluis] -es et *Pac.* π, -is et $B\,R$ **269** habet immortalitatem] immortalitate (-em *R*) $P\,\pi_1$ *Rac.*, *add.* habet $B\,R$*pc.* **270** ex] et *Pac.* **271** inaccessibilem habitat *tr.* **rm** si *om. Pac.* **272** nomine $B\,R$ **rm** **273** et (1) *om.* $T\,D\,S$ **rm** designatur] -us $P\ \pi_1$, -antur **rm**

Palladius dixit: „Et ego vos quod interrogavi respondere noluistis".

24. Ambrosius episcopus dixit: „Aperte de te sententiam quaero: Filius dei habet immortalitatem secundum generationem divinam an non habet?"

Palladius dixit: „Secundum generationem divinam incorruptibilis est, per carnem mortuus est".

Ambrosius episcopus dixit: „Non divinitas mortua est sed caro mortua est".

Palladius dixit: „Ante vos mihi respondete".

Ambrosius episcopus dixit: „Filius dei secundum divinitatem habet immortalitatem an non habet? Sed etiam fraudes et insidias tuas non secundum Arri professionem prodidisti?" Et adiecit: „Qui filium dei negat habere immortalitatem, quid vobis videtur?"

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema habeatur".

25. Palladius dixit: „Status divinus immortalis est".

Ambrosius episcopus dixit: „Astute et hoc, ut de dei filio nihil exprimas evidenter, et ego dico: Immortalitatem habet dei filius secundum divinitatem, aut nega quia habet immortalitatem".

Palladius dixit: „Christus mortuus est an non?"

Ambrosius episcopus dixit: „Secundum carnem, anima nostra non moritur; scriptum est enim: *Nolite timere eos*

---

297 Mt. 10, 28

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); rm

---

280 est (1)] et π_1 *B* rm 285 habet *om. Pac.* etiam] iam r 286 non *om.* r 290 status] satus *Mac.* m 293 quia] *add.* non π_2 r 295 an] aut $P\pi_1 BR$ (*de vocabulorum* an *et* aut *confusione cf. Proleg. III 2.4.21*) 296 carnem] carnis naturam r

qui carnem possunt occidere, anima⟨m⟩ autem non possunt. Cum igitur anima nostra mori non possit, putas quod Christus secundum divinitatem mortuus sit?"

Palladius dixit: „Mortis appellationem quare tu horres?"

Ambrosius episcopus dixit: „Immo non horreo sed confiteor secundum carnem meam; est enim per quam a mortis vinculis sum revinctus".

Palladius dixit: „Mortem separatio facit spiritus; nam Christus filius dei carnem suscepit et per carnem mortuus est".

Ambrosius episcopus dixit: „Scriptum est Christum passum; secundum carnem igitur passus est, secundum divinitatem habet immortalitatem. Hoc qui negat diabolus est".

Palladius dixit: „Ego Arrium non novi".

26. Ambrosius episcopus dixit: „Ergo male dixit Arrius, cum etiam filius dei habet immortalitatem secundum divinitatem". Et adiecit: „Bene dixit an male?"

Palladius dixit: „Non consentio".

Ambrosius episcopus dixit: „Cui non consentis? Anathema illi qui non explicat fidei libertatem".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema".

309sq. *cf.* 1 Petr. 4, 1

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); **rm**

---

298 carnem — possunt (2)] occidunt corpus, animam autem non possunt occidere π_2 **rm** (*Vulg.*) anima *P* **301** horris *P* π_1 *Rac.* **304** meam — **305** revinctus] Christum mortuum esse eius namque morte diaboli vinculis revinctus a mortis potestate sum erutus **r** quam] quem *M* **m** **310** passum] *add.* in carne **r** **311** diabolus] Arianus **r** **315** habet] -eat π_2 **rm** **316** dixit] *add.* ergo **rm** **319** explicat] *add.* suae **r**

Palladius dixit: „Dicite quod vultis; eius est divinitas immortalis".

Ambrosius episcopus dixit: „Cuius? Patris an et fili?" Et adiecit: „Multas impietates congessit Arrius, ad alia transeamus".

27. Et recitatum est: „Solum sapientem".

Palladius dixit: „Pater a se sapit, filius autem sapiens non est".

Ambrosius episcopus dixit: „Ergo filius non est sapiens cum sit ipse sapientia? Nam et nos dicimus quia ex patre natus est filius".

Eusebius episcopus dixit: „Aliquid tam impium, tam profanum quam sapientem filium dei negare?"

Palladius dixit: „Sapientia dicitur; qui potest sapientiam denegare?"

Ambrosius episcopus dixit: „Sapiens est an non?"

Palladius dixit: „Sapientia est".

Ambrosius episcopus dixit: „Sapiens ergo cum sit sapientia".

Palladius dixit: „Secundum scripturas vobis respondemus".

Ambrosius episcopus dixit: „Etiam sapientem quantum video filium dei Palladius negare conatus est".

Eusebius episcopus dixit: „Qui negat dei filium sapientem anathema sit".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema".

---

326 *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar. a. 320) p. 12, 5 μόνον σοφόν **330** sapientia] *cf.* 1 Cor. 1, 24

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); **rm**

---

324 Arrius] *add.* sed **rm** alia *P* **rm**, alias π **330** ipse sit *tr.* **rm** **332** dixit] *add.* est π_2 **rm** **333** quam] *add.* dixit *P* π, *add.* quod dixit **rm**, *add.* nempe **r** **334** quis **rm** **344** filium dei *tr.* π_2 **rm**

28. Eusebius episcopus dixit: „Etiam Secundianus ad hoc respondeat".

Cumque Secundianus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: „Quia tacet integrum vult habere iudicium". Et adiecit: „Solum patrem bonum cum dicit filium confessus est an negavit?"

Palladius dixit: „Legimus: *Ego sum pastor bonus*, et nos negamus? Quis non dicat bonum dei filium?"

Ambrosius episcopus dixit: „Ergo bonus est Christus?"

Palladius dixit: „Bonus".

Ambrosius episcopus dixit: „Male ergo Arrius de solo patre dixit, cum etiam filius dei deus omnibus sit".

Palladius dixit: „Qui bonum non dicit Christum male dicit".

29. Eusebius episcopus dixit: „Christum deum bonum confiteris? Nam et ego bonus sum, mihi dixit: *Euge bone serve*, et: *Homo bonus profert de thesauro suo bona*".

Palladius dixit: „Iam dixi, non vobis respondeo usque ad plenum concilium".

Ambrosius episcopus dixit: „Iudaei dicebant: *Bonus est*, et Arrius negat quia filius dei bonus est".

Palladius dixit: „Qui potest hoc negare?"

---

351 *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar.) p. 12, 5 μόνον ἀγαθόν **353** Ioh. 10, 11 **363** Mt. 25, 21 **364** Mt. 12, 35; Luc. 6, 45 **367** Ioh. 7, 12

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

350 quia] qui DS **rm** **353** legamus *Pac.* **359** deus omnibus] bonus deus **r** **360** dicit] dicat $P\pi_1$ **362** deum *om.* π_2 **rm** **363sq.** serue bone *tr.* π_2 **rm** **364** thensauro P **365** dixi] *add.* nunc **r** vobis non *tr.* **rm** **366** conplenum $P\,\pi_1$ **367** dicebant] *add.* quia **rm** **368** bonus] *add.* non π_2 **369** quis TDS **rm**

Eusebius episcopus dixit: „Bonus est ergo deus filius dei".

Palladius dixit: „Bonus pater bonum filium genuit".

30. Ambrosius episcopus dixit: „Et nos bonos genuit, sed non secundum divinitatem; deum bonum dei filium dicis?"

Palladius dixit: „Filius dei bonus est".

Ambrosius episcopus dixit: „Vides ergo quia Christum bonum filium, non bonum deum dicis, quod a te quaeritur". Et adiecit: „Bonum deum filium dei qui non confitetur anathema".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema".

31. Item recitavit: „Solum potentem".

Ambrosius episcopus dixit: „Potens est filius dei an non?"

Palladius dixit: „Qui omnia fecit non est potens, qui omnia fecit minus potest?"

Ambrosius episcopus dixit: „Ergo Arrius male dixit". Et adiecit: „Vel in hoc damnas Arrium?"

Palladius dixit: „Unde scio qui sit? Ego pro me respondeo tibi".

Ambrosius episcopus dixit: „Filius dei deus potens est?"

Palladius dixit: „Potens".

Ambrosius episcopus dixit: „Deus bonus est?"

---

373 nos bonos genuit] *cf.* Gen. 1, 31 **382** *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar.) p. 12, 5 μόνον δυνάστην

$P\ \pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

378 bonum (1)] *add.* bonum **rm** **378** adiecit] *add.* qui $T\,Dpc.S$ **rm** deum *om.* **m** qui *correxi*, deum $P\ \pi$ **m**, *om.* **r** **389** qui] quid $P\ \pi_1$ sit] *add.* Arius **r** **391** dei deus **r**, domini dei $P\pi$, domini dei deus **m** **392** est] *add.* an non **r** **394** bonus est] ergo bonus est filius **r**

Palladius dixit: „Iam dixi filium dei unigenitum esse potentem".

Ambrosius episcopus dixit: „Deum potentem".

Palladius dixit: „Filium dei potentem".

32. Ambrosius episcopus dixit: „Potentes etiam homines sunt; scriptum est: *Quid gloriaris in malitia qui potens es iniquitate?* Et alibi: *Cum infirmor tunc potens sum.* Illud a te requiro ut confitearis deum potentem esse dei filium Christum aut si negas astrue. Nam qui unam potentiam dico patris et fili, sic filium dei dico potentem sicut et patrem. Dubitas ergo confiteri potentem esse deum dei filium?"

Palladius dixit: „Iam dixi secundum disputationem, prout possumus respondemus vobis; vos enim soli vultis esse iudices, vos litigatores esse vultis. Non vobis respondemus nunc sed in concilio generali et pleno respondemus vobis".

Ambrosius episcopus dixit: „Anathema illi qui negat deum potentem Christum".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema".

33. Item recitatum est: „Solum potentem, omnium iudicem".

---

400 Ps. 51, 3 **401** 2 Cor. 12, 10 **414 sq.** *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar.) p. 12, 5 μόνον δυνάστην, πάντων κριτήν

$P\ \pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

397 deum **r**, dominum $P\ \pi$ **m**, *item 402, 405, 412* (*cf. Proleg. III 2.4.32*) **399** etiam *correxi*, et in $P\ \pi_1 BR$, et TDS **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.23*) **400** est] *add.* enim **rm** **401** es] *add.* in $BRar.TDS$ **rm** **402 sq.** Christum dei filium *tr.* **rm** **404** fili P, -ii *cett.* **405** deum (dominum **m**) potentem esse *tr.* **rm** **409** nunc] non $P\ \pi_1 Rac.$ sed *om.* *Pac.* (*corr. m1*) respondebimus **rm** **414** solum potentem *om.* **r**

Palladius dixit: „Omnium iudicem filium dei, est qui dat, est qui accipit".

Ambrosius episcopus dixit: „Per gratiam dedit aut per naturam? Et hominibus datur iudicium".

Palladius dixit: „Patrem maiorem dicis an non?"

Ambrosius episcopus dixit: „Postea respondebo tibi".

Palladius dixit: „Ego tibi non respondeo si non respondes mihi".

Eusebius episcopus dixit: „Nisi impietate⟨m⟩ Arri ex ordine damnaveris, interrogandi tibi non dabimus facultatem".

Palladius dixit: „Non tibi respondeo".

Ambrosius episcopus dixit: „Filius dei sicut lectum est iudex est an non?"

Palladius dixit: „Si non respondes mihi, ego tibi ut impio non respondeo".

34. Ambrosius episcopus dixit: „Habe⟨s⟩ professionem meam qua respondebo tibi. Interim perlegatur epistula Arri". Et adiecit: „In epistula Arri invenies et hoc sacrilegium quod tu moliris".

Palladius dixit: „Ego quae interrogo non respondetis?"

---

416 omnium iudicem filium dei] *cf.* Ioh. 5, 22.27

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

416 dei] *add.* est $P\pi_1 BR$ *Dar.*, *add.* profiteor sed pater **r** qui dat] quidad P, quid ad Q, quidade (*om.* est) M, *add.* et filius **r** **417** accepit $P\pi_1$ **418** dedit aut *correxi*, deditam ut $P\pi_1$, deditam R, deditam an B, dedit an TDS**m**, pater dedit an **r** (*cf. Proleg. III 2.4.21*) **419** naturam] *add.* nam **r** **420** an] aut $P\pi_1 BR$ **422** respondes] -is $P\pi_1$ **424** impietate $P\pi_1$ **429** an] aut $P\pi_1 BR$, *item 442* **432** habe $P\,\pi_1$ **433** qua] iuxta quam **r** **436** quae] uos **r**, qui **m**

Eusebius episcopus dixit: „Filium dei deum aequalem dicimus".

Palladius dixit: „Tu iudex es, tui exceptores hic sunt".

Ambrosius episcopus dixit: „Scribant tui qui volunt".

35. Palladius dixit: „Pater maior est an non?"

Eusebius episcopus dixit: „Secundum divinitatem aequalis est filius patri. Habes in evangelio quod Iudaei persequebantur eum, *quia non solum solvebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo.* Quod ergo impii persequentes confessi sunt, nos credentes negare non possumus".

Ambrosius episcopus dixit: „Et alibi habes: *Qui cum esset in forma dei non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus obaudiens usque ad mortem*". Et adiecit: „Vides quia in forma dei aequalis est? Et forma⟨m⟩, inquit, servi accepit. In quo ergo minor est? Secundum formam utique servi, non dei".

Eusebius episcopus dixit: „Sicut in forma servi constitutus inferior servo non fuit, ita in forma dei constitutus inferior deo esse non potuit".

36. Ambrosius episcopus dixit: „Aut dic quia secundum divinitatem minor est filius dei".

Palladius dixit: „Pater maior est".

Ambrosius episcopus dixit: „Secundum carnem".

---

445 Ioh. 5, 18 **449** Phil. 2, 6—8

$P\ \pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

444 habis P **449** habis P **452** obaudiens P, oboediens π **m**, et oboediens **r** **453** uidis P **454** forma $P\pi_1$ accipiens **r** **460** dei] patre **r** **461** maior] inquit maior me **r**

Palladius dixit: „*Qui me misit maior est me.* Caro missa est a deo aut filius dei?“

Ambrosius episcopus dixit: „Falsari a vobis scripturas divinas hodie comprobamus; sic enim scriptum est: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, non turbetur cor vestrum, non quomodo hic mundus dat et ego do vobis. Si diligeretis me gauderetis quia dixi: Vado ad patrem quia pater maior me est.* Non dixit: Qui me misit maior me est“.

Palladius dixit: „Pater maior est“.

Ambrosius ⟨episcopus⟩ dixit: „Anathema illi ⟨qui ad⟩ divinas scripturas addit aliquid aut minuit“.

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema“.

37. Palladius dixit: „Pater maior est filio“.

Ambrosius episcopus dixit: „Secundum carnem filius minor est patre, secundum divinitatem aequalis est patri; legi igitur aequalem dei filium patri sicut iam et prolata exemplaria testantur. Secundum carnem autem quid miraris minorem, cum dixerit se servum, cum dixerit se lapidem, cum dixerit se vermem, cum dixerit se minorem angelis, quia scriptum est: *Minorasti eum paulo minus ab angelis*“.

Palladius dixit: „Impie vos asserentes video, non vobis respondemus sine auditoribus“.

---

463 Ioh. 6, 44 + 14, 28, *cf.* Ar. Urk. 3 (Eus. Caes. ep.) p. 5, 3 ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν **466** Ioh. 14, 27 sq. **476 sqq.** *cf.* Ambr. fid. 2, 8, 61 sqq. **478** legi — patri] *cf.* Ioh. 5, 18; Phil. 2, 6; Ambr. fid. 2, 8, 70 **480** servum] *cf.* Phil. 2, 7; Ps. 115, 16 lapidem] *cf.* Mt. 21, 42; Act. 4, 11; 1 Petr. 2, 7 sq. **481** vermem] *cf.* Ps. 21, 7 **482** Ps. 8, 6

$P\ \pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

465 sq. diuinas scripturas *tr.* π_2 **rm** **467** non — **468** vestrum *om.* **r** **468** et *om.* B **rm**, *del.* R **469** quia dixi] utique quia **r** **472** episcopus *om.* PQ, *eras.* M **472 sq.** illi qui ad divinas scripturas *correxi*, illa diuinas scripturas $P\pi_1$, illi (ille $BRpc.$) qui diuinis scripturis π_2 **rm** **477** patre] -i $P\ \pi_1$ **478** igitur] enim **r** dei filium aequalem *tr.* **rm** patris $Pac.\ \pi_1$ **484** respondemus vobis *tr.* **rm**

Sabinus episcopus dixit: „Nemo ab eo requirat sententiam qui tam innumeris sententiis blasfemavit".

Palladius dixit: „Non vobis respondemus".

38. Sabinus episcopus dixit: „Ab omnibus iam damnatus est Palladius; Arri blasfemiae multo minores sunt quam Palladi". Et cum Palladius surrexisset atque foras exire voluisset: „Ideo surgit Palladius, quoniam apertis testimoniis scripturarum convincendum esse se cernit sicut iam convictus est; scit enim lectum esse secundum divinitatem quod aequalis patri filius sit. Accipiat autem quia filius dei secundum divinitatem maiorem non habet; scriptum est: *Abrahae cum repromisisset deus quoniam nullum alium habe⟨b⟩at maiorem per quem iuraret iuravit per semetipsum.* Vides igitur scripturam quia *nullum alium maiorem habe⟨ba⟩t per quem iuraret*; filius autem est de quo dicitur quoniam ipse visus est Abrahae, unde et ait: *Abraham diem meum vidit et gavisus est*".

Palladius dixit: „Pater maior est".

Eusebius episcopus dixit: „Quando ut deus locutus maiorem non habuit, quando ut homo locutus maiorem habuit".

---

496 Hebr. 6, 13 **500** Ioh. 8, 56

$P\ \pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

485 requirat ab eo *tr.* **rm** **490** palladii π_2 **rm** **491** ideo] *add.* inquit π_2 **rm** surgit] -et $P\ \pi_1$, surrexit **m** **492** testimoniis scripturarum *Ppc.*, scripturis testimoniis scripturarum *Pac.*π_1, scripturarum testimoniis π_2 **rm** **493** scit *Ppc.*, sic *Pac.*π **rm** esse $P\ \pi_1$, est π_2 **rm** **494** quia] quod **r** **495** filius dei *om.* π_2 **r** **496** quoniam] *add.* per $P\ \pi$ **497** habeat $P\ \pi_1$ **498** uidis P **499** habebat *correxi*, habet $P\ \pi$ **rm** de quo] is de quo in scriptura **r** **503** locutus] *add.* est **rm** **504** habet **m**, *item 505*

39. Palladius dixit: „Pater genuit filium, pater misit filium".

Ambrosius episcopus dixit: „Anathema ei qui negat secundum divinitatem filium aequalem patri".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema".

Palladius dixit: „Filius subiectus patri, filius praecepta patris custodit".

Ambrosius episcopus dixit: „Subiectus secundum carnis rationem. Cetera et ipse meministi quia legisti: *Nemo venit ad me nisi quem pater attraxerit*".

Sabinus episcopus dixit: „Dicat si secundum divinitatem subiectus est patri an secundum incarnationem".

40. Palladius dixit: „Ergo pater maior est".

Ambrosius episcopus dixit: „Et alibi scriptum est: *Fidelis deus per quem vocati estis in communionem fili eius.* Ego dico patrem maiorem esse secundum carnis assumptionem quam suscepit filius dei, non secundum divinitatem".

Palladius dixit: „Quae enim comparatio est fili dei? Et caro potest dicere: Deus me maior est. Caro loquebatur aut divinitas, quia ibi erat caro?"

Ambrosius episcopus dixit: „Caro sine anima non loquitur".

Eusebius episcopus dixit: „Deus loquebatur in carne secundum carnem quando dicebat: *Quid me persequimini hominem?* Quis hoc dixit?"

511sqq. subiectus] *cf.* 1 Cor. 15, 28; Ambr. fid. 2, 10, 88; 5, 13, 154sqq. **514** Ioh. 6, 44 **520** 1 Cor. 1, 9 **529** Ioh. 8, 40

$P\ \pi\ (\pi_1 = MQ; \pi_2 = BRTDS)$; rm

---

508 ei] illi S rm negat] *add.* filium $P\ \pi$ rm **509** filium *om.* π_2 rm **513** carnem $P\ \pi_1$ **514** c(a)eterum $TDpc.S$ rm **520** fili P, -ii *cett., item 523* **523** enim] nam r **528** carnem $P\pi_1 RDac.$ in carne loquebatur *tr.* rm

Palladius dixit: „Filius dei".

Ambrosius episcopus dixit: „Deus ergo filius dei est secundum divinitatem et homo est secundum carnem".

Palladius dixit: „Carnem suscepit".

Eusebius episcopus dixit: „Ergo humanis verbis usus est".

Palladius dixit: „Carnem humanam suscepit".

41. Ambrosius episcopus dixit: „Dicat quia non secundum divinitatem apostolus dixit subiectum sed secundum carnem; scriptum est enim: *Humiliavit semetipsum factus obaudiens usque ad mortem.* In quo ergo mortem gustavit?"

Palladius dixit: „Qui⟨a⟩ se humiliavit".

Ambrosius episcopus dixit: „Non divinitas sed caro humiliata est atque subiecta". Et adiecit: „Creaturam perfectam bene dixit Arrius an male dixit?"

Palladius dixit: „Ego tibi non respondeo auctoritatem non habenti".

Ambrosius episcopus dixit: „Profitere quod vis".

Palladius dixit: „Non respondeo vobis".

42. Sabinus episcopus dixit: „Pro Arrio non respondes, ad interrogata non respondes?"

Palladius dixit: „Pro Arrio ego non respondi".

Sabinus episcopus dixit: „Usque adeo respondisti, ut filium dei negares potentem, negares verum deum".

---

540 Phil. 2, 8 **544sq.** creaturam perfectam] *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar.) p. 12, 9 κτίσμα τοῦ θεοῦ τέλειον

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); **rm**

---

539 subiectum] oboediens usque ad mortem **r** **541** obaudiens *P*, oboediens π **rm** **542** quia] qui $P\pi_1 R$, quo *B* **550** non *om.* **r** **550sq.** respondis $P\pi_1$ (*bis*) **554** negares (2)] -is *PMQac.*

Palladius dixit: „Ego te iudicem non patior quem impietatis arguo".

Sabinus episcopus dixit: „Ipse nos coegisti sedere".

Palladius dixit: „Mandavi ut sederetis ut arguerem vos; quare subrepsistis imperatori? Ut concilium plenum non esset obrepsistis".

Ambrosius episcopus dixit: „Cum Arri impietates legerentur, et impietas tua pariter condemnata est quae consensit Arrianae impietati. Placuit tibi in media epistula lectionem proponere quam volebas; responsum tibi est quemadmodum patrem maiorem dixerit filius dei, eo quod secundum carnis susceptionem filius maiorem patrem dixerit. Proposuisti etiam subiectum esse filium dei, et in hoc responsum tibi est quia subiectus filius dei secundum carnem est, non secundum divinitatem. Habes professionem nostram, nunc audi cetera. Quoniam tibi responsum est, responde ad ea quae leguntur".

43. Palladius dixit: „Non tibi respondeo, quia quaecumque ego dixi non sunt scripta; vestra tantummodo scribuntur verba, non vobis respondeo".

Ambrosius episcopus dixit: „Omnia vides scribi; denique quae scripta sunt abundant ad tuae impietatis indicium". Et adiecit: „Creaturam dicis Christum an negas?"

Palladius dixit: „Non respondeo".

$P\ \pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

559 subrepsistis *correxi*, subrepuistis P, subripuistis π **rm** plenum concilium *tr.* **rm** **560** obrepsistis *correxi*, obrepistis (obstrep- *ac.*) P, obrepuistis π_1, obripuistis π_2 **rm** **563** in — **564** proponere] ut Arii epistola legeretur dictum est ut dubitationem proponeres **r** in epistola media *tr.* **m** **564** quam] quod $P\pi_1$ volebas] *add.* proposuisti quod filio pater maior est **r** **565** quemadmodum] quod **r** filius patrem maiorem dixerit *tr.* **m** dei *om.* **m** **566** filius — dixerit] pater maior est eo **rm** **569** habis P **571** leguntur] sequuntur **r** **575** uidis $P\pi_1$

Ambrosius episcopus dixit: „Ante hora⟨m⟩ citra acta⟨m⟩ cum legeretur quia Arrius dixit creaturam Christum negasti. Oblatum est tibi ut damnares perfidiam, noluisti. Vel nunc dic utrum natus ex patre Christus sit an creatus".

Palladius dixit: „Si vultis exceptores nostri veniant et sic totum excipiatur".

Sabinus episcopus dixit: „Adducat suos exceptores".

Palladius dixit: „Pleno concilio vobis respondebimus".

44. Ambrosius episcopus dixit: „Adtalus in tractatu concili Nicaeni suscripsit. Neget factum quia venit ad concilium, dicat hodie utrum suscripserit in tractatu concili Nicaeni an non". Cumque Adtalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: „Adtalus presbyter licet inter Arrianos sit, tamen habet auctoritatem loquendi; libere profiteatur utrum suscripserit in tractatu ⟨concili⟩ Nicaeni sub episcopo suo Agrippino an non".

Adtalus dixit: „Iam dixisti me aliquotiens damnatum, non tibi respondeo".

Ambrosius episcopus dixit: „Suscripsiti in tractatu concili Nicaeni an non?"

Adtalus dixit: „Non tibi respondeo".

45. Palladius dixit: „Modo vultis tractatum haberi plenum an non?"

---

587 sqq. *in synodo Sirmiensi a. 375 habita?*

$P\ \pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

579 ante citra horam (*om.* actam) **r** hora ... acta $P\pi_1$ **581** damnaris $P\pi_1$ **587** attalos MQ, attalus π_2 **rm** **588** nic(a)eni concilii *tr.* TDS **rm** concilii $P\ \pi$ **rm**, *sed cf. l. 125* **589 sq.** nic(a)eni concilii *tr.* T **m** **591** praesbiter P **593** concili Nicaeni] nic(a)eni $P\pi_1BR$, concilii niceni TDS, Nicaeni concilii **rm** **594** agripino (-pono M) $P\ \pi_1$ **595** aliquoties **rm** **598** concilii $P\ \pi$ **rm**, *item 609* an] aut $P\pi_1BRD$ **600 sq.** plenum haberi *tr.* $TDac.S$ **rm** **601** an] aut $P\ \pi_1 Rac.DS$, *add.* ut *Bsl.*

Cromatius presbyter dixit: „Creaturam non negasti, potentem negasti. Omnia negasti quae fides catholica profitetur".

Sabinus episcopus dixit: „Testes sumus nos Adtalum suscripsisse in concilio Nicaeno et nunc nolle respondere. Quid cunctis videtur?"

Cumque Adtalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: „Dicat utrum suscripserit in tractatu concili Nicaeni an non".

46. Palladius dixit: „Exceptor vester et noster stent et omnia scribant".

Valerianus episcopus dixit: „Iam quae dixisti et negasti scripta sunt omnia".

Palladius dixit: „Dicite quod vultis".

Ambrosius episcopus dixit: „Quia saepius vult damnari Palladius qui iam frequenter damnatus est, lego epistulam Arri quam ille noluit condemnare. Profitemini quid vobis videtur".

Omnes episcopi dixerunt: „Legatur".

Et recitata est: „Nato autem non putative et reliqua".

Ambrosius episcopus dixit: „Respondi tibi de maiore, respondi tibi et de subiecto, nunc ipse responde".

---

602 Cromatius] *Valeriani successor* **621** nato — putative] *cf.* Ar. Urk. 6 (ep. Ar.) p. 12, 8 γεννήσαντα δὲ οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ

$P\,\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

602 Chromatius **m** dixit] *add.* filium **r** **607** uideretur $P\pi_1$ **609** an] aut $P\pi_1 BRDS$ **613** et] *add.* quae **rm** **618** profitemini] *add.* antistites **r** **621** recitatum **m** **623** ipse] et ipse **rm**, *add.* mihi **r**

47. Palladius dixit: „Non respond⟨eo n⟩is⟨i⟩ auditores veniant post dominicam diem".

Ambrosius episcopus dixit: „Veneras tractaturus sed posteaquam obiec⟨tam⟩ tibi vidisti Arri epistulam, quem damnare noluisti, asserere autem non potes, idcirco nunc refugis et cavillaris. Plenarium ipsum recito ad singula. Dic utrum Christus creatus videatur, aut: ‚Fuit quando non fuit Christus' an vero semper fuit unigenitus dei filius? Cum Arri epistulam audieris, aut damna aut proba".

48. Palladius dixit: „Cum impietatis te argui, te iudice non utor, transgressor es".

Sabinus episcopus dixit: „Quas impietates obicias fratri nostro et consacerdoti Ambrosio dicito".

Palladius dixit: „Iam vobis dixi, pleno concilio respondeo et praesentibus auditoribus".

Ambrosius episcopus dixit: „In consessu fratrum meorum cupio confutari et redargui. Quae igitur impie dixerim dicito, sed impius tibi videor qui pietatem astruo".

---

630 fuit — **631** Christus] *cf.* Ar. Urk. 4b p. 7, 21 ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ar. Urk. 12 p. 19, 3 ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; fid. Nic. 19; Ambr. fid. 4, 8, 79; 9, 96 sqq.

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); **rm**

---

624 respondeo nisi *correxi*, respondis *P* π_1, respondebo nisi π_2 **rm** auditores **rm**, auctores *P* π **625** veniant] *add.* et **r** **627** obiectam tibi *correxi*, obiecitubi (obieci ubi *Qac.*) *P* π_1 *BR*, obiecit tibi *Dac.*, obieci tibi *Tac.Dpc.* **rm**, obici tibi *Tpc.S* (*cf. Proleg. III 2.4.29*) epistolam arrii *tr.* **rm** quem] quam *BRTDpc.S* **rm** **629** cabillaris *P* π_1 *BR* plenarie *TDpc.S* **rm** ipsam *TDpc.S* **rm**, ipso *B* **630** aut *correxi*, an ut *P* π_1 *BR*, an *TDS* **rm** fuit *TDpc.S* **rm**, sunt *P* π_1 *BR* (*deinde una linea vacua est in P*), non *Dac.*, *add.* tempus **r** **631** Christus *om.* **rm** **632** audires *P* π_1 *BR* **633** argui te] arguit te *Pac.* π_1 *BRDac.*, arguam te *TDpc.S* **rm** iudicem *P* π_1 **635** obicias *correxi*, obicies *P* π_1, obicis π_2 **rm** **636** consacerdoti] *add.* nostro **rm** **637** respondeo *P*, -ebo π **rm** **638** auditoribus **rm**, auctoribus *P* π **639** consessu] consensu *P* π_1 *BRDac.* **640** meorum *om.* **r**

Sabinus episcopus dixit: „Ergo impius tibi videtur qui Arri blasfemias arguit".

49. Palladius dixit: „Ego non negavi bonum filium dei".

Ambrosius episcopus dixit: „Dicis ergo Christum deum bonum?"

Palladius dixit: „Non vobis respondeo".

Valerianus episcopus dixit: „Nolite multum adigere Palladium, non potest vera nostra simpliciter confiteri; ipsius enim conscientia duplici blasfemia confusa est, nam a Fotinianis est ordinatus et cum ipsis est damnatus et nunc plenius damnabitur".

Palladius dixit: „Hoc proba".

Sabinus episcopus dixit: „Nec aliter poterat Christum verum ⟨deum⟩ negare nisi auctores suos sequeretur".

50. Ambrosius episcopus dixit: „Obiecisti me esse impium, hoc proba".

Palladius dixit: „Expositionem nostram afferimus, cum attulerimus, tunc disputatio habebitur".

Ambrosius episcopus dixit: „Damna impietatem Arri".

Cumque reticeret Palladius, Eusebius episcopus dixit: „Superfluis immoramur. Tot impietates Arri Palladius noluit condemnare, immo potius asserendo confessus est.

---

652 a Fotinianis] *cf.* ep. 2, 136 (*apparat. font.*)

$P\ \pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

642 quia **r** **643** arguit] -et $P\ \pi_1$, *add.* et profitetur deum bonum filium dei **r** **645** dei **rm**, dixi $P\ \pi$ (*om. Q, cf. Proleg. III 2.4.33*) **650** nostra **rm**, uestra $P\ \pi$ **652** Fotinianis] Phot- **rm**, fotiniacis $P\ \pi$ **653** nunc] *add.* ut Arianus **r** **655** nec] non **rm** **656** verum deum *correxi*, deum verum **r** **659** nostram **m**, uestram $P\ \pi_1$, *om.* π_2 **r** **660** cum] *add.* autem **rm** afferemus **rm** disputatio] probatio **r** **662** cumque] cum **rm** **663** immoramur] -atur **m**

Hunc qui non damnat similis illius est et haereticus iure dicendus est".

Omnes episcopi dixerunt: „A nobis omnibus anathema sit Palladio".

51. Ambrosius episcopus dixit: „Acquiescis ut cetera legantur Arri, Palladi".

Palladius dixit: „Date auditores, veniant et ex utraque parte exceptores; non potestis esse iudices, si auditores non habuerimus neque ex utraque parte venerint qui audiant, non vobis respondemus".

Ambrosius episcopus dixit: „Quos quaeritis auditores?"

Palladius dixit: „Sunt hic honorati multi".

Sabinus episcopus dixit: „Post tot blasfemias auditores petis?"

Ambrosius episcopus dixit: „Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de sacerdotibus; sed tamen quos iudices petas dicito".

Palladius dixit: „Auditores veniant".

Cromatius presbyter dixit: „Salva condemnatione sacerdotali quam et Palladi ⟨...⟩ etiam in pleno legantur".

52. Palladius dixit: „Non permittuntur loqui. Auditores veniant ⟨et⟩ ex utraque parte exceptores et respondent vobis hi in concilio generali".

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

665 hunc] nunc $P\pi_1 BRDac.$ **666** dicendum $P\pi_1$ **670** Palladi *post* **669** acquiecis *tr.* **rm** **672** auditores] auctores $P\,\pi_1$, exceptores **r** **673** neque *correxi*, et $P\,\pi$, et nisi **rm** **675** quaeris TS **rm** **677** hic] *add.* viri **rm** **685** quam et Palladi...] *lacunam significavi*, et qui Palladii sunt **r**, quin et qui Palladii sunt **m** etiam] *add.* nunc **rm** in pleno legantur] audiantur **r** **686** dixit] *add.* nostri **r** permittuntur **rm**, -antur $P\pi$ **687** et *om.* P respondebunt TDS **rm**

Ambrosius episcopus dixit: „Etsi in multis impietatibus deprehensus sit, erubescimus tamen ut videatur qui sacerdotium sibi vindicat a laicis esse damnatus, ac per hoc quoniam et in hoc ipso damnandus est qui laicorum expectat sententiam cum magis de laicis sacerdotes debeant iudicare, iuxta ea quae hodie audivimus Palladium profitentem et iuxta ea quae condemnare noluit, pronuntio illum sacerdotio indignum et carendum ut in loco eius catholicus ordinetur".

Omnes episcopi dixerunt: „Anathema Palladio".

53. Ambrosius episcopus dixit: „Imperator clementissimus et Christianus sacerdotum iudicio causam ut ipsi essent ⟨...⟩ altercationis, ipsos inquit constituissemus. Quoniam igitur nobis iudicium videtur esse delatum interpretes esse scripturarum, condemnamus Palladium, quia impii Arri noluit damnare sententiam et quia ipse dei filium sempiternum et cetera quae actis haerent negavit. Ergo anathema habeatur".

Omnes episcopi dixerunt: „Omnes condemnamus eum, anathema habeatur".

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

690 erubescemus **m** **691** vendicat **r** damnatos *Pac.* **692** quoniam] quoque **m** **696** carendum ut] privandum et **r** **700** causam] -as **r**, *add.* et **m** ut — **701** constituissemus] licet et ut ipse arbiter esset altercationis constituissemus commisit **r** ipsi] *add.* arbitri **m** **701** *lacunam significavi, cf. l. 26 sq.:* si obortae altercationis interpretes ipsos constituissemus antistites ipsos *correxi*, -i $P\pi$, *om.* **m** **702** esse *om.* **rm** **702 sq.** interpretes esse **rm**, interpr(a)es est $P\pi_1 BR Dac.$, interpres esse $TDpc.$, interpretem (*om.* esse) S **703** condemnamus *correxi*, -emus $P\,\pi$ **rm** quia] qui π_2 **rm** **704** filium dei *tr.* **rm** **705** haerent] inhaerent **rm** **707** condemnemus $\pi_1 BR$ **r**

54. Ambrosius episcopus dixit: „Quoniam omnes consistunt viri Christiani et deo probati fratres et consacerdotes nostri, dicat unusquisque quod sibi videtur".

Valerianus episcopus dixit: „Mihi quod videtur, qui Arrium defendit Arrianus est, qui blasfemias ipsius non condemnat ipse blasfemus est. Ideoque huiusmodi hominem a consortio sacerdotum censeo esse alienum".

Palladius dixit: „Coepistis ludere, ludite; sine concilio orientali vobis non respondemus".

55. Anemius episcopus Sirmiensis dixit: „Quicumque haereses Arrianas non condemnat Arrianus sit necesse est; hunc igitur alienum etiam a nostra communione et sacerdotali denuo privatum esse censemus".

Constantius episcopus Arausicus dixit: „Palladium Arri discipulum, cuius impietates iam olim damnatae sunt a patribus nostris in concilio Nicaeno et nunc hodie probatae, cum recenserentur Palladio singulae, non confusus est dicere dei filium a deo patre esse alienum, cum creatura⟨m⟩ confitetur, cum temporalem dicit, deum verum negat, in sempiternum censeo esse damnandum".

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

709 omnes] *add.* qui **r** **710** viri] hic viri sunt **r** **711** quod] quid π_2 **rm** videatur **rm** **712** quod] quidem *T Dpc. S* **rm** qui] quia *B R Dac.*, quia qui *T Dpc. S* **rm** **713** qui] quia *P Mac. Q B Dac.* ipsius] eius **m** **720** hunc] tunc $P\pi_1 B R Dac.$ **720sq.** sacerdotali] *add.* coetu **rm** **721** denuo *om.* **r** **723** Arausicus] arusicus *Pac.*, arasuicus π, Arausicanus **r** **724sq.** probatae] -ta $P\pi_1 B Rac. Dac.$ **725** recenserentur] *add.* ab eodem **r**, *add.* a **m** singulae] *add.* quia **rm** **726** dicere **r**, dum $P\pi$ **m** (*cf. Proleg. III 2.4.34*) alienum] *add.* et **r** creatura $P\pi_1$ **727** confitetur] *add.* et **r** temporalem] tempore coepisse **r**, *add.* coepisse **m** deum **r**, dominum *cett.* verum] -e $P\pi_1 Bac. R$

56. Iustus episcopus dixit: „Palladium qui blasfemias Arri damnare noluit sed etiam has magis confiteri videtur, censeo ulterius sacerdotem dici non posse nec inter episcopos deputari".

Eventius episcopus Ticiniensis dixit: „Palladium qui impietatem Arri damnare noluit, arbitror a consortio sacerdotali in perpetuum esse remotum".

57. Abundantius episcopus Tridentinus dixit: „Cum evidentes blasfemias Palladius defendat, damnatum se ex concilio Aquileiensi cognoscat".

Eusebius episcopus Bononiensis dixit: „Quia impietates Arri diabolico stilo conscriptas, quas non licebat nec ad aures admittere, Palladius non solum noluit condemnare sed earum extitit assertor negando filium dei deum verum, deum bonum, deum sapientem, deum sempiternum, hunc a coetu sacerdotali et mea sententia et omnium catholicorum iudicio arbitror iure esse damnatum".

58. Sabinus episcopus Placentinus dixit: „Quoniam cunctis patefactum est Palladium ⟨se⟩qui Arrianae perfidiae auctorem eiusque impietatem tenere quae contra evangelica et apostolica instituta venit, iusta in eum totius concili lata sententia est, qui meae licet parvitatis senten-

---

$P\ \pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

730 has] his $P\pi_1 BRac.Dac.$ magis has *tr.* **rm** **733** Ticiniensis] Cenetensis **r** **738** Aquileiense π_1 **740** stelo P **742** sed] *add.* et π_2 **rm** earum] eorum $P\pi_1 BRDac.$ deum **r**, filium $P\ \pi$, dominum **m** (*cf. Proleg. III 2.4.32*) **743** deum **r**, dominum $P\pi$ **m** (*ter*) **746** placentin(a)e $P\ \pi$ **747** sequi *correxi*, qui $P\ \pi$ **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.13*) **748** auctorem] auctor est TDS **m**, assertor est **r** eiusque] etiam eius **rm** **750** lata] illata π_2 **m** qui] et **r** meae licet *Tpc.Dpc.S* **rm**, meali. que P, me aliqu(a)e $\pi_1 Bac.Rac.$, mee aliqu(a)e *Bpc.Rpc.*, me aliqua *Dac.*, mea licet *Tac.*

tia sacerdotio denuo privatus ex hoc sacrosancto coetu iure pellatur".

Felix et Numidius legati Afrorum dixerunt: „Arrianae haeresis secta, in qua Palladius in Aquileiensi synodo declaratus est, anathema, sed et eos qui contra veritatem Nicaenae synodi repugnant condemnamus".

59. Limenius episcopus Vercellensis dixit: „Arrianam doctrinam saepe esse damnatam manifestum est et ideo Palladius conventus in hac sancta synodo Aquileiensi quoniam noluit corrigere vel emendare ⟨se⟩ sed magis probavit deprehensibilem et olitavit perfidia quam se publice professus est tenere, habeat sententiam meam: et ego hunc profiteor a consortio sacerdotali esse privatum".

Maximus episcopus Emonensis dixit: „Palladium qui blasfemias Arri nec damnare voluit sed magis ipse confessus est, iuste ac merito esse damnatum et deus novit et fidelium conscientia condemnavit".

60. Exsuperantius episcopus Dertonensis dixit: „Palladium qui sectam Arri vel eius doctrinam damnare noluit

---

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); rm

---

751 sacerdoti $P\pi_1 BRac.$ priuatum $P\pi_1 BRac.$ **754** haereses $MQac.$ sectae **rm** in qua] cuius **r** Palladius] *add.* qui $Pac.\pi_1 BRDac.$ in Aquileiensi synodo Palladius (*add.* assertor **r**) *tr.* **rm** **756** nic(a)eni $P\ \pi_1 BRac.$ synhodi P repugnant *correxi*, repugnantes $P\ \pi_1 BRac.$, repugnantes sunt $Rpc.TDS$ **rm** **759** sancta] sacra **rm** synodo] synhodi P, -di $\pi_1 BRac.$ quoniam *correxi*, quo $P\pi_1 BRac.$, qui *Rpc.*, quia TDS **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.27*) **760** noluit] *add.* se $TDpc.S$ **rm** se *addidi* magis] *add.* se **r** **761** deprehensibilem] -e $PQBRac.$, -is M, rep- *Rpc.* **rm** et] *add.* se **rm** oletavit **rm** professus] con- π_2 **rm** **762** habeat *correxi*, hanc $P\ \pi_1$, hunc π_2 **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.24*) sententia mea π_2 **rm** hunc *correxi*, hoc $P\pi_1$, *om.* π_2 **rm** **763** a *om.* **r** priuandum π_2 **rm** **765** ipse *om.* **r**

sed defendit, ut ceteri consacerdotes mei damnaverunt etiam et ego condemno".

Bassianus episcopus Laudensis dixit: „Audivi sicut et ceteri consacerdotes mei impietates Arri, quas Palladius non solum non condemnavit sed confirmavit; hic anathema sit et sacerdotio privabitur".

61. Filaster episcopus Brictianus dixit: „Blasfemias et iniquitatem Palladi, qui Arrianam doctrinam sequitur et defendit, una cum omnibus ego condemnavi".

Constantius episcopus Siscianensis dixit: „Palladium qui blasfemias et impietates Arri non condemnavit, sicut et ceteri consacerdotes mei et ego censeo damnandum".

Heliodorus episcopus Altiniensis dixit: „Qui perfidia⟨m⟩ Arri omniumque haereticorum, quorum consors est Palladius cuius insipiens cor qui veritatem non est confessus ⟨. . .⟩, cum ceteris consacerdotibus meis condemno".

62. Felix episcopus Diadertinus dixit: „Palladium qui blasfemavit filium sicut Arrius cum omnibus pariter condemno".

Theodorus episcopus Octodorensis dixit: „Palladium qui Christum deum verum coaeternum patri negavit, nec Christianum hunc nec sacerdotem ullo modo censemus".

$P\,\pi$ ($\pi_1 = MQ$; $\pi_2 = BRTDS$); **rm**

---

770 consacerdotes *correxi*, consortes $P\,\pi$ **rm** **773** consacerdotes] consortes π_2 **rm** **776** brixianus (bricx- *T*) *TDpc.* **rm** **777** doctrinam *om. Pac.* **779** scisciensis **r**, sciscianensis **m** **782** Altinensis **r** perfidia $P\,\pi_1$ **784** qui insipiens corde veritatem *tr.* **r** **785** *lacunam significavi* **786** Diadertinus] iadertinus *BDpc.TSpc.* **m**, Iadrensis **r** palladius $P\,\pi_1$ **787** blasfemavit] blasphemias dicit in *TDS* **rm** **789** Octodurensis **r** **791** hunc] nunc **m**

Domninus episcopus Gratianopolitanus dixit: „Palladium in perfidia Arri permanentem in perpetuum sicut et fratres damnaverunt etiam et ego censeo esse damnandum".

63. Proculus episcopus Massiliensium dixit: „Palladium qui Arri blasfemias sub quadam impia hereditate non condemnando defendit, sicut hunc et plurimorum iam venerabilium sacerdotum sententia blasfemum designavit atque a sacerdotio alienum duxit, mea pariter sententia in perpetuum condemnatum designat".

Diogenes episcopus Genavensis dixit: „Palladium qui Christum dominum deum verum similem et aequalem patri dum non confitetur negavit, damnatum esse cum ceteris fratribus meis vel consacerdotibus censeo iudicari".

64. Amantius episcopus Lotevensium dixit: „Palladium qui sectam Arri non destruxit, secundum consacerdotum meorum ⟨sent⟩e⟨n⟩tiam et ego eum condemno".

Ianuarius episcopus dixit: „Sicut omnes consacerdotes mei damnaverunt Palladium ita et ego pari iudicio eum censeo esse damnandum".

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

792 Dominus **m** **793** perfidiam (-ium M) $P\pi_1$ **796** Massiliensis **rm** **797** qu(a)edam $P\pi_1$ **800** duxit] duxit ita et **r**, dixit ita **m** **802** diogenis $PQ\pi_2$, -us **m** genuensis (genuien- S) $TDpc.S$ **rm** **804** confitetur] *add.* immo **rm** damnatum esse *correxi*, damnationes eius $P\pi$, damnationem iudico **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.28*) **805** vel *om.* **m** censeo iudicari *correxi*, eius (*del.* P) sociari $P\pi$, sortiri **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.28*) **806** Lotevensium *correxi*, iouiensium $P\pi_1$, iuuiensium π_2, Niciensis **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.1*) **807** distruxit P secundum] *add.* decretum *Bmp.* **808** sententiam *correxi*, etiam P $\pi_1 BR$, iudicium etiam TDS **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.14*) eum *om.* π_2 **rm**

65. Et cum Secundianus subripuisset, Ambrosius episcopus dixit: „Audisti, Secundiane, cuiusmodi Palladius impius sententia⟨m⟩ sacerdotali concilio damnatus excipe-
815 ret. Licet displicuerit nobis quod eius hoc est Palladi non horrueris amentiam, tamen de te aliquae specialiter quaero, utrum dei filium dominum nostrum Iesum Christum ⟨verum deum⟩ vel non verum deum dicas".

Secundianus ⟨dixit⟩: „Qui negat deum verum esse
820 patrem domini et dei nostri Iesu Christi, non est Christianus ⟨nec⟩ qui negat filium dei verum".

Ambrosius episcopus dixit: „Deum verum dei filium confiteris?"

Secundianus dixit: „Verum dei filium unigenitum dei
825 filium verum dico".

66. Ambrosius episcopus dixit: „Verum deum dicis?"

Secundianus dixit: „Verum unigenitum filium, qui negat verum filium dei?"

Eusebius episcopus dixit: „Non sufficit quod filium dei
830 unigenitum confiteris, nam hoc omnes confitentur, sed hoc movet quod Arrius dixit deum solum patrem, solum verum, negavit filium dei deum verum. Simpliciter filium dei deum verum confiteris?"

$P\ \pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

812 subripuisset] se paululum subripuisset et postea convenisset **r** **813** cuiusmodi] quomodo **r** **814** sententia $P\ \pi_1 R$ exceperit TDS **rm** **816** horreris $P\pi_1 BR$ aliquae Q, alia quae $PMBR$, aliqua TDS **rm** **817 sq.** verum deum *addidi*, verum *add.* **rm** **819** dixit] *om.* $P\pi$, *add.* *Tmg.* qui] quia $P\pi$ deum **rm**, dominum $P\pi$ (*cf. Proleg. III 2.4.3*) **820** domini **rm**, deum $P\pi$ iesum PM **821** nec *add.* **m**, idem *add.* **r** filium dei *correxi*, filium dominum $P\pi_1$, dominum filium π_2, dominum filium dei **m**, Christum filium dei **r** **824** verum *om.* **r** **824 sq.** verum filium dei *tr.* **r** **826** deum **r**, dominum $P\pi$ **m**, *item 831.832* **827** quis **rm** **828** verum filium] Christum **r** **829** quod] *add.* verum **r** **830** confitearis **r** hoc] *add.* vero potissimum nos **r** sed *om.* **r** **832** negavit] *add.* vero **r** simpliciter] *add.* ergo **r**

Secundianus dixit: „Qui fuerit Arrius ignoro, quid dixerit nescio. Mecum loquaris vivus ad vivum. Illud dico quod Christus dixit; unigenitum filium se asserit patris. Filius unigenitus est dei filius verus."

67. Ambrosius episcopus dixit: „Deus verus est verus dei filius". Et adiecit: „In scripturis divinis scriptum ⟨est⟩ quia *qui iurant super terram iurabunt deum verum*; quod utique de Christo esse non dubium est. Nos ergo verum deum profitemur et fides nostra haec est et professio quia unigenitus est patri filius hoc est verus deus. Dic et tu de deo vero dei filium deum verum".

Secundianus dixit: „De deo vero".

68. Ambrosius episcopus dixit: „Filius dei deus verus est?"

Secundianus dixit: „Ergo mendax".

Ambrosius episcopus dixit: „In hoc fraudem facis ut non deum verum dicas sed deum unigenitum, ac per hoc dic simpliciter: Unigenitus dei filius deus verus".

Secundianus dixit: „Unigenitum dixi dei filium".

---

836 unigenitum — patris] *cf.* Ioh. 1, 18 840 Is. 65, 16

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); **rm**

---

834 quis **m** 835 loquaris **r**, loquaeris P, loqueris π **m** 836 dixit] *add.* unigenitus (-um **m**) qui est in sinu patris ergo **rm** patri *Pac.* 837 filius (1)] *add.* igitur **rm** unigenitus] *add.* deus $P\pi_1$ 838 est] *add.* ne **r** 839 filius] *add.* deus $P\pi$ **m**, *add.* responde **r** scripturis divinis] scripturis *om.* $BRDS$, diuinis libris T **m**, divinis lectionisbus **r** 840 est *om.* $P\pi_1$ qui iurant] iurantes **r** 841 ergo] *add.* filium dei **r** 842 est *om.* π_2 **rm** 843 patris TDS **rm** hoc *om.* TDS **rm** 844 dei] deinde profitere **r**, deinde **m** 845 dixit] *add.* dico **r** 848 mendax] *add.* Christus **r** 850 deum (2) *om.* **r** unigenitum] *add.* verum **rm** 851 verus] *add.* est **rm** 852 dixit] *add.* verum **r**

69. Eusebius episcopus dixit: „Hoc Fotinus non negat, hoc Sabellius confitetur".

Ambrosius episcopus dixit: „Et qui hoc non confitetur iure damnatur, ac per hoc saepe ⟨te⟩ convenio licet cavillando negaveris veritatem; non quaero ut tantummodo unigenitum filium dei dicas sed etiam deum verum".

Secundianus dixit: „Veritatis me servum profiteor. Quae dico non scribuntur et quae dicis scribuntur. Christum verum dei filium dico, qui negat filium dei verum esse?"

70. Ambrosius episcopus dixit: „Qui negat unigenitum dei filium anathema sit, qui negat verum deum Christum anathema sit".

Secundianus dixit: „Deum verum unigenitum filium dei; quid mihi profiteris quod non est scriptum?"

Ambrosius episcopus dixit: „Apertum sacrilegium est quando Christum dei filium deum verum negavit".

Secundianus ⟨dixit⟩: „Iesum Christum filium dei deum, quia Christus dicitur filius, verum esse filium dei dico".

71. Ambrosius episcopus dixit: „Nondum resipisti?" Et adiecit: „Ne quid illi videatur esse subreptum confirmet sententiam suam; dicat ergo unigenitum Christum dei filium deum verum".

---

853 Fotinus — **854** Sabellius] *cf.* Ambr. fid. 1, 1, 6 adsertio... nostrae fidei haec est, ut unum deum esse dicamus neque... ut Sabellius patrem confundamus et verbum, ut eundem patrem adseramus et filium, neque ut Fotinus initium fili ex virgine disputemus

---

P π (π_1 = *MQ*; π_2 = *BRTDS*); **rm**

---

856 te *add.* **rm** **857 sq.** unigenitum] *add.* verum **rm** **858** dicas dei *tr.* π_2 **rm** **861** quis *Spc.* **rm** negat] *add.* deum verum **rm** **863** qui — **864** sit *om.* **rm** **866** profiteris quod] profers hoc **r** **868** filium] *add.* Arius **rm** **869** dixit *om. P* deum *om.* **r** **870** quia] qui **m** dicitur **r**, dicatur $P\pi$ **m** verum **r**, -us $P\pi$ **m** esse *correxi*, est $P\pi_1 BRD$, *om. TS* **rm** (*cf. Proleg. III 2.4.22*) dico] *add.* sed verum deum non est scriptum **rm** **871** resipuisti *Rpc. TDS* **rm** **872** esse *om.* **r** **873 sq.** dei filium Christum *tr.* **r**

Secundianus dixit: „Iam dixi; quid mihi extorquere vis amplius?“

Ambrosius episcopus dixit: „Quid dixisti? Certe si dixisse te tanta ⟨...⟩ quod gloriose dicitur, saepe repetendum est“.

Secundianus dixit: „Dictum est: *Sit sermo vester est est, non non*“.

72. Ambrosius episcopus dixit: „Qui dicit ipsum patrem filium sacrilegus est. Hoc a te quaero ut dicas de deo vero deum verum dei filium natum“.

Secundianus dixit: „Ego filium a deo genitum dicente ipso: *Genui te* filium confitentem se genitum esse“.

73. Ambrosius episcopus dixit: „A deo vero deus verus est“.

Secundianus dixit: „Et cum nomini etiam addis et verum audis qualis in te fides sit, et Christianus es?“

Eusebius episcopus dixit: „Qui negavit illum deum verum? Arrius et Palladius negavit. Tu si deum verum credis debes simpliciter designare.“

74. Ambrosius episcopus dixit: „Si non dixeris deum verum de deo vero natum esse Christum negasti“.

Secundianus dixit: „Interrogatus de filio dedi responsum, quemadmodum deberem profiteri respondi. Habemus vestram expositionem, afferimus, legatur“.

---

880 Mt. 5, 37 886 Ps. 109, 3

$P\,\pi$ (π_1 = MQ; π_2 = $BRTDS$); rm

---

877 si] *add.* verum multotiens r 878 dixisse te] dixisse BR, dixisses TDS rm te tanta] adhuc respondere debes nam r, *lacunam significavi* 886 ipso] patre ego hodie r filium] et rm confitente r genitum] gignisse unigenitum dei verum r esse] *add.* dico rm 888 est] *add.* genitus r 890 audi r fides] -os P, -is π_1 891 quis r illum] dei filium r 893 debis P 896 interrugatus P 897 haberemus $PMQac.Bac.Rar.$ 898 vestram] nostram r afferemus (-amus $Tac.Dac.$) π_2 rm legatur] -os P, -etur r

Ambrosius episcopus dixit: „Hodie afferre debueras, ceterum subterfugere conaris. Professionem a me exige et professionem a te exigo; deus verus est dei filius?“

Secundianus dixit: „Unigenitus est deus dei filius. Et ego te interrogo: Unigenitus est?“

75. Ambrosius episcopus dixit: „Audi qua ratione permoveat nos et impietas et insipientia tua; cum dicis deum verum unigenitum, non deum verum dicis sed verum unigenitum, ac per hoc ut istam adimas quaestionem ita responde: Ex deo vero deus verus est“.

Secundianus dixit: „Ergo deus deum non genuit? Deus verus ille qui est quod est ingenuit; unum verum unigenitum filium genuit“.

Ambrosius ⟨episcopus⟩ dixit: „Non confiteris deum verum sed vis dicere verum unigenitum; et ego unigenitum sed dico et deum verum“.

Secundianus dixit: „Ego dico genitum a patre, verum genitum dico omnibus.“

$P\ \pi\ (\pi_1 = MQ; \pi_2 = BRTDS)$; **rm**

---

899 episcopus *om.* **rm** **900** ceterum] *add.* tu **rm** exigis **rm** **902** est] *add.* deus $P\pi$ **m**, *add.* verus **r** **903** te P, ei $\pi_1 BR$, eum TDS **rm** **904** audi qua P, *om.* π **rm** ratio TDS **rm** **905** et (1)] *add.* non **r** tua *om. Pac. (add. m1)* deum] filium **r** **906** unigunitum P **907** ista $P\pi_1$ ademas $P\pi_1$, diluas **r** ita] adhuc **r** **910** quod] et quid **r** ingenuit] genuit $BRpc.TDS$ **rm**, *add.* nisi quia deus **r** **912** episcopus *om.* P**r** **914** sed] verum **r** dico sed *tr.* **m** **916** omnibus] umnibus P, *add.* amen $P\pi_1 R$, *add.* expliciunt gesta concilii aquileiensis contra palladium et secundianum arrianae heresis assertores TDS, *add.* Episcopi (-orum **m**) et presbyteri (-orum **m**) qui concilio subscripserunt (interfuerunt nomina **m**) Valerianus episcopus Aquileiensis Ambrosius... Maximus C(h)romatius presbyter **rm**

Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum

editum consilio et impensis Academiae Scientiarum Austriacae

Vol. 66/2: **Hegesippi** qui dicitur Historiae libri V. Pars posterior: Praefationem Caroli Mras et indices Vincentii Ussani continens. 1960 (L. 204 pp.)

[1]) Vol. 71: **Cassiodorus-Epiphanius.** Historia ecclesiastica tripartia. Rec. W. Jacob. Ed. R. Hanslik. 1952 (XX. 766 pp.)

[1]) Vol. 72: **Arator.** De actibus apostolorum. Rec. A. P. McKinlay. 1951 (LXIV. 363 pp.)

[1]) Vol. 73: **Ambrosius.** Opera. Pars VII: Explanatio symboli. De sacramentis. De mysteriis. De paenitentia. De excessu fratris. De obitu Valentiniani. De obitu Theodosii. Rec. P. O. Faller. 1955 (XVIII. 125*. 443 pp.)

[1]) Vol. 74: **Augustinus.** Opera. Sect. IV, Pars III: De libero arbitrio libri tres. Rec. G. M. Green. 1956 (XXII. 164 pp.)

Vol. 75: **Benedicti Regula.** Ed. altera et correcta, rec. R. Hanslik. 1977 (LXIX. 375 pp.)

Vol. 76: **Tertullianus.** Opera. Pars IV: Ad martyras. Ad Scapulam. De fuga in persecutione. De monogamia. De virginibus velandis. De pallio. Opera Aemilii Kroymann usus ed. V. Bulhart. — De paenitentia. Ed. Ph. Borleffs. 1957 (LIX. 170 pp.)

[1]) Vol. 77: **Augustinus.** Opera. Sect. VI, Pars IV: De magistro. Rec. et praefatus est G. Weigel. — Pars V: De vera religione. Rec. et praefatus est G. M. Green. 1961 (LX. 140 pp.)

Vol. 78: **Ambrosius.** Opera. Pars VIII: De fide libri V (Ad Gratianum Augustum). Rec. P. O. Faller. 1962 (XV. 60*. 331 pp.)

Vol. 79: **Ambrosius.** Opera. Pars IX: De spiritu sancto libri III cum Epistula Gratiani Augusti. De incarnationis dominicae sacramento liber I. Rec. P. O. Faller. 1964 (XVIII. 69*. 344 pp.)

Vol. 80: **Augustinus.** Opera. Sect. VI, Pars VI: De doctrina christiana libri IV. Rec. et praefatus est G. M. Green. 1963 (XXIX. 205 pp.)

Vol. 81/1: **Ambrosiastri** qui dicitur Commentarius in epistulas Paulinas. Pars I: In epistulam ad Romanos. Rec. H. J. Vogels. 1966 (LVI. 503 pp.)

Vol. 81/2: **Ambrosiastri** qui dicitur Commentarius in epistulas Paulinas. Pars II: In epistulam ad Corinthios. Rec. H. J. Vogels. 1968 (VIII. 320 pp.)

Vol. 81/3: **Ambrosiastri** qui dicitur Commentarius in epistulas Paulinas. Pars III: Rec. H. J. Vogels. 1969 (VII. 408 pp.)

Vol. 82/1: **Ambrosius.** Opera. Pars X: Epistulae et Acta. Tom. I: Epistularum libri I—VI. Rec. P. O. Faller. 1968 (V. 241 pp.)

Vol. 83/1: **Marius Victorinus.** Opera theologica. Ed. P. Henry—P. Hadot. 1971 (XLII. 305 pp.)

Vol. 84: **Augustinus.** Opera. Sect. IV, Pars I: Expositio quarundam propositionum ex epistula ad Romanos. Expositio in epistulam ad Galatas. Expositio ad Romanos inchoata. Ed. J. Divjak. 1971 (XXXIII. 258 pp.)

Vol. 85/1: **Augustinus.** Opera. Sect. VIII, Pars IV: Contra Iulianum opus imperfectum. Tom. I: Libri I—III. Ed., post E. Kalinka, M. Zelzer. 1974 (XLIV. 506 pp.)

Vol. 87: **Eugippius.** Regula. Rec. F. Villegas—A. de Vogüé. 1976. (XXVII. 115 pp.)

Vol. 88: **Augustinus.** Epistulae ex duobus codicibus nuper in lucem prolatae. Rec. J. Divjak. 1981 (LXXXIV. 234 pp.)

Vol. 82/3: **Ambrosius.** Opera. Pars X: Epistulae et Acta. Tom. III: Epistularum liber X, Epistulae extra collectionem, Gesta. Rec. M. Zelzer

Praeparantur:

Vol. 82/2: **Ambrosius.** Opera. Pars X: Epistulae et Acta. Tom. II: Epistularum libri VII—IX. Rec. P. O. Faller—M. Zelzer

Vol. 85/2: **Augustinus.** Opera. Sect. VIII, Pars IV: Contra Iulianum opus imperfectum. Tom. II: Libri IV—VI. Ed., post E. Kalinka, M. Zelzer

Vol. 89: **Hilarius.** De trinitate. Rec. R. Hanslik

Vol. 90: **Basili Regula interprete Rufino.** Rec. K. Zelzer

---

[1]) Hoc tempore exhaustum est.